PHILIPPI MELANTHONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

POST

CAROL. GOTTL. BRETSCHNEIDERUM

EDIDIT

HENRICUS ERNESTUS BINDSEIL.

VOLUMEN XXVI.

BRUNSVIGAE
APUD C. A. SCHWETSCHKE ET FILIUM.
(M. BRUHN.)
1858.

LIBRI PHILIPPI MELANTHONIS

IN QUIBUS DOGMATA AC SYMBOLA DOCTRINAE ECCLESIAE LUTHERANAE EXPOSUIT.

VOLUMEN XXVI.

I. LIBRI VISITATORII.

Prolegomena generalia p. 1—4.

A. MELANTHONIS LIBER VISITATORIUS LATINUS
inscio auctore editus.

Prolegomena specialia p. 3—6. et p. 95 sq.

Articuli de quibus egerunt per Visitatores in regione Saxoniae.
Wittembergae 1527. p. 7—28.

Articuli erga curatos per Visitatores examinandi 20. p. 7 sq.

Articuli de quibus egerunt per Visitatores in regione Saxoniae p. 9—28.

B. MELANTHONIS LIBER VISITATORIUS GERMANICUS
cum praefatione Martini Lutheri, Electoris iussu editus.

Prolegomena specialia p. 29—40.

Lutheri praefatio in Editionem primam anni 1528. p. 41—46.

Lutheri altera praefatio in Editionem anni 1538. p. 47 sq.

Instructio Visitatorum
auctore Phil. Melanthone p. 49—96.

Vnterricht der Visitatorn
an die Pfarhern ym Kurfurstenthum zu Sachssen.
Vuittemberg MDXXVIII.

II. CONFESSIO AUGUSTANA
auctore Phil. Melanthone.

A.
CONFESSIONIS AUGUSTANAE PRIMA DELINEATIO
contenta in articulis XV Marpurgensibus magisque in articulis XVII Suobacensibus et in articulis Torgaviensibus.*)

a.
ARTICULI XV MARPURGENSES.

b.
ARTICULI XVII SUOBACENSES.

---

*) In articulis enim *Marpurgensibus* et *Suobacensibus* continetur prima delineatio *prioris* partis Confessionis Augustanae, scil. XXI Articulorum fidei, in articulis *Torgaviensibus* autem prima delineatio *alterius* partis eius, scil. Articulorum, in quibus recensentur abusus mutati.

**) Inter Editiones 2—5. p. 141 sq. lin. 1—16. recensitas post Ed. 4. inserenda est haec, quam ex Bibliotheca senat. Lubecensi in manibus habui:

5 Die bekent- | nus Martini Luthers / | auff den ytzigen angestelten | Reichs tag zu Augspurg einzu- | legen In Siben- zehen Ar- | tickel verfasset | Im. XXX. Jar. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, inter quas supra titulum conspicitur scutum corona cinctum continens litteram V, cui littera P inscripta est.) — (In fine:) Gedruckt yn der Königlichen statt Breslaw durch | Adam Dyon. 1 plag. litt. a sign., 4 foll non num., 4° (fol. a 1b sine praefatione incipit a I. articulo, et finitur fol. a 1a articulo XVII., infra quam Clausula legitur; fol. a 4b vacat).

Propter hanc Ed. post Ed. 4. inserendam Editio subsequens illic numero 5. signata potius numero 6. signanda est.

Huius libri translatio in linguam Germaniae inferioris p. 141 sq. recensita non tantum in Bibliotheca ecclesiast. Arnstadiana, quam illic nota †††) memoravi, sed etiam in Bibliotheca Academiae Gottingensis asservatur.

c.

ARTICULI TORGAVIENSES.

B.
CONFESSIO AUGUSTANA IPSA.

a.

CONFESSIO AUGUSTANA LATINE SCRIPTA.

aa.

Confessio Augustana latina, quae *invariata* dicitur.

*) Scil. 1) *primam* eius *adumbrationem*, 2) *formas* eius *intermedias*, 3) *formam* eius *integram*. Codices primam Confessionis latinae et germanicae adumbrationem continentes deperditi sunt, et tantummodo formae intermediae ac forma integra utriusque Confessionis in Codicibus adhuc exstant.

Confessio germanica *variata.*
critice denuo edita p. 723—768.

Confessio oder Bekantnus
des Glaubens, etlicher Fürsten vnd Stedte,
Vberantwort Keiserlicher Maiestat, auff dem Reichstag, gehalten zu Augspurg.
Anno 1530.

Confessio latina *variata*
critice denuo edita p. 349—416.

Confessio fidei
exhibita invictiss. Imp. Carolo V. Caesari Aug. in Comicijs Augustae. Anno M. D. XXX.

b.
CONFESSIO AUGUSTANA GERMANICE SCRIPTA.

aa.
Confessio Augustana germanica, quae *invariata* dicitur.

*) In harum duarum pagg. linea antepenultima errore typographico leguntur: „Postquam sic Codices *latinae* Confessionis etc." quae sic emendanda sunt: „Postquam sic Codices *germanicae* Confessionis etc."

I. LIBRI VISITATORII

AUCTORE PHILIPPO MELANTHONE.

Scriptis dogmaticis huius auctoris, quae in Voll. XXI—XXIII. edidi, iisque, quae in hocce Vol. exhibebo, in Voll. XXIV. et XXV. Postillam Melanthonianam, quae ad opera exegetica pertinet, eam ob causam interposui, quod ad libros, quos hoc Vol. continebit, edendos nonnulla adminicula tunc desiderabam; quapropter illam Postillam, quam in extremis huius Corporis Voluminibus edere decreveram, prius typis exscribendi consilium cepi, ne huius Corporis celerius promovendi ratio, qualis adhuc erat, retardando mutaretur, sperans, aequos iudices, qui difficultates horum librorum edendorum cognoverint, ordinem scriptorum dogmaticorum Postillâ interruptum ob illam causam haud improbaturos.

Libros dogmaticos ac symbolicos nunc denuo edendos exordiamur a *Libris visitatoriis*, in quibus Melanthon doctrinae evangelicae summam perspicua brevitate complexus est. Postquam enim Lutherus inde ab anno 1525. a Iohanne Principe Electore Saxon. iterum iterumque petierat, ut ecclesiarum visitationem institueret, tandem anno 1527. mense Iulio, Electoris iussu, in Thuringia incepta est *) secundum instructionem visitatoribus datam. **) Ut haec res maximi momenti bene procederet, atque docentes in ecclesiis harum regionum certo scirent, quid sequi deberent, neu diversa et dissentanea traderentur, Melanthoni ab Electore mandatum est, ut *formulam doctrinae ac rituum* conscriberet.

Quo iussu commotus Melanthon duo scripsit compendia, in quibus doctrinae evangelicae summam complexus est, unum brevius *latine*, alterum plenius *germanice*. Utriusque libri mentionem facit in epistola ad Ioach. Camerarium d. 20. Dec. 1527. data (in huius Corp. Vol. I. p. 919.) hisce verbis: „Libellus ille, quem edi postulat Spenglerus, est in aula, et, ut opinor, edetur. Quidam alius similis, sed brevior aliquanto latinus, minime in hoc ut ederetur scriptus, Witebergae me inscio excusus est, quem nihil dubito ad vos pervenisse. Nihil habet, nisi quandam puerilem κατήχησιν, ut ita dicam, Christianae religionis. Et tamen hic tam brevis libellus quas tragoedias excitavit! Composuit quidam e nostris ***) peracerbam sane censuram in id scriptum. Et expecto ab eo acerbiorem. — — Reprehendit, quod non doceam inchoari poenitentiam ab amore iustitiae,

*) Tota enim Electoris ditio huius visitationis gratia sic est divisa: 1. Thuringia, 2. Electoratus et Misnia, 3. Osterlandia et Voigtlandia, 4. Franconia. Primae regionis ecclesiae a. 1527. a Theologis Phil. Melanthone, Friderico Myconio, Iusto Menio, atque Consiliariis Elect. Iohanne a Plaunitz, Dr. Hieronymo Schurfio et Erasmo a Haugwitz visitatae sunt; in secunda regione visitatio a. 1528. incepta est a Theologis Mart. Luthero, Ioh. Bugenhagenio, Iusto Iona, atque Iohanne Metzsch, Dr. Benedicto Pauli, Bernhardo a Hirschfeld, Iohanne a Taubenheim; tertiae regionis visitatio ab Electore mandata est Theologis Georgio Spalatino, Antonio Musae, Wolfgangio Fussio, atque Consiliariis Anargio Barono a Wildenfels, Sebastiano a Koetteritz, Danieli a Feilitsch, Eobaldo a Brandenstein, Henrico ab Einsiedel, Diterico a Starschedel; denique in Franconiae parte, quae ad Electoris ditionem pertinebat, visitatores fuerunt Theologi Nicolaus Kind, Ioh. Langerus, Balthasar Thuering, Consiliarii Ioh. a Sternberg, Ioh. Schott, Sylvester a Schaumburg. Sic Carolus Weber in Editionis infra recensendae praefatione p. 20—25. visitatores enume at.

**) Haec Instructio legatur in Weberi praefatione modo laudata p. 17 sqq.

***) Iohann. Agricola Islebius.

quod de legis praedicatione urgenda nimius sim, quod alicubi male detorserim scripturas, quod quibusdam locis Christianam libertatem laeserim. — — Et in illa ipsa κατηχήσει quid aliud secutus sum, nisi, ut necessaria in Ecclesiis docerentur, omissis controversiis plerisque, quae vel non intelliguntur, vel ad pietatem parum conducunt? Itaque praecidi quaedam, ut prudens lector intelligere potest, dissensionum semina.« Item in epistola ad Lazar. Spenglerum eodem die data (in huius Corp. Vol. I. p. 921.), in cuius priore parte haec leguntur: „Ioachimus Camerarius scripsit mihi, vos legisse quoddam meum scriptum, quod excidit mihi in inspectione Ecclesiarum nostrae regionis, teque cupere, ut is libellus ederetur. Est autem editus eodem argumento latinus, sed germanicus est plenior aliquanto; hic est in aula. Nec scio, quid Princeps de tota nostra inspectione decreturus sit. Multis non periode placuit libellus ille. Sed ego simplicissimo animo scripsi.“ Conf. etiam, quae Camerarius in vita Melanthonis (ed. Strobel.) p. 106 sqq. de his libris refert.

A.
MELANTHONIS LIBER VISITATORIUS LATINUS
inscio auctore editus.

Hunc librum latinum, in quo brevius doctrinae compendium exhibet, Melanthon prius scripsit quam alterum germanicum, neque eo consilio, ut ederetur, sed ut *germanici libri prima adumbratio* esset. Quo mense anni 1527. hic latinus libellus elaboratus sit, certo quidem monstrari non potest, at mense Iulio (vel Augusto) in ipsa visitatione (aut proxime post eam) factum esse, verosimillimum sit. Mense Iulio enim et ineunte Augusto Melanthon versabatur in inspectione ecclesiarum, et d. 9. Aug. ex ea venit Ienam, ibique docebat scholasticos dispersos, qui, Academia Witebergensi ob pestem dissoluta, eo confluxerant. Hic liber vix conscriptus, inscio auctore (id quod ex loco supra allato intelligitur), illico excusus et evulgatus est. Iam enim mense Decembri eiusdem anni in illa epistola ad Camerarium scripta conqueritur de acerba censura, quam Agricola in id scriptum composuerit.

Hic liber prodiit cum hocce titulo:

> *Articvli* | *de qvibvs* | *egervnt per Visitatores* | *in* | *regione Saxoniae.* | *Wittembergae* 1527. — (In fine:) *Excusum Wittembergae, per Nicolaum Schirlentz.* | *Anno* 1227. (sic pro 1527.) $2\frac{1}{2}$ plagg. 8. *)

Hanc Editionem eodem anno secuta est altera:

> — — (Idem Index) 1527. sine loci indicio. **)

Praeterea, titulo paulum variato, invenitur in extrema parte huius libri:

> *Aduersus Anabaptistas P. Melanchthonis Iudicium. Item an Magistratus iure possit occidere Anabaptistas. Io. Brentii Sententia. Item Articuli inspectionis Ecclesiarum Saxoniae emendati.* $8\frac{1}{2}$ plagg. 8. sine loci annique indicio. ***)

Articuli inspectionis in hoc titulo nuncupantur *emendati.* Quaeritur ergo, quisnam huius emendationis (quae infra in margine inferiore adscribetur) auctor sit. Equidem minime dubito, ipsum Melanthonem aut Brentium huius rei esse auctorem (conf. Melanthonis de Brentio iudicium in praefatione in Catechesin puerilem in huius Corporis Vol. XXIII. p. 115 sq. recusa).

Hunc librum latinum esse perrarum, ex eo elucet, quod neque Seckendorfius in Commentario de Lutheranismo, in quo huius visitationis ecclesiarum historiam l. II. p. 90 sq. 100 sqq. accuratius enarravit, neque

*) Haec Ed. perrara in Bibliotheca senat. Norimb. asservatur. — Recensetur a Feuerlino in Biblioth. symbol. ed. Riederer P. I. p. 272. nr. 40.

**) Hanc Ed. cum priore brevissime recenset von der Hardt in Autogr. Lutheri et al. Tom. I. p. 243.

***) Hanc Ed. Riederer in sua Ed. Bibliothecae symbol. Feuerlini P. I. p. 272 sq. et Strobelius in libro, quem illico recensebo, p. 10. afferunt. In alia Ed. eiusdem libri Melanthonis, quae in meis libris est, sic inscripta: *Adversvs* | *Anabaptistas* | *Philippi Melan-* | *thonis Iudicium.* | *Item,* | *An Magistratus iure possit oc-* | *cidere Anabaptistas, Ioannis* | *Brentij Sententia.* | *Francoforti ex-* | *cvdebat Petrvs* | *Brubachius.* | *M. D. LXII.* $6\frac{1}{2}$ plagg. litt. A—G ($6\frac{1}{2}$ plag.) sign., 52 f. ". non num. 8 min., illi Articuli non adiuncti sunt.

Io. Ge. Walchius in Editionis Operum Lutheri Tomo X., neque A. G. Rosenberger in I. Abhandlung von der ersten Kirchenvisitation in der Evangelischen Kirchen, welche von Luther und Melanchthon gehalten worden. — Breslau 1754. 4.*) horum Articulorum latine scriptorum ullam fecerunt mentionem. Neque in Operum Melanthonis Collectionibus Basileensi atque Witebergensi recusi sunt. Quapropter Strobelius atque Weberus valde laudandi sunt, quod hos Articulos latinos denuo ediderunt.

Strobelii Editio sic inscripta est:

Chursächsische Visitations Artickel vom Jahr 1527 und 1528 lateinisch und deutsch verfasset von Philipp Melanchthon und mit einer historischen Einleitung herausgegeben von Georg Theodor Strobel Pastor in Wöhrd. Altdorf bei Lorenz Schüpfel 1777. 12 plagg. litt. A—D, A, B, A—F sign., 64, 32, 96 pagg. num., 8. (Primae pagg. 3—64.: Historische Einleitung; subseqq. 32 pagg.: Articuli de quibus egerunt per Visitatores in regione Saxoniae. Wittembergae 1527.; extremae 96 pagg.: Unterricht der Visitatorn an die Pfarhern ym Kurfürstenthum zu Sachssen. Wittemberg 1528.). **)

Weberi Editio habet hunc titulum:

M. Phil. Melanchthon's evangelische Kirchen- und Schulordnung vom Jahre 1528, bevorwortet von Dr. Martin Luther. Mit einer historischen Einleitung und erläuternden Anmerkungen herausgegeben von Karl Weber, ordentl. Lehrer an dem Kurf. evangelischen Schullehrerseminar zu Schlüchtern, Rector. Beigefügt sind: Articuli de quibus egerunt per Visitatores in regione Saxoniae. Wittembergae 1527. 2 Lieferungen. Schlüchtern, in Kurhessen 1843. 1844. 13⅛ plagg., VIII, 154 pagg. num., 1 fol. non num., 42 pagg. num., 8. (p. III—VIII. Vorrede; p. 1—38.: Historische Einleitung; p. 39—154. Unterricht der Visitatorn an die Pfarherrn im Kurfürstenthum zu Sachsen. Wittemberg 1528.; seq. fol. antica parte cont. Berichtigungen, postica alba est; in 42 pagg. extremis exhibentur Articuli de quibus egerunt per Visitatores in regione Saxoniae. Wittembergae 1527.). ***)

Uterque editor his libris coniunctis praemisit prolegomena lectu dignissima, in quibus visitationis et horum librorum ob eam scriptorum historia accuratius enarratur, quapropter lectores, qui pleniorem huius rei expositionem quaerunt, ad illos delegamus.

Melanthon in utroque libro summam quidem evangelicae doctrinae exhibuit, at non eius consilium fuit, ut in iis integrum huius doctrinae systema componeret, sed ut praecipuos eius locos breviter proponeret. †)

Latinus libellus, quippe qui alterius tantum adumbratio est, ab hoc germanico praesertim eo differt, quod brevior est et ad solam *doctrinam* spectat, germanicus vero praeter doctrinam etiam de *cultu* atque de *scholis* brevem institutionem exhibet. Praeterea eo differunt, quod germanicus praefatione instructus est, latino autem, praefationis loco, *Articuli erga curatos per visitatores examinandi* 20. praefixi sunt. Hic non est Index capitum subsequentis scripti, sed brevissimus conspectus in visitatione praecipue observandorum, quem Melanthon proxime ante visitationem vel ea ineunte proposuit.

E praecedentibus elucet, latinum libellum visitatorium in Saeculo XVI. ter prodiisse: a. bis *separatim:* 1) *Witebergae* 1527. 2) iterum *sine loci indicio* 1527., b. semel cum aliis duobus libris *coniunctim*: 3) *sine loci annique indicio.* Harum Editio altera nititur solius Hardtii testimonio (neque enim Strobelius, neque Weberus eam unquam viderunt) et, si vere exstitit, sine dubio primae Editionis mera repetitio est. Quapropter Strobelius atque Weberus suo iure *duas* tantum Editiones distinguunt: *primam:* Witebergensem anni 1527., et *secundam* (quae supra tertia nominata est), quae in inscriptione appellatur *emendata.* Hanc Strobelius cum priore accurate contulit eiusque variam lectionem in margine inferiore illi adscripsit. Eandem varietatem etiam Weberus in sua Editione adnotavit, et ipsi addimus huic libro ex *prima Editione Witebergensi anni* 1527. hic recuso.

---

*) Hic liber in Biblioth. senat. Norimb. exstat.

**) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est.

***) Haec Ed. in meis libris est.

†) Idem dicit Weberus p. 29.: „Es lag nicht in Melanchthon's Plane, in dieser Schrift ein ausführliches, in allen seinen Theilen zusammenhängendes Lehrganze zu liefern, er faßte vielmehr die wichtigsten Lehrpunkte vereinzelt, wie sie den nächsten Bedürfnissen entsprachen, in's Auge, behandelte dieselben in einzelnen Abschnitten und brachte diese nur da in eine nähere Verbindung, wo dies ihr innerer Zusammenhang erheischte."

ARTICULI
DE QUIBUS
EGERUNT PER VISITATORES
IN
REGIONE SAXONIAE.

WITTEMBERGAE 1527.

ARTICULI
ERGA CURATOS
PER
VISITATORES EXAMINANDI. .20.[1])

1. De decalogo, an doceant decalogum, ex quo tradant doctrinam timoris. De poenis corporalibus et perpetuis. Differentia poenarum, de singulis vitiis.[2])
2. Quomodo fidem doceant, quid sit fides,[3]) quo[4]) consequantur eam, et quo[4]) doceant homines iustificari.
3. Quid doceant de sacramentis, Baptismatis, Eucharistiae, Et poenitentiae.
4. Sitne verum Corpus Christi in pane, verusque sanguis in calice, et quo[4]) hoc probent.
5. Quis fructus sit ex manducatione petendus.
6. De Baptismo parvulorum, et rebaptisatione.
7. De poenitentia, quid sit, Et quae sint eius partes.
8. De charitate, Et obedientia erga Magistratum, De cruce, de patientia, Et aliis fructibus spiritus.
9. De Coniugio, de timore Dei, quomodo semper cum fide sit, de insidiis diaboli.
10. De traditionibus hominum, quo[4]) doceant, quae servandae sint, quae non servandae, cur sint servandae, De vitandis scandalis.
11. De forma missae, de Concionibus, De feriis.
12. De casibus matrimonialibus, de gradibus prohibitis.
13. De redditibus, Et usuris.
14. De mortuis quomodo doceant.
15. De praecatione, an enarrent orationem Dominicam.
16. An symbolon enarrent.
17. De scholis.
18. De Aedituis.
19. De aerario, De fundatione pro defunctis.
20. Quisnam puniet[5]) adulteros.

---

1) Articuli — examinandi. .20.] *pro hac inscriptione habet* Ed. 2. *hancce:* Articuli Inspectionis Ecclesiarum Saxoniae emendati.

2) Differentia poenarum, de singulis vitiis.] *haec in* Ed. 2. *omissa sunt.*

3) quid sit fides,] Ed. 2. quid fides,

4) quo] Ed. 2. *his quatuor locis pro hac voce habet:* quomodo

5) puniet] Ed. 2. puniat

ARTICULI DE QUIBUS EGERUNT

per Visitatores in regione Saxoniae. [6])

Pastores debent exemplum Christi sequi, qui quoniam poenitentiam et remissionem peccatorum docuit, [7]) debent et ista pastores tradere [8]) ecclesiis. Nunc vulgare est vociferare [9]) de fide, et tamen intelligi quid sit fides, non potest, nisi praedicata poenitentia. Plane vinum novum in utres veteres infundunt, qui fidem sine poenitentia, sine doctrina timoris Dei, sine doctrina legis praedicant, et ad carnalem quandam securitatem adsuefaciunt vulgus. Ea [10]) securitas est deterior, quam omnes errores antea sub papa fuerunt. Hoc genus Concionatorum describit Hieremias et vituperat eos, qui dicant [11]): Pax, pax, et non est pax. Quam graviter minatur concionatoribus, apud Ezech. 3., Dominus praetermittentibus hanc partem? Si dicente me ad impium, morte morieris, non adnuntiaveris ei, sanguinem eius de manu tua requiram. Itaque Paulus ait, scripturam divinitus traditam esse ad arguendam, corripiendam [12]) etc. At nunc isti, qui poenitentiam negligunt docere, unam de principalioribus partibus Evangelio detrahunt.

Poenitentia vero sic docenda est, ut hortentur [13]) auditores ad contritionem, quae est praecipua pars poenitentiae, et est in scripturis vocata mortificatio. De hac Ezechiel, dicit: cum ingemuerit peccator etc. et Iohel: Scindite corda vestra, et Iesaias: Ubi habitabit Dominus? In spiritu humiliato.

Aliquando totum decalogum enarrent ordine, quia praedicatio legis ad poenitentiam provocat, Aliquando certum aliquod vitium vituperent et copiose declarent, quam graviter offendatur Deus et quas poenas minetur. Non enim satis est praecepta enarrare, sed etiam poenas commemorent, quas Deus minatur peccatoribus. Nec tantum de aeternis poenis, sed etiam de praesentis vitae poenis doceant, quia Dominus non tantum post hanc vitam, sed multa etiam in hac vita punit exempli caussa, ut alios ad poenitentiam invitet. Genes. XVIII. ait Angelus, se supplicium Sodomorum ideo Abrahae dicere, [14]) quod sciat, eum eius rei memoriam transmissurum esse ad posteros, ut custodiant viam Domini, Et Mose praecipit populo Israel de Interempto Pharaone, deque aliis, quae acciderant in exitu de Aegypto: Narrate ea filiis vestris. Nam haec omnia non propter ipsos, ut Paulus ait, sed propter nos scripta sunt, ut discamus timorem Dei, Est autem timor Domini initium sapientiae etc.

Facit etiam ad docendum exponere, [15]) qualis status sit hominis, a Deo non gubernati, [16]) quia enim [17]) in potestate diaboli est, impellitur ad omne genus [18]) flagitia. Annon videmus, quas occisiones, caedes, et aliorum scelerum multis afferat, ut eos prorsus perdat? [19]) Neque ullis verbis explicari potest, quanta mala impendeant his, quos Deus non tegit, aut defendit adversus satanam. Quo ruit Saulus, quo prolapsi sunt Kain, Absalon, Achab, et similes impii, quia Deus eos non gubernabat, sed tradiderat in desiderium cordium suorum. Rom. 1. [20])

Haec exempla sunt exponenda multitudini, ut invitentur ad poenitentiam et ad petendum auxilium a Deo, et docendi sunt, id quod Christus docet. Haec inculcare multitudini multo satius est, quam vociferari [21]) de monachis, et esu carnium et similibus rebus, quas vulgus vix unquam recte intelligit.

Secunda pars doctrinae est doctrina remissionis peccatorum seu doctrina fidei. [22]) Haec intelligi ita demum potest, si ante doctrinam timoris seu poenitentiae audierint, quia fides non potest concipi, nisi in corde contrito. Sic igitur doceant fidem.

PRIMUM QUID SIT FIDES.

Est autem fides, credere, quod Deus nobis condonat peccata propter Christum, et quia con-

---

6) Articuli — Saxoniae.] *haec inscriptio in* Ed. 2. *deest.*

7) docuit] Ed. 2. docet

8) et ista pastores tradere] Ed. 2. eadem et ipsi tradere

9) vociferare] Ed. 2. vociferari

10) Ea] Ed. 2. Et

11) dicant] Ed. 2. dicunt

12) arguendam, corripiendam] Ed. 2. arguendum, corripiendum

13) hortentur] Ed. 2. incitent

14) dicere,] Ed. 2. praedicere,

15) Facit etiam ad docendum exponere,] Ed. 2. Prodest et hic exponere

16) a Deo non gubernati,] Ed. 2. qui non gubernatur a Deo,

17) enim] Ed. 2. cum

18) omne genus] Ed. 2. omnis generis

19) Annon videmus, quas — perdat?] *in* Ed. 2. *desunt.*

20) Rom. 1.] *in* Ed. 2. *addita sunt haec:* Ita quotidie impellit diabolus desertos a Deo ad caedem faciendam et ad alia facinora, ut per eas occasiones perdat illos.

21) quam vociferari] Ed. 2. quam quotidie vociferari

22) seu doctrina fidei] Ed. 2. seu fidei

donat peccata, adsit, regat [23]) et gubernet nos et sit salvaturus. Sunt etiam monendi homines, fidem esse non tantum credere remissionem peccatorum, sed etiam hoc accedere oportere, ut credamus, nos post condonationem peccatorum defendi et regi a Deo. Est ideo [24]) quoque docendum, condonari nobis peccata non propter nostra merita, sed propter Christum, quia, si merita nostra iuberentur respici, conscientiae eorum, qui nulla habent merita, adigerentur ad desperationem.

Item sunt docendi, quod etiam si habeamus merita et bona opera, tamen ea non valent ad placandum Deum, iuxta illud: Dicite, inutiles servi sumus. Item: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Sed quod Christus satisfactione iustificamur. Sic igitur diligenter ostendatur populo Christus, cur miserit eum Pater, ut scilicet satisfaceret pro peccatis nostris, et ut propter Christum receptis in gratiam detur Spiritus sanctus, a quo sanctificentur, regantur et custodiantur electi credentes.

Doctores fecerunt tres partes poenitentiae: contritionem (de ea iam diximus), confessionem et satisfactionem.

Sed satisfactio non est aliqua nostra opera, sed Christus, sicut Ioannes ait, ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

Secundo, semper adiiciant, in quibus possit esse fides, scilicet in corde contrito. [25]) Et arguant eos, quia somniant se credere aut fidem habere, cum non habeant timorem Dei, cum non habent cor contritum, id enim necesse est praecedere fidem, sicut aurora, oriente sole, diem naturaliter praecedit.

Tertio doceant, quomodo corda concipiant fidem, sic enim concipiunt. Quando Deus misertus, perterrefacit cor et incutit alicui metum iudicii, ea scilicet seu poenitentia, seu contritio, si tum audiat Evangelion, hoc est, si audiat sibi condonari peccata propter Christum, et credat certo ignosci. Sic autem erigatur cor et concipiat consolationem. [26]) Haec cum vere fiunt in corde et non simulanter, tunc fidem concipit cor, tunc etiam concipit Spiritum sanctum, qui affert fructus fidei, scilicet humilitatem, castitatem, patientiam, caritatem et similes fructus. Ibi cor concipit propositum bonae vitae et odium peccati, sic Paulus ait Rom. 6. Quorum nunc pudet vos. Rom. 8. Si spiritu facta carnis mortificatis, vivetis.

Debeat autem pastores enarrare symbolon Apostolorum ecclesiis. Quidam somniant credere esse id, quod tenere historiam de Christo, eaque cognita, iustificari homines. Verum hi longe aberrant. Nam ea demum fides iustificat, quum credit remissionem peccatorum. Ideo in enarratione symboli iubeant ad eum articulum respici (Credo remissionem peccatorum), ad illum omneis articulos superiores conferendos esse doceant.

DE CRUCE.

Hactenus tradimus [27]) doctrinam iustificationis, nunc de fructibus dicemus. Iustificatur enim homo per fidem, non ex humanis meritis seu operibus, Sed fides non est nisi in corde contrito, seu mortificato, seu agente poenitentiam. Ita contritio seu poenitentia praecedit fidem. Nunc de cruce dicemus.

Primum docendi sunt homines, omneis afflictiones corporales et spirituales, malem valetudinem, inopiam et similia esse opera Dei, sicut Hieremias docet Thren. 3. Quis est qui dixerit, ut fieret Domino non iubente? Ex ore altissimi nonne egredientur bona et mala?

Secundo, doceant, propter quam caussam Deus nos affligat. Affligit enim nos, ut provocet ad poenitentiam. Nam afflictiones sunt partes legis et poenae pro peccatis nostris irrogatae. Sed sicut lex non arguit nos, ut perdat, Sic [28]) Paulus ait: Conclusit omnia sub peccatum, non ut perdat, sed ut omnium misereatur, item: Nolo mortem peccatorum, Ita afflictiones arguunt nos, ut provocent ad poenitentiam. Ideo dixit Salomon: Quem diligit Deus, corripit. Et Paulus: Dum iudicamur, corripimur. Sunt exempla recitanda David, qui ait: Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discerem iustificationes tuas. Item Manasse, 2. Paralip. 33. qui postquam coangustatus est, oravit Dominum, Deum suum, et egit poenitentiam valde coram Deo patrum suorum, deprecatus est eum et obsecravit intente, et audivit orationem eius. Item alia multa ex scripturis petenda sunt.

Tertio, in poena seu afflictione praestanda est patientia, i. e. non debemus irasci seu maledicere Deo, sicut Israelitae in exitu murmurabant adversus Deum, Sed potius debemus agnoscere et fateri, quod eiusmodi poenam meriti simus pro peccatis nostris. Nos enim sumus adiudicati morti. Ita David praestat patientiam, dum ait: Praecepit ei

23) regat] *sic scripsi*; Editt. Strobelii et Weberi *habent*: reget

24) ideo] Ed. 2. id

25) In corde contrito] Ed. 2. In his, quorum corda perterrita sunt, seu (ut vocant) contrita.

26) Sic autem erigatur — consolationem] Ed. 2. Tunc concipit fidem cor, cum perterrefactum hoc modo erigitur et concipit consolationem

27) tradimus] Ed. 2. tradidimus

28) sic] Ed. 2. sicut

Dominus, ut malediceret. Et debemus Deo gratias agere, quod nos per hanc occasionem ad poenitentiam vocat.

Quarto, nihil horum, quae supra dicimus [29]) in afflictione, satis est praestare, sed oportet accedere ad id, quod summum est, scilicet, orationem et invocationem Dei, ut Deus aut gubernet, aut liberet ab hac afflictione, sicut scriptum est Psal. 49. Invoca me in die tribulationis. Hunc igitur locum de oratione diligenter inculcent populo.

DE ORATIONE.

Oratio est petere aliquid a Deo, aut Deo pro accepto beneficio gratias agere. Sunt autem haec tradenda de oratione.

Primum, quod Deus non tantum permittit orari, sed etiam praecipit, Lucae 18., sicut praecipit nos non facere caedem, non moechari. Proinde sicut peccant, qui caedem faciunt, qui furantur etc., ita peccant etiam, qui nunquam orant. Hic exaggeranda est magnitudo divinae bonitatis, quam hic videmus ineffabilem esse, cum non tantum largiri vult bona, sed etiam praecipit, ut postulemus, eum patrem putemus esse clementem, qui rogatus, libenter largitur bona. Sed quanta clementia est, praecipere omnibus, ut quam plurimum postulent.

Et quoniam oratio est fidei exercitium, hic maxime sentimus fidei infirmitatem. Neque enim credimus, tantam esse bonitatem Dei, quantam pollicetur verbo. Proinde in hoc loco castiganda est fidei nostrae imbecillitas, sicut et [30]) Christus taxat imbecillitatem in Apostolis modicae fidei.

Secundo, in oratione promissio divina consideranda est, quod Deus politicus sit, se nos exauditurum esse, Matth. 2. Dabit bona petentibus se. Item, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Requiritur igitur fides in oratione, ut credamus, quod Deus sit nos exauditurus, quia, qui praecipit orare, promisit se velle exaudire et iuvare.

Nec debemus absterreri, quia nos sumus indigni, sicut enim nos iustificat propter Christum, non propter nostra merita: ita quoque exaudit nos propter Christum et suum praeceptum et suam promissionem, non propter nostra merita. Et tamen hic docendi sunt homines, quod eos, qui non agunt poenitentiam, non exaudit Deus, quia oratio impii abominatio est. Item, Clamabunt, et ego non exaudiam. Item Ecclesiastici 34. Orationem illius quis exaudiet?

Peccata nostra non debent nos absterrere, quo minus credamus, nos exaudiri, Si tamen poenitentiam agimus, et credimus, nobis ignosci propter Christum. Ideo Paulus ait: Orate sine ira, i. e. cum patientia et sine haesitatione et cum fide credentes, quod Deus sit nos exauditurus.

Tertio, docendi sunt homines, oratione aliquid petere aut gratias agere pro aliquo accepto beneficio. Non erant, qui longas orationes docent dicendas esse, ut pro peccatis nostris satisfaciamus, sed docent, ut Christus vocat, multiloquium. Hoc potius agamus, ut postulemus aliquid a Deo. Et sunt hortandi homines, ut orent, non tamen non tantum pro suis necessitatibus, sed etiam publicis, ut pro magistratibus, pro pace, pro gloria Evangelii, pro annona, ut Paulus iussit 1. Thess. 2. Et prodest aliquando in ecclesia communes orationes facere, exhortarique homines, ut pro publicis necessitatibus precentur Deum.

Quarto, docendi sunt homines, ne desistant orare, aut diffidant Deo, etiamsi non statim impetrent, quod petunt et volunt, sed pergant orare, quia Deus ideo differt exaudire, ut exerceat fidem nostram, sicuti apparet in Syrophoenissa, item Lucae 18.

Aliquando Deus non id, quod petimus, sed meliora dat, ideo permittere eius voluntati debemus, hoc ipsum, quod petimus, ut meliora velit dare. Ideo enim dicimus in oratione dominica: Fiat voluntas tua. Et rogemus, ut det nobis obedientiam. Credere enim debemus, preces exaudiri et non esse irritas, esse autem aliquid impetraturas breviter, [31]) quo nos plura a Deo postulare audemus, eo lubentius largitur Deus, sicut in Magdalena apparet: ideo enim multa remittuntur ei, quia multum dilexit, Idem [32]) multa ausa est sperare et postulare. Et sic docendi sunt homines, exercere fidem in oratione. Est autem populo Oratio Dominica diligenter et simpliciter enarranda.

1. Pater noster, qui es in coelis. Ubique ades et exaudis nos.
2. Sanctificetur nomen, id est, cognoscatur, ut deinde praedicetur et celebretur. Cognoscitur, quando scitur, quod iudicet peccantes, id est vere timere iudicium Dei. Secundo cognoscitur, quod ignoscat [33]) propter Christum, id est, vere credere. Sic definit cognitionem Dei Hier. 9. In hoc glorietur vir, nosse me, quod sum Deus, faciens iudicium et misericordiam.

---

29) dicimus] Ed. 2. diximus

30) sicut et] Ed. 2. et sicut

31) esse autem aliquid impetraturas breviter,] Ed. 2. Sed aliquid impetraturas esse, quod quale sit, aut quando contingere nobis debeat, Deo permittendum est. Breviter,

32) Idem (*i. q.* Idem est,)] Ed. 2. id est

33) Secundo cognoscitur, quod ignoscat] Ed. 2. Secundo cognoscitur, quando sentimus, quod ignoscat

3. Adveniat regnum tuum, i. e. guberna nos, quia sine te nihil possumus facere.
4. Fiat voluntas tua, i. e. da nobis obedientiam, ut toleremus voluntatem tuam.
5. Panem nostrum quotidianum, i. e. omneis corporis necessitates, victum,[34]) bonam valitudinem, bonam famam, prudentiam in administrandis corporalibus et civilibus rebus, literarum et similia. Haec doceant etiam Dei dona esse, iuxta illud: In ipso sumus, vivimus et movemur.
6. Dimitte nobis debita nostra, et ne nos inducas in tentationem, id est, ne sine nos vinci in tentatione.
7. Et libera nos a malo, i. e. ab omnibus adversitatibus corporalibus et spiritualibus.

DE FRUCTIBUS SPIRITUS.

Quum tradiderint doctrinam iustificationis, doceant non solum agendam poenitentiam, sicut iam docuimus, sed ulterius[35]) mortificandam esse carnem, et timorem Dei debere crescere, et crescente timore, crescere etiam debere fidem. Haec etiam, castitatem, humilitatem, caritatem, et mansuetudinem quae prohibet, ne quis privatim ulciscatur iniurias.[36]) Hic etiam ad officia charitatis diligenter adhortentur eos, quos docent, et ad eleemosynas elargiendas. Et doceant, fidem exercendam esse, quum hac spe largiantur eleemosynas, quod Deus vicissim nobis subpeditaturus sit victum et similia, iuxta illud: Date, et dabitur vobis. Item Liberali oculo etc. Et hic docendi sunt homines, quod omnia ista etiam corporalia sint dona Dei, iuxta illud: Benedictio domini divites facit. Itaque si largiantur eleemosynas, Deus augebit nostram rem familiarem, dabit publice annonam uberiorem, pacem et similia bona, non quia facimus nos, sed quia talia ipse promisit facientibus. Imprimis largi erga sacerdotes esse debent, quia scriptum est: Duplici honore digni sunt. Quoties aliquem locum offert historia Evangelica, ubi vitium aliquod reprehenditur, ibi hortentur ad poenitentiam et colligant argumenta, quantopere Deus id vitium oderit, quam graviter puniat. Addant etiam ex scripturis aut aliunde exempla, et contra exigant bona opera, et doceant, quam severe hoc Deus exigat, qui praemia sit redditurus pro illis operibus.

Aliquando dicant de fide, quomodo iustificet, sicuti supra exposuimus,[37]) praesertim, quando historia Evangelii offert exemplum fidei seu promissionis. Ibi tum ita tractent fidem, ut dicant, non posse sine poenitentia existere. Haec semper dicant de fide, Sed tractent[38]) etiam doctrinam operum et poenitentiam, et certa aliqua[39]) virtute nonnunquam concionem consument,[40]) ut in tractanda sobrietate et insectatione ebrietatis, in tractanda castitate, in sectandis scortatoribus. Aliquando de eleemosynis dicant. Et sicut supra dixi, proderit aliquando, ordine per aliquot conciones decalogum enarrare. Aliquando de oratione dicant, de qua tamen quum dicant, necesse est fidei naturam declarare. Et ibi populi praesentes necessitates considerent, ut inopiam, adversam valitudinem, aut similia. Ante adversus morbum comitialem colebant Valentinum; adversus morbum pecudum, Antonium, adversus pestem, Sebastianum, Rochum etc. In his omnibus necessitatibus doceantur auxilium postulare a Deo, quia Deus omnibus necessitatibus nostris vult opitulari, ut haec et similia populus assuescat Deo commendare. In his parvis rebus fidei tirocinium faciendum est, sicut Iacob ait: Si Dominus dederit mihi panem, aquam, vestem, erit mihi in Deum. Item Iumenta et homines salvabis, Domine. Valde enim incommode docent, qui non adsuefaciunt vulgus ad postulandum auxilium a Deo, etiam in corporalibus afflictionibus.

DE MAGISTRATIBUS.

Inter omnia charitatis officia praecipuum est, obedire magistratibus. Hic locus diligenter est tractatus Rom. 13. Tantum hoc agant concionatores, ut cum saepe enarrent populo, potest enim tractari in enarratione quarti praecepti, de honorandis parentibus. Et diligenter doceant homines, etiam si magistratus iniuriam faciunt subditis, tamen eam ferendam esse, et non parandum esse odium[41]) adversus illos, iuxta sententiam: Qui resistit magistratui, iudicium sibi acquirit.

Hic etiam exempla debent proponi, quibus videant seditiones divinitus gravissime punitas esse, sicut Chore, Amelech, Absalom et multi alii testan-

---

34) vi tum,] Ed. 2. pacem, victum,

35) non solum agendam — sed ulterius] Ed. 2. non semel absolvi poenitentiam, sed ulterius

36) Haec etiam, castitatem — iniurias.] *ab Ed. 2. absunt.*

37) Aliquando dicant de fide, — exposuimus,] Ed. 2. Dicendum est aliquando de aliis fructibus spiritus, de castitate, de mansuetudine, humilitate. Non autem ita in his locis commorentur, ut non saepe redeant ad doctrinam fidei: ad hanc saepe est redeundum et dicendum, quomodo iustificet, sicuti supra exposuimus,

38) Haec semper — Sed tractent] Ed. 2. Neque tamen semper de sola fide dicant, sed tractent

39) et certa aliqua] Ed. 2. in aliqua certa

40) consument] Ed. 2. consumant

41) parandum esse odium] Ed. 2. parandam esse vindictam

tur. Haec multo utilius est inculcare multitudini, quam adsuefacere eos ad contemptum magistratuum, hoc faciunt, qui incaute docent libertatem Christianam. Haec etiam de legibus, sententiis, et edictis iudicum in singulis urbibus docendi sunt, quod sint edicta divina, hoc est, quod Deus illis obediri tanquam suae voci velit, sic enim ait Salomon: Divinatio in labiis regis, i. e. quicquid reges seu magistratus pronuntiant, id pro Dei voce amplectendum est et obtemperandum, tanquam manifestae voci de coelo. Quidam indocti de legibus clamitant, quod non liceat uti gentilibus, seu Imperatorum legibus, sed malunt eos iudicare [42]) ex legibus Mosaicis. Hi quoque errant, quia Deus approbat gladium et ordinationem gentilium magistratuum. Rom. 13. 1. Tim. 2. et Actor. 15. Lucae 3. Estote contenti etc.

Licet itaque uti gentilibus legibus, quia Deus dedit nobis legem naturae, quam sequentes, possumus leges de civilibus rebus condere, Deo placentes, ad Romanos 2. Habent legem scriptam in cordibus. Et sicut Deus non exigit a nobis ceremonias Mosaicas, πολιτικὰ Mosaica seu iudicialia, ut vocant.

Honore afficere magistratus est non tantum obedire, sed summus gradus honoris est, pro eis orare et Deo gratias agere, quod per eos qualicunque pace fruimur, nec omnia latrociniis et caedibus infesta fiant, inestimabile beneficium est, qualemcunque ordinationem civilem conservare iudicando, puniendo sontes, prohibendo caedes, furta et similia. Huius beneficii magnitudinem diligenter inculcent populo concionatores.

DE TIMORE DEI.

Supra dixi, fidem non existere sine timore Dei, ideo [43]) diligentius est inculcandum, quia Christus his, qui iustificati sunt, tantum impendere periculi affirmat, ut dicat, satanam expulsum conari redire, stipatum aliis septem, et accedere aliquando, ut novissima fiant prioribus peiora. Has insidias diaboli debent inculcare [44]) populo, quia Evangelium revelat et arguit potestates tenebrarum, Ioannis 16. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, iustitia et iudicio. De peccato, quod non credat Deo, quod non possunt a ratione iudicari. Ratio enim tantum externa peccata iudicat, ut furtum, caedem, ebrietatem, adulterium et huiusmodi. Sed Spiritus sanctus etiam occulta et proprie latentia in corde arguit, ut contemptum Dei, vacare metu iudicii Dei, Deo diffidere, desperare de Dei benignitate et misericordia. [45])

DE IUSTITIA.

Mundus enim iudicat, iustitiam esse tantum externa opera, seu civilem observationem legis. Sed Spiritus sanctus docet nos, nostra opera non satisfacere Deo, sed Christum satisfactionem et propitiationem esse; itaque fide iustificari.

DE IUDICIO.

Quia mundus non iudicat, satanam nobis nocere, sed Spiritus sanctus docet nos, potestatem satanae debilitatam esse a Christo, sed impiis eum dominari et impellere ad omne genus flagitii.

Est autem duplex timor Dei. Quidam est sine fide credente, quod Deus misereatur nostri, et recipiat nos in gratiam, sicut satanas timet Deum, et quanquam credat Evangelii historiam, tamen non credit, sibi ignosci. Adeo huc pertinet, [46]) quod Iacob ait: Daemones credunt et contremiscunt. Hic timor vocatur servilis. Alius timor, confidere, ubi cor terretur, et tum fides erigitur, et credit sibi ignosci et placatum esse Deum. [47]) Taliter sentiuntur et exercent sese [48]) timor et fides, nec otiosae sunt cogitationes animi, sed necesse est revera perhorrescere animos timore, et postea iterum revera per fidem [49]) consolationem et gaudium accipere. Hic timor vocatur filialis, de quo dictum est: Deum time et mandata eius serva etc., hoc est, omni homini timenti Deum, non deerit omne bonum. [50])

DE SACRAMENTIS.

Baptismus est signum poenitentiae, Sicut enim immergimur aqua, sic oportet mortificare [51]) veterem hominem, id est, conteri nos. [52]) Ideo habe-

---

42) eos iudicare] Ed. 2. res iudicari

43) ideo] Ed. 2. hoc ideo

44) inculcare] Ed. 2. declarare

45) De peccato, quod non credat — et misericordia.] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

46) sibi ignosci. Adeo huc pertinet,] Ed. 2. sibi ignosci a Deo. Huc pertinet

47) Alius timor, confidere — esse Deum.] Ed. 2. Alius est timor, cum fide coniunctus, ita ut cor perterritum rursus erigat et consoletur fides, credens Deum esse placatum.

48) exercent sese] Ed. 2. exercent sese mutuo

49) revera per fidem] *ab* Ed. 2. *absunt.*

50) hoc est, omni — omne bonum.] Ed. 2. Item, Timenti Deum non deerit ullum bonum.

51) sic oportet mortificare] Ed. 2. sic oportet nos semper terrefieri, mortificare

52) conteri nos.] Ed. 2. conteri nos seu perterrefieri.

mus in Evangelio praedicationem poenitentiae: Agite poenitentiam, quia appropinquat regnum coelorum. Item, habet adnexam promissionem: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Doceant igitur effectum baptismi per omnem vitam debere durare, hoc est, semper nos debere poenitentiam agere et simul credere, quod Deus velit nobis ignoscere. Et saepe admoneant huius baptismi populum.

Item caveant admittere rebaptizationem, quia prior baptismus parvulorum improbari non potest, sicut nec circumcisio parvulorum. Et circumcisio et baptismus sunt eiusdem rei signum. Nec valet argumentum, parvulos nondum habere rationem, ideo nec fidem posse habere, quia Deus agit in iis, etiamsi ratione non utantur, sicut apparet de circumcisione: Ego ero Deus eorum. Item, Sinite parvulos ad me venire.

EUCHARISTIAE SIGNUM.

Primum sic doceant, iuxta verbum Christi esse cum pane verum corpus Christi, cum calice verum sanguinem, quia Dominus ita vocavit. Et Paulus ait, discernendum esse corpus Domini. Item, Christus ait: Hic est calix, novum Testamentum, Testamentum sanguine conditum, non signo sanguinis. Item: Panis, quem frangimus, est communicatio corporis Christi, non ait: est communicatio spiritus Christi. Huc faciunt veterum scriptorum sententiae. [53])

Secundo doceant, quod sicut Christus instituit, ut utraque specie utantur, itaque [54]) sumendam utramque speciem. Cyprianus ait, quod nec minimum discedendum sit a Christi mandato et praescripto, Sed tamen si adhuc aliqui infirmi essent, nec satis eruditi, hi sinendi sunt suae conscientiae, ut altera specie tantum utantur. Et hic docendi sunt homines, ne alter alterum iudicet.

Tertio, quod maxime necessarium est, manducatione corporali non iustificari homines, sed manducationem esse signum, quod nos admoneat, ut credamus. [55]) Augustinus vocat sacramentum visibile verbum, quia non aliter habet se, quam ipsum corporale verbum. Ut enim in aurem ipsum verbum currit, [56]) ut moneat, sic Sacramentum currit [56]) in oculos, ut moneat nos promissionum divinarum, et excitet ad credendum. Porro promissio adnexa huic Sacramento haec est, Corpus Domini traditum esse pro nobis. Item, Hic est calix novi Testamenti, i. e. novae promissionis, scilicet promissae gratiae et omnium bonorum spiritualium.

DE POENITENTIA.

Iam dixi, poenitentiam non esse distinctum Sacramentum ab aliis, sed significari tum a baptismo, tum a manducatione corporis Domini et sanguinis. Ita poenitentia per omnem vitam durare debet, iuxta illud: Si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

Partes poenitentiae sunt contritio, id est, dolor de admisso peccato, seu vere perhorrescere iudicium Dei, et sentire, quod sumus rei aeternae mortis. Talis contritio in aliis frigidior, in aliis vehementior est. Est igitur orandum, ut Deus efficiat verissimam, sicut et propheta Hieremias dicit: Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Semper autem homines ad contritionem adhortandi sunt. Haec ipsa contritio vocatur mortificatio veteris hominis, vocatur etiam cognitio peccati, eamque Deus immittit. [57])

Secunda poenitentiae pars est confessio, quum Deo confitemur peccata, i. e. fatemur nos iure puniri. Et tamen rogamus veniam, iuxta Psal. 3. Dixi, confitebor adversus me iniustitiam, et tu remisisti iniquitatem [58]) peccati mei. Est et alia confessio, quae fit sacerdoti, in hac non est exigenda scrupulosa enarratio omnium debitorum: est enim impossibile, iuxta illud Psal.: Delicta quis intelligit? Sed tamen ad Eucharistiam nemo admittendus est, nisi antea exploratus. Interrogari autem debent, non tantum quid de Eucharistia sentiant, sed etiam, an doleant, se peccasse, quod [59]) credant se consequi posse remissionem peccatorum. Postea hortandi sunt, ut proponant, si quo casu maxime anguntur. Est etiam exponendum eis, quod Deus dedit claves ecclesiae vice et loco Dei, itaque absolutionis sententiae credant propter Christum, et quod Christus audire velit, sane sperant, iuxta illud: Ubi duo erunt congregati etc. [60])

Satisfactio ita docenda est, non esse aliam satisfactionem, nisi passionem Christi. et sic moveantur et [61]) augeatur eis [62]) contritio, tantopere displicere Deo peccatum, ut nulla creatura pro peccatis satisfacere potuerit, sed ipsum solum Dei

---

53) Conf. Melanthonis scriptum in huius Corporis Vol. XXIII. sub nr. X. re usum.

54) itaque] *ab* Ed. 2. *abest.*

55) ut credamus.] Ed. 2. ut credamus, nobis remitti peccata.

56) currit] Ed. 2. *habet utroque loco*: incurrit

57) immittit.] Ed. 2. efficit.

58) iniquitatem] Ed. 2. impietatem

59) quod] Ed. 2. quomodo

60) et quod Christus — congregati etc.] *in* Ed. 2. *desunt.*

61) moveantur et] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

62) eis] Ed. 2. in eis

filium fuisse mittendum, qui satisfaceret. Necesse est igitur, Deum vehementer odisse peccatum, et valde duros esse eos, qui, cum videant filium Dei pro nostris peccatis occidi, non commoveantur, nec cogitent, quantas poenas daturi sint, quum pergunt peccare. Secundo, augeri fides debet, cum audiant tantam esse misericordiam, ut Christus ipse suam mortem voluerit pro nobis offerre. Quae potest alia uberior consolatio esse in corde afflicto, quam cum sentiant sibi Christum [63]) peccata sustulisse, et suam satisfactionem velle respici, non respici nostra aliqua opera, Conscientia enim horrore iudicii tacta, sentit ea non esse satis ad placandum Deum. Fides autem est certe sentire, quod propter Christum peccata nobis condonata sunt, et quod Deus iam receptum in gratiam velit regere et defendere.

DE CONIUGIO.

Diligenter etiam inculcare [64]) debent coniugibus, ut cogitent, se a Deo copulatos esse, et [65]) propterea credant, illud vitae genus placere Deo, et Deum per omnia fortunaturum esse. Multae sunt coniugum adversitates. In his exspectent a Deo consolationem, et [65]) credant Deum opitulaturum esse, quandoquidem per ipsum copulati sunt, iuxta illud: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Item, Salomon hauriat voluptatem a Domino, quasi dicat: Dominus in adversis consolabitur coniuges. Saepe vir, saepe mulier, saepe liberi periclitabuntur. Aliquando angit eos inopia, aliquando educatio liberorum. In his casibus recurrant ad hanc auctoritatem: A Deo copulati estis. Itaque speremus et postulemus ab auctore nostrae societatis auxilium.

Secundo hortandi sunt coniuges, ut alter alterum toleret, in tanta infirmitate animorum humanorum, saepe caussas [66]) incidere, quas discant per patientiam mitigare. Hac de re satis diligenter praecepit Petrus.

Tertio docendi sunt, ut vasa sanctificent, hoc est, ut moderentur voluptatem.

DE CASIBUS PROHIBITIS.

Superest, ut moneantur Pastores de casibus prohibitis coniugii, quia varia incidunt, ideo in illis diiudicandis cauti esse debent. Primo non admittatur, ut contrahant personae contra gradus prohibitos in lege Mosi. Notum autem est, qui gradus sint, Levitici 18. Alicubi avunculus aut patruus neptem ducit, hic quoque casus in Levitico prohibitus est: Turpitudinem fratris tui non revelabis. [67]) Propterea dissuadeant huiusmodi coniugia.

Caussa divortii est adulterium. Sed hic priusquam fiat divortium, semper reconciliatio tentanda est, nec licet discedere ab adultero, aut reiicere adulteram sine iudicio Ecclesiae, hoc est, eorum, quibus commisit Ecclesia.

Item, non licet ei personae, quae discessit ab adultero, contrahere matrimonium cum alia, nisi divortium coram Ecclesia, id est, his, qui praesunt, factum sit. [68])

Quid, si alter coniugum alterum deserit? Respondeo: In hoc casu nihil temere statuendum est, sed diligenter requiratur persona, quae discessit, nec innocenti personae permittatur, aliud matrimonium inire, nisi antea per legitimos magistratus sit requisita persona, quae discessit.

Quid, si mulier aegrotet morbo gallico, seu lepra, liceat aliam ducere? Responsio: Non licet, nec morbum esse caussam rescindendi matrimonii, nec senecta caussa est dividendi. Igitur Pastores in his casibus iudicandis cauti sint.

Quid, si quis contraxit cum aliqua, et postea etiam contraxit cum secunda, eamque stupravit, utram habebit? Respondeo: Primam, quia fides data valet; secunda decepta est. Non enim potest ei [69]) promittere, quod alteri tradiderit. [70])

Quod si quis stupravit virginem antea, cogendus est? Ut ducat, charitas est. Item, etiam hortandus est, [71]) sed si non vult ducere, dotet eam. Ea est in iure poena constituta stupranti, aut ducat, aut dotet.

Quod si quis ducat contra parentum voluntatem, debet retinere? Respondeo: Aequum est, ut retineat. Quia, quanquam parentes habeant ius aliquod, tamen eo iure uti debent sine iniuria. [72]) Debent tamen a magistratibus aliqua mediocri poena puniri, qui contrahunt contra voluntatem parentum, si parentes hoc non ultro condonant liberis. Item,

---

63) sentiant sibi Christum] Ed. 2. audiant Christum

64) inculcare] *sic* Weberus *recte scripsit;* Editt. 1. 2. *et* Strobelius *exhibent:* inculcari

65) et] *utroque loco ab* Ed. 2. *abest.*

66) caussas] Ed. 2. caussas dissidii

67) Turpitudinem — revelabis.] *in* Ed. 2. *desunt.*

68) id est, his — factum sit.] Ed. 2. id est, publice coram his, quibus commisit cognitionem Ecclesia, factum sit.

69) ei] *in* Ed. 2. *deest.*

70) tradiderit.] Ed. 2. tradiderit. Sic praesentia iura decernunt, quibus obtemperare convenit.

71) virginem antea, — hortandus est,] Ed. 2. virginem, an cogendus est, ut ducat? Charitas est, ut ducat, et ut hoc faciat, hortandus est.

72) sine iniuria.] Ed. 2. sine iniuria aliorum.

sunt videndae caussae, cur parentes cupiant rescindi contractum.

DE TRADITIONIBUS HUMANIS.

Iam hoc [73]) postremo loco tractando, magna pars concionatorum plurimum collocant temporis, quum loci poenitentiae, timoris, fidei, bonorum operum, obedientiae erga magistratus, multo magis necessarii sint ad instituendam conscientiam et mores, quam haec disputatio de traditionibus humanis. Et plane nunc est novum genus caloris eorum, qui clamitant scelus esse, haerere cuculla, aut non edere feria sexta carnes. [74]) De timore Dei interim nihil dicunt. Tum enim quid aliud [75]) faciunt, quam quod ait Christus: Glutiunt camelum et colant culicem. Propterea moneo concionatores, ut vulgo recte de hoc loco dicant et caute. Tractent ea potius, quae ad aedificationem faciunt, nempe superiores locos. Nimia enim insectatio traditionum hominum, [76]) quid facit aliud, quam ut vulgus adsuescat ad omnium legum humanarum et divinarum contemptum, Non enim discernit vulgus satis inter divinas et humanas leges. Itaque hoc genus scandali summe cavendum est docentibus.

Traditionum aliae manifeste praecipiunt contra divina praecepta, et non sunt servandae, quia dicunt Apostoli Actor. 5. Oportet Deo magis obedire, quam hominibus. Huiusmodi sunt nundinationes Missarum, ut cum Missae leguntur tantum pecuniae caussa pro defunctis. Missa enim est instituta, [77]) ut esset sacramentum seu memoriale vivorum, ad exercendam eorum fidem. Mortui vero nullo opere possunt exercere fidem suam. Sic etiam est traditio de coelibatu, quia pugnat cum loco, ubi Paulus ait: Melius est nubere, quam uri. Cogit enim traditio illa eos, qui uruntur, ad peccandum. Uruntur autem illi, qui nullo modo possunt continere. [78])

Secundo, quaedam traditiones sunt de mediis rebus. De his ita doceant, non eas esse necessarias ad iustificationem, sicut Christus ait: Frustra colunt me mandatis hominum Sed inter has quaedam sunt utiles ad pacem ecclesiae, ut observatio dominicae, aut aliarum feriarum, Pascatis, Pentecostes, Natalis aut similium. Oportet certum diem populo constitui, quo conveniat ad discendum, nec semel tota historia Evangelica tradi potest. Quare alia aliis diebus traditur, alia Pascati, [79]) alia in Pentecoste, alia In Natali docentur. Ad hunc usum tales traditiones servandae sunt, quia praecipit Paulus: Omnia fiant in ecclesia cum decore. [80]) Est enim [81]) confusio, si non constitueretur [81]) certus dies multitudini, quo conveniret. [81]) Huiusmodi etiam ordinatio concionum est. Esset enim confusio, si suam quisque concionem faceret, [82]) et non certam aliquam cantilenam omnes canerent.

Sic igitur hae traditiones sunt servandae, non tanquam necessariae ad iustificationem, sunt tamen utiles ad pacem, Et sicuti longa veste, non militari, sacerdos libere utitur, et alia, alio labore vel negotio, uti potest. Si quis argumentatur, potestatibus esse obediendum, et potestatem praecipere, omnes traditiones servari. Item, Supra cathedram Mosi sederunt scribae, quicquid dicunt, facite. Respondeo: Obediendum est potestati, sed si praecipiat facere contra praecepta Dei, iam Deo plus obediendum est, et Christus iussit pseudoprophetas vitari. Porro omnes traditiones, etiam mediae, sunt contra Evangelion, quando exiguntur tanquam Dei praecepta necessaria ad iustificationem, quia Paulus ait: Nemo nos iudicet in cibo, aut potu etc. Item, vocat doctrinas daemoniorum. [83]) Sed tamen cum existimentur necessariae, videndum est, quod Christus ait, Et Paulus noluit circumcidere Titum, cum circumcisio tanquam necessaria exigeretur. [83]) Sed in violandis traditionibus servanda est moderatio, ne offendamus infirmos. Infirmi autem sunt duplices. Alii accipiunt occasionem licentiae, ut magna [84])pars vulgi, ex caussa traditionum violationem nesciunt fieri, incipiuntque divinas et humanas traditiones contemnere. [84]) De hoc gradu scandali dictum est: Vae homini, per quem veniunt scandala. Alii sunt infirmi, qui nondum satis sunt instructi, et suspicantur doctrinam falsam esse, itaque abalienantur reliquis [85]) doctrinae partibus necessariis. Paulus ait, se malle mori, quam offendere fratrem, Item, Si haberem fidem, ut montes

---

73) Iam hoc] Ed. 2. In hoc

74) Et plane nunc est — carnes.] in Ed. 2. *omissa sunt.*

75) Tum enim quid aliud] Ed. 2. Isti quid aliud

76) hominum,] Ed. 2. humanarum,

77) Missarum, ut cum — instituta,] Ed. 2. Missarum, Missae pro defunctis. Nam Missa est instituta,

78) Uruntur autem — continere.] in Ed. 2. *omissa sunt.*

79) Pascati,] Ed. 2. in Pascate,

80) cum decore.] Ed. 2. decore.

81) Est enim — constitueretur — conveniret.] Ed. 2. Erit enim — constituitur — conveniat.

82) concionem faceret,] Ed. 2. cantionem decantaret,

83) Sed tamen — exigeretur.] in Ed. 2. *omissa sunt.*

84) pars vulgi — contemnere.] Ed. 2. pars vulgi, nesciens quam ob causam liceat violare traditiones, nec discernunt inter praecepta Dei et traditiones hominum, iuxta induit contemptum omnium legum, divinas et humanas traditiones contemnere.

85) abalienantur reliquis] Ed. 2. abalienantur a reliquis

transferrem, charitatem autem non habeo, nihil sum. Cedit igitur in tali casu fides aliquamdiu charitati, propterea huiusmodi offensiones diligenter vitandae sunt. Haec satis est monuisse.

De traditionibus hominum non prodest usque adeo multum quotidie disputare apud vulgus, [86]) At isti sunt maximorum scandalorum autores, sicut qui vulgo sunt autores maioris licentiae. [86]) Quare non potius hortantur eos ad servitutem? ut Paulus ait: Qui vocatus est in circumcisione, non accersat praeputium, Qui est apud eos, qui vescuntur carnibus, vescatur in nomine Domini, Qui est apud alios, non vescentes, non iudicet eos et abstineat. Hoc consilium dedit Ambrosius matri Augustini, ut Romae servaret ritus eius, nobis Mediolani Mediolanûm ritus, satis enim sciret, [87]) quod non iustificent. Diligenter etiam discernant ecclesiasticas traditiones, ne putent legibus civilibus conscientias non teneri. De his enim Paulus ait: Obedite non solum propter metum, sed etiam propter conscientiam.

DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Libertas Christiana primum haec est, habere remissionem peccatorum per Christum et consequi Spiritum sanctum, per quem liberemur a potestate diaboli. Ioh. 4. Si vos filius liberarit, vere liberi estis. De hoc gradu libertatis diligenter docendum est. Nam haec affert conscientiis maximam utilitatem. [88]) Consolatio enim concepta corde, luctantes cum peccatis, iuvat, quum sciunt sibi promissum esse auxilium adversus infirmitatem carnis, adversus diabolon, ne vincantur, ne rapiantur ad peccandum. [88])

Secundus gradus est, liberatos esse nos a lege Mosi, sicut Paulus ait ad Ephes. 2. et Coloss. 2.

Sunt autem legis tres partes: Decalogus, Ceremoniae et iudicialia. Sumus itaque liberati ea parte legis, quae non exigit iustitiam cordis, Hae sunt ceremoniae et iudicialia. In lege Mosi primogenitus habebat duas partes haereditatis, Dividuntur [89]) nunc iuxta Romanas leges: licet enim uti gentilibus legibus, quia Deus approbavit gladium gentium.

Item, leges gentilium sunt ex legibus naturae collectae. Porro leges naturae sunt etiam divinae leges, Rom. 2. Sunt autem tales: Neminem laedere, Suum unicuique tribuere, Ab alterius uxore abstinere, Certis legibus matrimonia contrahere, alere sobolem, reddere gratiam, obedire magistratibus. Haec omnia Deus scripsit in animis nostris.

Quum autem vocamus divinas, scriptas in saxo: cur non vocamus etiam leges divinas, scriptas in cordibus nostris? In lege Mosi decimae tantum dabantur sacerdotibus, apud nos decimae illis dandae sunt, quibus eas magistratus nostri tradi iusserint, [90]) Sic legibus nostris suspendimus fures, lex Mosi non suspendit.

Decalogus autem exigit iustitiam cordis, propterea non est abrogatus, quia Christiana iustitia est iustitia cordis, Non enim est ceremonia externa aut interna πολιτικά, i. e. politia, sed sicut [91]) Paulus ait, πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς. Propterea etiam decalogus est repetitus in Evangelio et exigitur, sicut ait Dominus: Non peribit apex de lege. Haec pars legis, quae scripta est in cordibus, non potest aboleri, cum natura humana non sit abolita, in qua scripta semper extat. Haec docentur copiose in Actis 15. Hunc gradum libertatis [92]) oportet tenere eos, qui docent in ecclesiis, Quod [93]) cum non tenerent ante biennium autores seditionis, magna alimenta furoris sumpserunt, inde, quia decimas volebant eripere nobilitati, quod [94]) volebant venationes publicari, etiam [95]) silvas communes reddere, quod erat praedam potius, quam libertatem Christianam docere.

Postremo autem infimus gradus libertatis est, quod Deus non exigit ad iustificationem traditiones humanas. De hoc uno gradu, quem facile est ex praedictis cognoscere, tantum docent plerique, de superioribus rebus magis necessariis nihil aut raro loquuntur, quod est plane glutire camelum et devorare [95a]) culicem.

DE LIBERO ARBITRIO.

Volo etiam nonnihil de libero arbitrio adscribere, quomodo doceri debeat, de quo plerique valde

---

86) At isti — licentiae.] *ab* Ed. 2. *absunt.*

87) ritus eius, nobis — satis enim sciret,] Ed. 2. ritus Romanos, Mediolani Mediolanenses ritus, quia sciret,

88) Consolatio enim — ad peccandum.] Ed. 2. Nam qui luctantur cum peccatis, quum sciunt sibi promissum esse auxilium adversus infirmitatem carnis, adversus diabolon, ne vincantur, ne rapiantur ad peccandum, magnam habent consolationem.

89) Dividuntur] Ed. 2. Haereditates dividuntur

90) iusserint.] Ed. 2. insserunt.

91) Non enim est — sed sicut] Ed. 2. non externa quaedam vel Caeremonia vel πολιτεία. Sed sicut

92) libertatis] Ed. 2. libertatis de politicis ordinationibus et iudicialibus

93) Quod] Ed. 2. quem

94) quod] *ab* Ed. 2. *abest.*

95) etiam] *in* Ed. 2. *deest.*

95a) devorare] *sic male* Editt. *pro* excolare; *spectant enim haec verba ad locum* Matth. 23, 24.

incommode loquuntur, [96]) et quia clamitant, omnino nos nihil facere posse, aliud nihil docent, quam diffidentiam, quae multa peccata parit in vulgo.[96])

Voluntas humana est vis libera, ut facere possit [97]) iustitiam carnis seu iustitiam civilem, ubi lege et vi cogitur, ut non furari, non occidere, non moechari. Paulus enim cum iustitiam carnis vocat, docet esse quandam iustitiae partem, quam caro coacta [98]) suis viribus faciat, Rom. 2. Gentes natura faciunt, quae legis sunt. Quid autem faciunt, nisi civilem iustitiam? Exigit autem Deus iustitiam hanc, 1. Timoth. I. Lex est iniustis posita. Vult Deus coherceri rudes et imperitos doctrina legis.

Propterea doceant, in nostra manu, si cogatur vi, esse [99]) carnem frenare et civilem iustitiam praestare, et hortentur diligenter ad recte vivendum, quia Deus hanc quoque iustitiam exigit et graviter puniet illos, qui adeo negligenter vivunt, et somniant hanc iustitiam non esse in nostra manu, si extorqueatur. [100]) Et [1]) sicut aliis donis Dei bene uti debemus, ita etiam viribus, quas Deus naturae tribuit, bene uti debemus.

Sed has vires diabolus impedit, qui agitat corda ad peccandum et propemodum cogit, id ergo moneantur homines, ut accendantur ad petendum auxilium a Deo. Ita Deus adiuvabit etiam naturalia dona.

Secundo, voluntas humana non est libera, si respicias opera spiritualia, ut veram fidem habere erga Deum, deponere concupiscentiam, sui amorem, castum cor. [2]) Sic enim ait Paulus: Animalis, i. e. carnalis homo non percipit ea, quae Dei sunt. Rom. 8. Legi Dei non potest subiici. Vera illa spiritualia non potest efficere ratio, scilicet timorem Dei, castum cor, gaudium in cruce. [3]) Atque hoc est demum, veram Christianam iustitiam divinitus accipiendam esse, Civilis iustitia non est satis coram Deo, quamvis etiam Deus exigit eam.

96) et quia — in vulgo] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

97) libera, ut facere possit] Ed. 2. ita libera, ut facere aliquo modo possit

98) coacta] *in* Ed. 2. *deest.*

99) in nostra manu, si cogatur vi, esse] Ed. 2. in nostra manu aliquo modo esse

100) et somniant — extorqueatur.] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

1) Et] Ed. 2. Nam

2) deponere concupiscentiam, sui amorem, castum cor.] Ed. 2. habere verum timorem, cor castum, deponere concupiscentiam, sui amorem.

DE LEGE.

Lex est docenda propter duas caussas; habet enim duos effectus, cohercere carnem et terrere conscientiam.

Primum igitur docenda est et urgenda, ut cohereeantur rudes homines, iuxta illud: Lex est posita propter transgressiones, scilicet cavendas. Item, [4]) Lex est iniustis posita. Non enim delectatur Deus ista vitae feritate quorundam, qui cum audierint, non iustificari [5]) nostris viribus et operibus, somniant se velle expectare a Deo, donec trahantur, interea vivunt impurissime. Hi maximas poenas dabunt Deo. Sunt igitur valde obiurgandi a docentibus in ecclesia.

Secundo, docenda est lex, ut terreat conscientias, iuxta illud: Per legem cognitio peccati, i. e. ut [6]) homines ad poenitentiam vocentur, et per poenitentiam ad fidem et ad iustitiam Christianam.

Hos duos effectus legis ob oculos et in conspectu habeant. Hi, qui docent in ecclesiis, diligenter tradant doctrinam legis, alioqui, ubi doctrina fidei sine lege traditur, infinita scandala oriuntur, vulgus fit securum, et somniant se habere iustitiam fidei, quia nesciunt, fidem in his tantum esse posse, qui habent contrita per legem corda.

Amen. [7])

Laus Deo, qui posuit inter suam iram et nostra crimina mediatorem Ihesum Christum. [8])

3) gaudium in cruce.] Ed. 2. gaudium, fiduciam in cruce.

4) Lex est posita — Item,] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

5) iustificari] Ed. 2. iustificari nos

6) ut] *in* Ed. 2. *deest.*

7) Amen.] Ed. 2. Finis.

8) Laus Deo — Christum.] *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

B.

MELANTHONIS LIBER VISITATORIUS GERMANICUS

cum praefatione Martini Lutheri, Electoris iussu editus.

Paulo post illam primam adumbrationem libri visitationis latine scriptam Melanthon hunc librum germanicum scripsit, in quo non tantum, ut in illa, *doctrinam* eamque plenius, sed etiam *cultum* et *scholarum habendarum ordinem* tractavit in hisce 18 capitibus: 1. *de doctrina*, in quo capite admonentur concionatores, ut doctrinam de poenitentia a doctrina de fide non separent; 2. *de lege*, in quo cap. iubetur explicari decalogum, et exaggerari peccata in eo prohibita, eorumque poenas; 3. *de oratione* seu *precibus*, quae ad solum Deum, non ad Sanctos dirigendae sunt, nec valent, nisi a poenitentibus et credentibus fiant; 4. *de cruce* sive tribulatione patienter toleranda; 5. *de baptismo*; 6. *de sacra coena*; 7. *de poenitentia* (et *contritione*); 8. *de confessione*; 9. *de satisfactione* non in operibus hominum, sed in solo Christi merito quaerenda; 10. *de cultu publico*, in quo cap. monetur, ut de legibus ecclesiae modeste agatur, et praecipue quidem urgeantur vera opera officii et caritatis, deinde etiam obsequium bonis legibus praestandum, festa, dominicas inprimis serventur, distinctio observetur inter leges magistratus et ecclesiae; et speciatim de Missa agitur; 11. *de coniugio*; 12. *de libero arbitrio*; 13. *de libertate christiana;* 14. *de bello Turcico*, in quo cap. reiiciuntur clamores illorum, qui bellum contra Turcos vetant; 15. *de elencho in concionibus*, in quo cap. ordo cultus publici et explicandae sacrae Scripturae in concionibus ad eum modum proponitur, quem Lutherus praescripserat; 16. *de excommunicatione* sive de banno legitimo; 17. *de officio superintendentium*; 18. *de scholis*, in quo cap. scholarum ordo proponitur, praemissa admonitione de necessitate et utilitate scholasticae institutionis. Ex his capitibus tredecim priores de doctrina agunt, quibus caput XIV. de bello Turcico annexum est, ut falsae de eo opiniones refellerentur (conf. ea, quae Strobelius de hoc cap. in praefat. Editionis suae p. 35 sqq. disserit). Weberus in praefatione Editionis huius libri p. 33 sq. haec 14 capita priora sic distribuit: A. Lehrordnung. I. Von der Buße, dem Glauben und den guten Werken, als „den vornehmsten Stücken des christlichen Lebens." Huc refert germanici libri cap. 1—4., (quibus in latino libro eiusdem argumenti, principium et capita sic inscripta: *Quid sit fides*; *De cruce*; *De oratione*; *De fructibus spiritus*; *De magistratibus*; *De timore Dei*; *De lege*, respondeant); II. Von den heiligen Sacramenten und einigen damit zusammenhängenden Lehren. Huc refert germanici libri cap. 5—9. (et latini capita: *De sacramentis* [Baptismus]; *Eucharistiae signum*; *De poenitentia*); III. Belehrungen über Verschiedenes. Huc refert germanici libri cap. 10—14. (et latini capita: *De coniugio; De casibus prohibitis*; *De traditionibus humanis*; *De libero arbitrio*). Sequentia 3 capita: 15—17. germanici libri, Ecclesiarum ordinem, atque cap. 18. extremum Scholarum ordinem exhibent, de quibus utrisque in latino libro non agitur.

Hic liber ineunte Augusto anni 1527. scriptus esse videtur et una cum actis visitationis ad Electorem missus est, qui utraque d. 15. Augusti ad Lutherum mittebat, ut exquireret, quid ille de his scriptis iudicaret. Nam in epistola feria 2. post Assumptionis Mariae (i. e. d. 16. Aug.) ad Spalatinum data *) Lutherus ad hunc scribit: „Heri princeps acta visitationis ad me misit, ut viderem et iudicarem, dignane essent editione. Omnia pulchra sunt, si modo sic, ut constituta sunt, administrarentur, uti videbis." Sequenti die Nicol. Hausmanno perscribit: „Spes est, visitationem facile processuram, iam per visitatores composita pulcherrima ordinatione, quam Princeps editurus est, ut nobis postea facile sit convenire et ordinare, quae necessaria sunt pro Ecclesiis." **) — Lutherus m. Octobri ad Electorem cum epistola remisit haec scripta, paucis

---

*) Vide Lutheri epist. ed. de Wette Tom. III. p. 191 sq. (ubi pro d. 16. Aug. adscriptus est: 19. Aug.).

**) Ibid. III. p. 193.

mutatis. Quamquam enim potestas ei ab Electore data erat, ut ipsius arbitratu mutaret, quidquid displiceret, tamen perpauca mutavit, id quod intelligitur ex hisce verbis epistolae ab eo d. 12. Oct. 1527. ad Electorem datae *): „Unser Pfarrherr, Herr Johann Pomer [Bugenhagen] vnd ich, haben der Visitatoren Acta vberlesen, vnd wenig darinnen geendert, wie E. K. F. G. dabey verzeichnet vernehmen werden. Denn es vns alles fast wohlgefellet, weil es für den Pöbel auffs einfeltigst ist gestellet." Et iam d. 13. Sept. ad Spalatinum de hac re scripserat: „De industria quaedam non correxi, ne videretur commentum meum." **) |

Tum libellus visitationis a Melanthone germanice compositus, antequam typis publicaretur, ab Electore d. 3. Ianuarii 1528. denuo ad Lutherum missus est, ***) ut praefationem, qua rei series enarraretur, in eum conscriberet, totumque relegeret, et, ubi opus esset, corrigeret et suppleret, speciatim vero examinaret, quae de usu sacrae coenae conscripta essent, item de prohibitione graduum coniugii. Obsecutus est Lutherus, et inprimis in articulo *de sacra coena* post verba: „Der ander artickel ist, das sie die leute vnterrichten, das recht ist, beide gestalt nemen." inseruit additamentum, quod incipit a verbis: „Denn nach dem das heilige Euangelion (Gott lob) an tag komen ist," et finitur: „Darumb mus man auch dem tage seine zwölff stunden lassen, vnd die sachen Gott beuelhen." †), mutatis paululum reliquis. ††) Praeterea suasit, ut in articulo *de coniugio* ea, quae Melanthon de gradibus prohibitis in contrahendo matrimonio scripsisset, omitterentur. †††) Qui accuratius Lutheri de hoc libro iudicium cognoscere vult, legat eiusdem „Bedenken" in Lutheri epist. ed. de Wette T. III. p. 258—262. et Seckendorfium l. l. lib. II. §. 36. Addit. II. (p. 104 sq.). †*)

Hic liber visitationis germanicus a Luthero sic paululum mutatus et ab eo praefatione instructus, mense Februario a. 1528. prelo typographi, Electoris iussu, traditus est. Lutherus enim feria 4. post Purificationis (i. e. d. 5. Februarii) 1528. ad Spalatinum scribebat: „Visitatorum Institutio sub prelo est." †**), item feria 2. post Dorotheae (i. e. 10. Febr.) ad Nic. Hausmannum: »Visitatio sub prelo est, qua spero fore, ut omnia in melius formentur." †***) Hunc librum circa Laetare a typographo esse absolutum, intelligitur ex eius epistola d. 2. Martii ad eundem Hausmannum data, in cuius principio haec leguntur: »Nondum fuit absoluta visitationis editio, mi D. Nicolaë, differentibus rem typographis penuria papiri: circa Laetare absolvetur.« *†)

Circa illud tempus prodiit hic liber sic inscriptus:

Unterricht | der Visitatorn | an die Pfarhern ym | Kurfurstenthum | zu Sachssen. | Wittemberg | MDXXVIII. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, quarum superiores Trinitatem cum angelis, inferiores Iesum infantem cum Maria et Iosepho depingunt, iuxta quas a dextra Melanthonis insigne: Clypeus, in quo anguis aheneus circa crucem volutus, a sinistra Lutheri insigne est: Clypeus, in quo rosa alba cum cruce, adscriptis litteris: M L. Infra illam partus Christi picturam est parvus clypeus, in quo N S, nominis typographi siglae, in unam coniunctae sunt.) — (In fine:) Gedruckt zu Wittemberg, | durch Nickel Schirlentz. | M. D. XXviij. 12 plagg. litt. A—M sign., 47 foll. non num., ult. fol. album. 4. (fol. A2ᵃ — B1ᵃ Mart. Lutheri Vorrhede; fol. B1ᵇ — 2ᵃ Index: Register des vnterrichts; fol. B2ᵇ — J3ᵇ med. Formula doctrinae: Von der Lere etc.; fol. J3ᵇ med. — L2ᵇ init. Formula cultus: Von teglicher vbung ynn der kirchen etc.; fol. L2ᵇ — M3ᵇ Formula scholarum habendarum: Von Schulen, Clausulâ in fine subiunctâ; fol. M4 vacat.). *††)

---

*) Ibid. III. p. 211 sq.

**) Ibid. III. p. 204.

***) Sic Seckendorfius l. l. lib. II. sect. 13. §. 36. (p. 102. Ed. 2.) refert, id quod Strobelius in praefatione suae Ed. p. 22. male addubitat.

†) In Ed. principe haec leguntur fol. G 3ᵇ lin. extr. — fol. G 4ᵇ lin. 10. Integrum hunc locum insertum Weberus l. l. in praefat. p. 32 sq. exscripsit.

††) Vide Seckendorfium l. l. p. 103.

†††) Conf. Strobelius l. l. p. 23 sq. et Weberus l. l. p. 33. — Caput *de casibus prohibitis* inscriptum, in germanico libro omissum, in latino exstat, vide supra p. 21 sq.

†*) Conf. etiam Ioh. Erh. Kappii Kleine Nachlese einiger — Urkunden P. I. (Leipz. 1727. 8.) p. 1 sqq.

†**) Lutheri epist. ed. de Wette III. p. 279.

†***) Ibid. III. p. 280.

*†) Ibid. III. p. 287.

*††) Haec Ed. in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est.

Hanc Editionem principem subsecutae sunt hae:

— — (Idem Index) Wittemberg 1528. 9 plagg. 4. Titulus cinctus est figuris ligno incisis, infra quas sunt siglae N S in unam coniunctae, ex quibus intelligitur, hanc Ed. ab eodem typographo, Nicolao Schirlentz, esse expressam. *)

Unterricht der | Visitatorn an die | Pfarherrn im Kurfür= | stenthumb zu | Sachssen. | Wittemberg. | MDXXVIII. (Hic titulus cinctus est figuris aeri incisis, inter quas in superiore parte agnus est vexillum tenens, iuxta quem a dextra Davides rex fidibus canens, a sinistra Christus crucem ferens, in inferiore parte Davides rex saltans et fidibus canens ante arcam foederis, quam duo sacerdotes portant, cum permultis aliis figuris.) 8 plagg. litt. A—H sign., 32 foll. non num., 4. (fol. A1ᵇ — 3ᵇ Vorrhede Mart. Luthers; fol. A4ᵃ Register des unterrichts; fol. A4ᵇ — F4ᵃ med. Von der Lere etc.; fol. F4ᵃ med. — G4ᵇ med. Von teglicher vbung in der kirchen, etc.; fol. G4ᵇ med. — H4ᵃ med. Von Schulen; fol. H4ᵇ vacat.) **) Haec Ed. in titulo quidem *Wittebergam* prae se fert; at ex figuris, quibus titulus cinctus est, coniicere licet, eam *Lipsiae Iac. Berwaltii* typis esse expressam.

Unterricht | der Visitatorn | an die Pfarhern ym | Kurfürstenthum | zu Sachssen. | Witteberg: | M. D. XXVIII. (Hic titulus figuris ligno incisis, quae propylaeum depingunt, cinctus est.) 9 plagg. litt. A—J sign., 36 foll. non num., 4. (fol. A1ᵇ — 4ᵃ med. M. Luthers Vorrhede; fol. A4ᵃ med. — 4ᵇ init. Register des unterrichts; fol. A4ᵇ — G2ᵇ Von der Lere, etc.; fol. G2ᵇ extr. — H4ᵃ init. Von teglicher vbung ynn der kirchen, etc.; fol. H4ᵃ — J4ᵃ init. Von Schulen; fol. J4ᵇ vacat.). ***) Etiam huius Ed. typi et figurae titulum cingentes demonstrant, eam minime esse Wittebergensem, quamquam hoc nomen in titulo legitur.

— — (Idem Index) Marburg 1528. 4. †)

Unterricht | der Visitatorn an | die Pfarhern ym Kurfurstenthum | zu Sachssen. | Wittemberg | MDXXviij. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, quarum superiores: Adami et Evae creationem, peccatum et expulsionem e paradiso, mediae: quatuor evangelistas, inferiores: Iesum infantem cum Maria et Iosepho, atque Christum crucifixum ab angelis adoratum depingunt.) — (In fine:) M. D. xxviij. 5 plagg. litt. A—E sign., 40 foll. non num., 8. min. (fol. A1ᵇ — 4ᵃ Vorrhede M. Luthers, fol A4ᵇ Register des unterrichts; fol. A5ᵃ — D6ᵃ med. Von der Lere, etc.; fol. D6ᵃ extr. — E3ᵇ Von teglicher vbung ynn der kirchen, etc.; fol. E4ᵃ — 8ᵃ Von Schulen, annorum numero in fine subscripto; fol. F8ᵇ vacat.) ††)

— — (Idem Index) Wittenberg M. D. XXVIII. — (In fine:) Gedruckt zu Nürmberg, durch Georg Wachter, 1528. 5 plagg. 8. †††)

Ex una harum Editionum anni 1528. recusa est haecce:

— — (Idem Index, additis his verbis:) Nachmals ein sehr nützliches Büchlein, Auch vor vielen Jaren erstlich im Druck ausgangen, vnd jetziger Zeit widerumb im Druck verordnet. Durch D. Johann Pfeffinger. Mit einer kurtzen Vorrede. Leipzig 1570. 4. Pfeffingeri Praefationem tres plagulas complectentem, in qua contra Coelestinum Synergian suam defendit, sequitur in 10 plagulis Visitatorum Instructio ex prima editione anni 1528. communionem sub una approbans. †*)

Illam primam Editionem anni 1528., in reliquis Editt. modo recensitis repetitam, demum anno 1538. secuta est nova Editio, cui occasionem dedit reformatio Freibergensis, ab Henrico Duce Saxoniae, Georgii fratre, anno 1537. suscepta, in qua ut visitationis ordinatio in Electoratu pro norma doctrinae et rituum haberetur decretum est. †**)

---

*) Hanc Ed. Strobelius in praefat. suae Ed. p. 24. recenset.

**) Hanc Ed. ex Biblioth. Ponick. Halensi in manibus habeo. — Recensetur a Strobelio l. l. p. 25. et Riederero in Feuerlini Biblioth. symbol. P. I. p. 273.

***) Haec Ed., quam Strobelius l. l. p. 25. breviter recenset, in Biblioth. senat. Norimb. et in meis libris est.

†) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 25. brevissime recenset.

††) Hanc Ed. perraram, quae Strobelium fugit, ex Biblioth. acad. Halensi in manibus habeo.

†††) Haec Ed. a Feuerlino in Biblioth. symbol. P. I. p. 273. nr. 41. et Strobelio l. l. p. 25. recensita in Biblioth. senat. Norimb. asservatur.

†*) Sic haec Ed. recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 274. nr. 45., ex quo etiam a Strobelio l. l. p. 25. memoratur.

†**) Conf. Seckendorf. l. l. III. §. 57. p. 158. et §. 68. p. 195.

Haec nova Editio, in qua Lutherus denuo nonnulla mutavit et prioris Editionis praefationi novam praefixit, anno 1538. primum prodiit sic inscripta:

Vnter- | richt der Visi- | tatorn, an die Pfarhern | im Kurfürstenthum zu | Sachssen, jtzt durch | D. Mart. Luth. | corrigiert. | Wittemberg. | 1538. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est, inter quas sunt Insignia quinque illius temporis Theologorum Wittebergensium, Martini Lutheri: Rosa alba cum cruce, superscriptis litteris *ML*; Philippi Melanthonis: Anguis aheneus circa crucem volutus, superpositis litt. *PM*; Iusti Ionae: Squalus Ionam prophetam revomens, superscriptis litteris: *I · I*; Iohannis Bugenhagenii: Harpa Davidica, superscriptis litt. *I · B*; Casparis Crucigeri: Columba frondem oleaginam ferens ad archam Nohae advolans, superpositis litt. *C · C*, supra cuius Insigne est Iesu agnum in humeris ferentis imago.) — (In fine:) Gedruckt zu Wit- | temberg durch | Hans Lufft. | M. D. XXXVIII. 12 plagg. litt. A—M sign., 48 foll. non num., 4. (fol. A1ᵇ Lutheri nova praefatiuncula inscripta: D. Mart. Luth.; fol. A2ᵃ — B1ᵇ Eiusdem longior praefatio prioris Editionis inscripta: Vorrede D. Mar. Luth.; fol. B2ᵃ Index omnium capitum huius libri inscriptus: Register des vnterrichts; fol. B2ᵃ — K1ᵃ Von der Lere, etc.; fol. K1ᵇ — L3ᵃ init. Von teglicher vbung jnn der Kirchen, etc.; fol. L3ᵃ — M4ᵃ Von Schulen, subiunctâ Clausulâ; fol. M4ᵇ vacat). *)

Haec Ed. subsequenti anno 1539., quo Henricus Dux, Georgii fratris mortui successor, etiam in Misnia ceterisque terris recens adeptis formulam sacrorum emendare volebat, repetita est cum hocce titulo:

Vnterricht der | Visitatorn, an die Pfarherrn in | Hertzog Heinrichs | zu Sachsen Fürstenthum. | Gleicher form der Visi- | tation im Kurfürsten- | thum gestellet. | Wittemberg. | M. D. XXXIX. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.). — (In fine:) Gedrückt zu Wit- | temberg durch | Hans Lufft. | M. D. XXXIX. 11 plagg., quarum ult. fol. album est, 4. **)

In hac Ed. visitationis quidem formula sine ulla mutatione ex Ed. anni 1538. recusa, at longioris praefationis loci quidam mutati sunt. Alia Ed. eiusdem anni sic inscripta est:

Vnterricht der Visitatorn, an die Pfarherrn in Hertzog Heinrichs zu Sachsen Fürstenthum. Wittemberg 1539. (In fine:) Gedrückt zu Wittemberg durch Hans Lufft. 1539. 10 plagg. 4. ***)

Praeter has duas Editt. Wittebergenses eodem anno prodiit haecce Dresdensis:

Vnterricht Der | Visitator an die | Pfarrer in Her- | tzog Heinrichs zu | Sachssen Für- | stentbumb. | (supposito ornamento, quod foliolo simile est) Dreszden. | 1539. (Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, scilicet Insignibus quatuor Evangelistarum et Ducis Henrici, praeterea in superiore parte est agnus, ex cuius pectore sanguis in calicem influit, in inferiore iuxta urbem, cui Spiritus sanctus impendet, quatuor stant Theologi, quorum duo librum tenent.) — (In fine:) Gedruckt zu Dreszden | durch Wolffgang | Stöckel. | M. D. XXXIX. 12 plagg. litt. A—M sign., 48 foll. non num., 4. (fol. A2ᵃ Lutheri praefatiuncula; fol. A2ᵇ — B1ᵇ Eius praefatio longior; fol. B2ᵃ Index capitum: Register des vnterrichts; fol. B2ᵇ — K1ᵃ Von der Lere, etc.; fol. K1ᵇ — L3ᵃ init. Von teglicher vbung jnn der Kirchen, etc.; fol. L3ᵃ — M4ᵃ Von Schulen etc.; fol. M4ᵇ vacat.). †)

Quum anno 1545. in Episcopatu Naumburgensi, cuius Episcopus Nicolaus Amsdorfius tunc temporis erat, visitatio institueretur, hic liber denuo repetitus est cum hocce titulo:

---

*) Haec Ed. in Biblioth. Mariana Halensi, senat. Norimb. et in meis libris est. — Recensetur a Riederero in Feuerlini Biblioth. symbol. I. p. 273.

**) Hanc Ed. recenset Strobelius l. l. p. 27., et Feuerlinus l. l. l. nr. 42.

***) Hanc Ed. Feuerlinus l. l. I. p. 273. nr. 43. atque ex eo Strobelius l. l. p. 28. recensent.

†) Haec Ed. perrara, quae Strobelio et Webero latuit, in meis libris est, alligata huic libro: Kirchen ord- | nung zum an- | fang | für die Pfarher | in Hertzog Hein | richs zu Sachs- | sen V. G. H. Für- | stenthumb. | M. D. XXXIX. | Dreszden. (Hic titulus, qui, solo annorum numero excepto, rubro colore expressus est, iisdem figuris cinctus est ac titulus modo allatus.) — (In fine:) Gedruckt zu Dreszden durch | Wolffgang Stöckel, Vnd am Freitag | nach Circumcisionis Domini fe- | liglich vol- endet. 1540. 6 plagg. litt. a—f sign., 24 foll. non num., 4. (fol. a1ᵇ — 4ᵇ Vorrede an die Pfarher vnd Christlichen Leser. Datum 19. Septembris. 1539. subscriptis hisce nominibus: Justus Jonas D. Georgius Spalatinus. Caspar Creutzinger. Fridericus Myconius. Justus Menius, Johannes Weler.; fol. b1ᵃ — f3ᵇ med. Formulam sacrorum cont., in cuius fine Clausula addita est; fol. f4 vacat.). — Haec sacrorum formula etiam in Biblioth. Ponickav. Halensi exstat.

Vnterricht der Visitatorn an die Pfarherrn Im Bisthumb Naumburg, gleicher Form der Visitation im Churfürstenthum zu Sachsen gestellet. Wittemberg. 1545. 4.

In cuius longiore praefatione Lutherus iterum quaedam, quae ad hanc visitationem Naumburgensem spectant, adscripsit. *)

Ad has Editionis anni 1538. repetitiones anno 1554. accessit haecce:

Vnterricht der Vi- | sitation, an die Pfar- | hern im Kurfürstenthum zu Sach- | sen, Durch Doct. Mart. Luth. | corrigirt. M. D. XXXVIII. | Itzt auffs newe wi- | der gedruckt zu Ihena, Durch | Christian Rödinger. | M. D. LIIII. (Hic titulus non figuris cinctus est.) — (In fine:) Gedruckt zu Ihe- | na, durch Christian Rödinger. | Anno M. D. LIIII. 12 plagg. litt. A—M sign., 48 foll. non num., 4. (fol. A1^b Lutheri praefatiuncula; fol. A2^a — B3^a med. Eiusdem longior praefatio cum annott. margin.; fol. B3^b Register des Vnterrichts; fol. B4^a — K1^a Von der Lere, etc. c. nott. marg.; fol. K1^b — L3^a med. Von teglicher vbung in der Kirchen, etc. c. nott. marg.; fol. L3^a med. — M4^a med. Von Schulen c. nott. marg. subiunctâ Clausulâ; fol. M4^b vacat.). **)

Hanc Ed. anno 1716. secuta est haecce:

Unterricht der Visitatorn für die Pfarrherren, verfasset von D. Martin Luthern Anno 1538. Und auf Sr. Hochfürstl. Durchlaucht zu Brandenburg Onolzbach gnädigsten Befehl, nach Veranlassung der in Dero hochlöblichen Fürstenthum Christ-Fürstlich angeordneten Kirchen-Visitation, wieder auffgeleget Anno 1716. Onolzbach. 7 plagg. 4.***) Haec Ed., in cuius titulo Lutherus falso auctor huius libri nuncupatur, in fine amputata est; ultimum enim caput *de scholis* in hac Ed. finitur verbis Ecclesiastici 38.: Vnd Got ist alle ertzney, vnd wird vom könig schenkung empfahen. reliqua, quae hunc locum in omnibus prioribus Editt. sequuntur, hic omissa sunt.

Hactenus Editiones recensui, quae librum visitationis germanicum *seiunctim* exhibent. Ad has accedunt illae duae Strobelii et Weberi supra p. 5—6. descriptae, in quibus hic germanicus liber *cum illo latino* eiusdem argumenti *coniunctus* est. His addenda est Koethii Collectio Operum Mel. sic inscripta:

Philipp Melanchthon's Werke, in einer auf den allgemeinen Gebrauch berechneten Auswahl. Herausgegeben von Dr. Friedrich August Koethe. (6 Thle. Leipzig 1829—1830. 8.) Thl. I. S. 83—130.

Praeterea Operum Lutheri Collectiones hic afferendae sunt. Quamquam enim Lutherus huius libri non auctor, sed tantum *censor* et *revisor* fuit, et *praefationem* in eum ipse scripsit, tamen ab omnibus Operum eius Collectoribus inter haec ipsa est receptus. In Collectione *Wittebergensi* legitur Tom. IX. Opp. German. fol. 251 sqq, in *Ienensi* Tom. IV. Opp. German. fol. 341 sqq., in *Altenburgensi* Tom. IV. p. 389 sqq., in *Lipsiensi* Tom. XIX. p. 622 sqq., in *Hallensi* Tom. X. p. 1902 sqq., in *Erlangensi* Tom. XXIII. p. 1 sqq.

His Editionibus denique addimus eius *translationes*. Editio enim princeps anni 1528. eodem anno in linguam Saxoniae inferioris translata est atque prodiit sic inscripta:

Vnderrichtinge der Visitatorn an de Parhern Korvorstendöme to Sassen. Wittemberg 1528. 8. †)

Huius interpretationis auctor fortasse Ge. Spalatinus est, qui etiam Locos Melanthonis in eundem sermonem vertit (vide huius Corp. Vol. XXII. p. 639 sqq.).

---

*) Haec Ed. rarissima olim in Biblioth. Ponickav. Halensi asservabatur, id quod ex eius Catalogo Tom. III. p. 442. intelligitur, nunc vero eam non reperi, quapropter eam accuratius describere nequeo. Ille locus, quem Lutherus longiori praefationi in hac Ed. adiecit, repusus est in haece Supplementorum collectione: Des Ehrwirdigen Herrn, D Martini Lutheri Bücher, Schrifften vnd Predigten, Welche In den Wittenbergischen, Ihenischen vnd Eislebischen Teilen, Kirchen, vnd Hauspostillen, auch zuletzt vor diesem ausgangenen Altenburgischen Tomis, nicht zu finden, etc. (Halle, im Hertzogthum Magdeburg, 1702. Fol. 1 Tom.), a Ioh. Gottfr. Zeidlero edita, p. 467 sq., ex qua in Operum Lutheri Editione Lipsiensi Tom. XXII. p. 260. repetitus est, item in Walchii Edit. horum operum Tom. X. p. 1910—1912. et in eorum Edit. Erlangensi Tomo XXIII. p. 10 sq. Conf. etiam Walchii praefatio ad illum Tomum p. 97., ubi de hac nova Ed. disserit, ex quo loco Strobelius l. l. p. 28. et Weberus l. l. p. 37. hanc Ed. recensent, quam ipsi nunquam viderunt, neque ego adhuc conspexi.

**) Haec Ed., quam Feuerlinus l. l. I. p. 273 sq. nr. 44., atque ex eo Strobelius l. l. p. 29. et Weberus l. l. p. 37. recensent, in Biblioth. Ponickav. Halensi et in meis libris est.

***) Hanc Ed. Strobelius l. l. p. 29. et Weberus l. l. p. 38. afferunt.

†) Haec translatio recensetur a Strobelio l. l. p. 25. et Webero l. l. p. 36.

Editio huius libri a Luthero anno 1538. revisa, in usum Ecclesiarum Danicarum a Ioh. Bugenhagio Pomerano in linguam latinam eodem anno translata ter prodiit:

Instructio Visitationis Saxonicae, ad Ecclesiarum Pastores, de doctrina Christiana, Translata a Doctore Pomerano in latinum, propter Ecclesias Danicas. Rothschildiae 1538. 8. *)

Instructio Visitationis Saxonicae, ad Ecclesiarum Pastores, de doctrina Christiana, Translata a Doctore Pomerano in latinum, propter Ecclesias Danicas Anno domini 1538. *Nunc rursum excusa Vitebergae per Ios. Clug* 1539. 5 plagg. 8. **)

— — (Idem Index ac in Ed. a. 1538.) *Hafniae* 1616. 8. ***)

Denique, ne quis opinetur, quasdam Editt. in his Prolegomenis esse omissas, memorandum est, ab his Melanthonis articulis visitatoriis a Luthero revisis omnino diversos anno 1592. prodiisse sic inscriptos:

Christliche | Visitation- | Articul. | Wie dieselbige | In Theses und Anti-Theses | kürtzlich verfasset, | Und | In Anno 1592. verrichteter Visitation | der Kirchen und Schulen dieser Lande und Fürstenthu- | me der Chur-Sachsen | zu unterschreiben vorgeleget worden. 2 plagg. litt. a, b sign., 8 foll. non num., 4° (fol. a1ᵇ vacat, fol. a2ᵃ — b1ᵇ Affirmativa. 1. Articul, Von dem Heil. Nachtmahl. — 2. Art., Von der Person Christi. — 3. Art., Von der Heil. Tauffe. — 4. Art., Von der Gnaden-Wahl und ewigen Versehung GOTTes; fol. b2ᵃ — 4ᵇ Negativa. Falsche und irrige Lehre der Calvinisten Vom Heil. Nachtmahl — Falsche u. irr. L. der C. Von der Person Christi. — F. u. irr. L. d. C. Von der Heil. Tauffe. — F. u. irr. L. d. C. Von der Gnaden-Wahl und Versehung GOttes.) †)

Hi articuli recusi sunt in Codice Augusteo ed. Ioh. Christ. Lünig, Tom. I. (Leipzig 1724. Fol.) p. 763—766., et in hisce Editionibus Libri Concordiae s. Librorum symbolicorum: 1) Christliches Concordien-Buch ꝛc., nebst Einleit. Heinr. Pippings. Aufs neue ausgefertiget von Christ. Weiß (Leipzig 1739. 4°.) p. 963 sqq. (germanice); 2) Christliches Concordien-Buch ꝛc. nebst den Sächsischen Visitations-Artickeln. (Leipz. 1790. 8°) p. 1200 sqq. (germ.); 3) Libri symbolici Ecclesiae Lutheranae. Recens. Henr. Aug. Guil. Meyer. (Gottingae 1830. 8°) p. 527 sqq. (lat.); 4) Evangelisches Concordienbuch ꝛc. herausg. von Joh. Andr. Detzer. 2. Aufl. (Nürnberg 1843. 8°) p. 760 sqq. (germ.); 5) Libri symbolici Ecclesiae evangelicae s. Concordia. Recens. Car. Aug. Hase. Ed. 3. (Lips. 1846. 8°) p. 857 sqq. (latine); 6) Die symbolischen Bücher der evangelisch-lutherischen Kirche, deutsch u. lateinisch. Neue Ausg., mit den sächs. Visitations-Artikeln ꝛc. Besorgt von J. T. Müller (Stuttgart 1848. 8°) p. 845 sqq. (germ. et lat.) 7) Die Bekenntnißschriften der evangelisch-luther. Kirche. Herausgeg. vom evangel. Bücherverein. (Berlin 1848. 8°) p. 634 sqq. (germ.). ††)

Praeterea hi articuli mutato ordine et quibusdam additamentis partim in libelli fronte partim in fine adiunctis in fine anni 1592. iterum prodierunt sic inscripti:

Visitation Artickel im gantzen | Churkreiß Sachsen. | Sampt der Calvini- | sten Negativa vnd Gegenlehr, vnd die Form der | Subscription, welcher gestalt dieselbe beyden Par- | theyen, sich zu vnterschreiben, sind vorgeleget wor- | den. Item, die Namen der Herren Visitatoren, | wie sie in der general Visitation sind | bey- sammen gewe- | sen. | (Ornamentum typogr.) | Gedruckt ein Monat vorm Jahr, | der Geburt Christi. | Anno M. D. LXXXXIII. 1½ plagg. litt. A, B (B½ pl.) sign. 6 foll. non num., 4° (fol. A1ᵇ General Visitation im Churfürstenthumb Sachsen, ubi Nobiles, Theologi et Cancellarii huius visitationis nominantur: fol. A2ᵃ — 2ᵇ init. Folget die Special Visitation, vnd wie sich die Herren Visitatores zerteilet haben; fol. A2ᵇ post init. — B1ᵃ vers. fin. Die Artickel, darauf die gantze Visitation sonderlich zu richten, quorum ordo hic sic mutatus est, ut Calvinistarum falsa doctrina non post 4 articulos Lutheranos exhibeatur, sed singulis articulis adiungatur: fol. B1ᵃ extr. — 1ᵇ init. Folget nun die Affirmation, wie die jenigen, denen die Visitation Artickel fürgehalten, wo sie damit einig, nothwendig vnterschreiben sollen; fol. B1ᵇ post init. Folget die Negativa, wie die jenigen denen in der Visitation diese vorgehende Artickel falscher Lehr, vorgehalten, renouiren, vnd dieselbige als vnrecht, verwerffen, vnd wie folget, vnterschreiben sollen; fol. B1ᵇ med. — 2ᵃ init. Visitation zu Wittenberg; fol. B2ᵃ med. — extr. Visitation zu Leipzig; fol. B2ᵇ vacat). †††)

---

*) Haec Ed. recensetur a Ioh. Christoph. Langio in l. Johann Bugenhagens oder Pomerani — Leben und Schriften (Budissin 1731. 8.) p. 87. nr. 33., Strobelio l. l. p. 30. et Webero l. l. p. 38.

**) Haec Ed., quae a Strobelio et Webero ll. ll. recensetur, in Biblioth. senat. Norimb. est.

***) Hanc Ed. recenset Lange l. l. atque ex eo Strobelius et Weberus ll. ll.

†) Hanc Ed. ex Biblioth. Ponickav. Halensi in manibus habeo.

††) Has septem Editt. in meis libris sunt.

†††) Haec Ed. ex illa Biblioth. Ponick. mihi ad manus est.

Priusquam autem ad Melanthonis librum recudendum aggredimur, Lutheri praefationes huic libro praefixas hic exhibemus.

Lutheri praefatio in Editionem primam anni 1528.

In hac praefatione s. enarratione Lutherus fructum visitationum ecclesiarum exemplis Veteris et Novi Testamenti demonstrat fidemque episcoporum veteris ecclesiae, qua suo ecclesiarum inspiciendarum munere functi sint, et reprehendit seriori tempore hoc munus valde esse neglectum. Tum refert, puriore Evangelii doctrina restaurata, necessarium esse visum, ut hoc officium visitationis ecclesiarum restituatur; cum vero nullus theologus evangelicus episcopalem dignitatem captare ausus sit, se ab ipso Electore tamquam summo Magistratu Dei gratia instituto petiisse atque impetrasse, ut eiusmodi visitationem adornaret; quapropter se quemque sacrorum antistitem rogare, ut huic visitationi libenter se subiiciat.

Quum anno 1539. Henricus Dux, ut supra diximus, in terris morte Georgii fratris adeptis formulam sacrorum emendare vellet, Lutherus hunc visitationis librum iam a. 1538. iterum editum et altera breviore praefatione auctum, hoc anno 1539. denuo edidit cum utraque praefatione, in quarum autem longiore quaedam mutavit, quae in sequenti praefatione ex Editione principe recusa in margine inferiore ex hac Ed. anni 1539. adnotabimus.

Denique Lutherus in Editione, quam a. 1545. ad visitationem Episcopatus Naumburgensis instituendam denuo curavit, longioris praefationis locum quendam iterum mutavit. Hic locus repetitus est in I. G. Zeidleri collectione scriptorum Lutheri, quae in eius Operum Editionibus Witebergensi, Ienensi, Islebiensi et Altenburgensi omissa sunt (Halle, 1702. 1 Tom. Fol.) p. 467 sq. sic inscriptus: „Ein Stück der Vorrede D. Mart. Luth. auff den Vnterricht der Visitatorn an die Pfarrherrn in Vistum Naumburg, gedruckt zu Wittemberg Anno 1545.", ex qua collectione recusus est in Operum Lutheri Edit. Lipsiensis Tomo XXII. p. 260., in Walchii Edit. horum Operum Tomo X. p. 1910—1912. et in Edit. Erlangensis eorum Tomo XXIII. p. 10 sq. Hunc quoque locum ad finem longioris praefationis Lutheri in margine inferiore ex Zeidleri Ed. anni 1702. addemus.

Vorrhede.

Wie ein Gottlich heilsam werck es sey, die pfarhen vnd Christlichen gemeinen durch verstendige geschickte leute zu besuchen, zeigen vns gnugsam an beide new vnd alt testament, Denn also lesen wir, das Sanct Petrus vmbherzoch ym Jüdischen lande Act ix. Vnd S. Paulus mit Barnaba Acto. xv. auch auffs new durchzogen alle ort, da sie gepredigt hatten, Vnd ynn allen Episteln zeuget er, wie er sorgfeltig sey, für alle gemeinen vnd pfarhen, schreibt briefe, sendet seine iünger, leufft auch selber, gleich wie auch die Apostelu Acto. viij. da sie höreten, wie Samaria hette das wort angenomen, sandten sie Petron vnd Johannen zu yhn. Vnd ym alten testament lesen wir auch, wie Samuel itzt zu Rama, itzt zu Nobe, itzt zu Galgal vnd so fort an, nicht aus lust zu spacirn, sondern aus liebe vnd pflicht seines ampts, dazu aus not vnd durfft des volcks, vmbherzoch, Wie denn auch Elias vnd Eliseus theten, als wir ynn der könige bücher lesen. Welchs werck auch Christus selbs auffs vleyssigst für allen gethan, also, das er auch desbalben, nicht einen ort behielt auff erden, da er sein heubt hin legt, der sein eigen were. Auch noch ynn mutterleibe solchs anfieng, da er mit seiner mutter vber das gebirge gieng, vnd S. Johannem heymsucht.

Welch exempel auch die alten veter die heiligen Bischoue vorzeiten mit vleis getrieben haben, wie auch noch viel dauon ynn Bepstlichen gesetzen funden wird, Denn aus diesem werck sind vrsprünglich komen, die Bischoue vnd Ertzbischoue, darnach eim iglichen viel odder wenig zu besuchen vnd zu visitirn befolhen ward, Denn eigentlich heisst ein Bischoff ein auff seher odder visitator, vnd ein Ertzbischoff der vber die selbigen auff seher vnd visitatores ist, darumb das ein iglicher Pfarher, seine pfarkinder besuchen, warten vnd auff sehen sol, wie man da leret vnd lebet, Vnd der Ertzbischoff, solche bischoue besuchen, warten vnd auff sehen sol, wie die selbigen leren, bis das zu letzt solch ampt ist ein solche weltliche prechtige herschafft worden, da die Bischoue zu fürsten vnd herrn sich gemacht, vnd solch besuchampt etwa eim Probst, Vicarien odder Dechant befolhen, Vnd hernach da Pröbste vnd Dechant vnd Thumherrn auch faule Junckern worden, ward solchs den Officialen befolhen, die mit lade zeddeln die leute plagten ynn gelt sachen, vnd niemand besuchten.

Endlich, da es nicht erger noch tieffer kund fallen, bleib juncker Official auch daheym ynn warmer stuben, vnd schickte etwa einen schelmen odder buben, der auff dem lande vnd ynn Stedten vmb her lieff, vnd wo er etwas durch böse meuler vnd afterreder höret ynn den tabernen, von mans odder weibs personen, das zeigt er dem Official, der greiff sie denn an nach seinem schinder ampt, schabet vnd schindet gellt auch von vnschüldigen leuten, vnd bracht sie dazu vmb ehre vnd guten

leumund, daraus mord vnd iamer kam. Daher ist auch blieben der heilige Send, odder Synodus, Summa, solch theur edle werck ist gar gefallen vnd nichts dauon vberblieben, Denn das man die leute vmb gelt, schuld vnd zeitlich gut, geladen, vnd verbannet, odder einen diuinum ordinem, von den antiphen [1]) vnd versickeln ynn kirchen zu lören [2]), gestellet hat, Aber wie man lere, gleube, liebe, wie man Christlich lebe, wie die armen versorgt, wie man die schwachen tröstet, die wilden straffet, vnd was mehr zu solchem ampt gehöret, ist nie gedacht worden, Eitel iuncker vnd Prasser sind es worden, die den leuten das yhr verzereten, vnd nichts, ia eitel schaden dafür theten, Vnd ist also dis ampt gleich wie alle heilige Christliche allte lere vnd ordnung, auch des teuffels vnd Endechrists spot vnd gauckelwerck worden, mit grewlichem, erschrecklichem verderben der seelen.

Denn wer kan erzelen, wie nütz vnd not solch ampt ynn der Christenheit sey? am schaden mag mans mercken, der draus komen ist, sint der zeit es gefallen vnd verkeret ist. Ist doch kein lere noch stand recht odder rein blieben, sondern dagegen so viel grewlicher rotten vnd secten auff komen, als die stifft vnd klöster sind, dadurch die Christliche kirche gar vnterdruckt gewest, glaube verlosschen, liebe ynn zanck vnd krieg verwandelt, Euangelion vnter die banck gesteckt, eitel menschen werck, lere vnd trewme, an stat des Euangeli regirt haben. Da hatte freylich der teuffel gut machen, weil er solch ampt darnidder vnd vnter sich bracht, vnd eitel geistliche laruen vnd Münch selber auff gericht hatte, das yhm niemand widderstund, So es doch grosse mühe hat, wenn gleich das ampt recht vnd vleissig ym schwang gehet, wie Paulus klagt zun Thessalonichern, Corinthern vnd Galatern, das auch die Apostel selbs alle hende vol damit zu schicken hatten, Was solten denn die müssige, faule beuche hie nutz schaffen?

Zum Eilften, das die beicht, oder ratsuchung[62]) bey seinem pfarher oder nhesten, wol ongezwungen vnd frey sein soll, Aber doch vast nutzlich den betrubten, angefochten, oder mit sonder beladenen, oder In Irthumb gefallen, Gewissen[63]) allermeist vmb der absolution, oder trostung willen des Euangelij, wilchs dj rechte absolution ist

Von der Oberkeit

Zum Zwolften, das alle Oberkeit, vnd weltliche gesetzte gericht,[64]) oder[65]) ordnung, wo sie sindt[66]) Ein rechter gutter standt sindt,[66]) vnd nicht verpotten wie etliche Bepstische vnd Widderteuffer leren vnd halten, Sondern das ein Christ, so dorin beruffen, oder geporn,[67]) wol kan durch den glauben Christi sellig werden ꝛc.[68]) gleich wie vatter vnd mutter standt, her vnd frawen standt ꝛc.[69])

Zum dreitzehendten[70]) das man heist tradition, mentschlich[71]) ordnung In gaistlichen oder kirchen geschefften,[72]) wo sie nicht widder offentlich Gottes wort[73]) streben, mag man frey halten, oder lassen[74]) darnach dj leuthe sind, mit denen wir vmbgehen,[75]) In alwege onnottig ergerung[76]) zuuerhutten, vnd durch dj liebe den schwachen, vnd gemeinem fride zu dienst ꝛc.[77])

Zum Vierzehenden,[78]) das der kinder taufe[79]) recht sey vnd[80]) sie da durch zu Gottes gnaden, vnd In dj Christenheit genommen werden[81])

Vom Sacrament des leibs vnd Bluts Christj

Zum funfzehendten, gleuben vnd halten wir alle von dem nachtmale[82]) vnsers lieben hern Hiesu[83]) Christi, das man bede gestalt nach der Insatzung[84]) Christi, prauchen solle,[85]) das auch das Sacrament des altars

52) weil] Ed. O. dieweil Ed. T., Ed. B. diewyl

53) Ite Baptizate, — crediderit,] Ed. O. Geht hin vnd taufft ꝛc. vnd gottis verhaissung, Wer glaubt, vnd taufft wirt, der wirt selig ꝛc. darinn ist, Ed. B. Ite baptizate, vnd Gottes verheyssung, Qui crediderit, darinn ist,

54) nicht allein, ein] Ed. O. nicht allein ein Ed. B. nitt ein

55) gefordert,] Ed. O. gefürdert Ed. M. gefodert Conf. de hac voce Loescheri Hist. motuum P. I. c. 6. §. 10. p. 153., Unschuld. Nachrichten a. 1707. p. 289—293. et Riederer l. l. IV. p. 421—426.

56) zum leben] in Ed. B. desunt.

57) wirckung, des h. g., hernach so wir gerecht, vnd h.] Ed. O. würckung des h. g., hernach, so wir gerecht vnd h. Ed. B. würckung des h. g., hernoch so wir gerächt vnd h.

58) Jegen den nhesten,] Ed. O. gegen dem nechsten, Ed. B. gägen dem nächsten,

59) beten] Ed. T. bitten

60) verfolgung ꝛc.] Ed. O. verfolgung. Ed. B. veruolgung.

61) Von der Beicht.] Ed. W. Von der Beicht oder Radtsuchung.

62) ratsuchung] Ed. O. rhatsuchen,

63) g., Gewissen] Ed. O. g. gewissen,

64) weltliche gesetzte gericht,] Ed. O., Ed. T. weltliche gesetz [Ed. T. gesetze], gericht, Ed. B. wälltliche gesetzt, gricht

65) oder] Ed. B. vnd

66) sindt — sindt,] Ed. O. seyn, — seyn,

67) so dorin beruffen, oder geporn,] Ed. B. der darzu berüfft oder erboren,

68) s. werden ꝛc.] Ed. B. s. werden,

69) standt ꝛc.] Ed. B. stand.

70) Hic articulus XIII. in Ed. B. habet inscriptionem: Von Traditionen.

71) tr. mentschlich] Ed. O., Ed. B. tr., mentschlich.

72) kirchen gescheften,] Ed. B. kylchen gescheften Ed. T. kilchengeschäften,

73) nicht widder offentlich G. w.] Ed. T. nit offentlich wider g. w.

74) fr. halten, oder lassen] Ed. O. fr., halten oder lassen,

75) mit denen wir vmbgehen,] Ed. B. damitt wir vmmgand,

76) onnottig ergerung] Ed. M. vnnöthig ergernis Ed. O. vnnötige ergernus Ed. T., Ed. B. vnnötig ergernuß Ed. W. vnnötig, ergernis.

77) zu dienst ꝛc.] Ed. M., Ed. W. zu dienst. Das auch die leer, so pfaffen ehe verpeut, teuffelichs leer sey. Ed. O. zu dienen, Daß auch die leer, so pfaffen ehe verpeut, teufels leer sey. Ed. T. zu dienst ꝛc. Daß ouch die leer, so pfaffenee verbüt, tüfelsleer sye. Ed. B. zu dienst. Das ouch die Leer de pfaffen Ee verbüt, Tüffels leer sye.

78) Hic articulus in Ed. M. habet inscriptionem: Von der Kinder Tauffe et in Ed. B.: Vom kinder Touff.

79) der kinder tauffe] Ed. M. die Kinder Tauffe Ed. T., Ed. B. dee kindertouff

80) sey vnd] Ed. O. sey, vnd

81) Hunc articulum in pluribus libris omissum esse supra diximus. In iisdem libris subsequens articulus XV. appellatur decimus quartus.

82) dem nachtmale] Ed. B. dem Abentmaal

83) Hiesu] Ed. O., Ed. T., Ed. B. Jesu

84) bede gestalt nach der Insatzung] Ed. T. beede gestalt nach ynsatzung Ed. B. beide gestallten nach ynsatzung

85) Chr., prauchen solle,] Ed. M. Chr. prauchen solle, Das auch die meß nicht ein werck ist, damit einer dem andern todt oder

sey ein Sacrament des waren leibs vnd pluts Hiesu[86]) Christi,[87]) vnd dj gaistliche niessung, desselbigen leibs vnd pluts Einem yeden[88]) Christen, furnemblich von notten Desgleichen, der[89]) brauch des Sacraments wie das wort[90]) von got dem almechtigen gegeben, vnd[91]) geordnet sey,[92]) damit dj schwachen gewissen, zu gleuben[93]) zu bewegen durch den heilligen gaist Vnd[94]) wiewol aber wir vns, Ob der war leib, vnd plut Christj, leiblich[95]) Im Brot vnd wein sey,[96]) dißer Zeit nit vergleicht haben, So sal doch ein teill Jegen dem andern Christliche liebe so[97]) fer yedes gewiessen ymmer leyden kan[98]) erzeigen,[99]) vnd bedeteil,[100]) got den almechtigen[101]) vleissig bidten, das er vns durch seinen gaist, den rechten verstandt bestettigen[102]) wolle Amen.[103])

Martinus Luther[104])
Justus Jonas
Philippus Melanchthon[105])

Andreas Osiander

Stephanus agricola
Joannes Brentius[106])

Joannes Oecolampadius ss[107])
Huldrichus Zuinglius
Martinus Bucerus[108])
Caspar Hedio.[109])

---

lebendig, gnad erlange, Ed. O. Chr. brauchen sol, Das auch die meß nicht ein werck ist, damit einer dem andern tod oder lebendig, gnad erlang, Ed. W. Chr. brauchen sollen, Das auch die meß nicht ein werck ist, damit einer dem andern tod, oder lebendige, gnad erlang; Ed. T. Chr. bruchen soll; daß ouch die meß nit ein werk ist, damit einer dem andern, tod oder lebendig, gnad erlangt; Ed. B. Chr. gebruchen sol. Das ouch die Mäß nitt ein werck ist, damitt einer dem andern todten vnd läbendigen, gnad erlange.

86) Hiesu] Ed. M., Ed. W., Ed. T., Ed. B. Jesu

87) Des altars sey ein Sacrament — pluts Hiesu Christi,] Ed. O. des altars, ein sacrament — bluts Christi sey,

88) yeden] Ed. B. iettlichen

89) notten Desgleichen, der] Ed. O. nöten, Des gleichen der

90) wie das wort] Ed. O. (wie das wort)

91) gegeben, vnd] Ed. O. gegeben vnd

92) wie das wort von — geordnet sey,] Ed. M. Wie die Wort von — geordnet sein,

93) zu gleuben] Ed. M. zum Glauben Ed. B. zum glouben vnd der lieb

94) gaist Vnd] Ed. O. gaist. Vnd

95) Christj, l.] Ed. O. Christi l.

96) vns, Ob der war — wein sey,] Ed. B. vns (Ob der war — Wyn sye)

97) liebe so] Ed. O. lieb, so

98) ymmer leyden kan] Ed. B. immer meer erlyden kan,

99) kan erzeigen,] Ed. O. kan, erzaigen, Ed. T. kann, erzeigen,

100) bedeteil,] Ed. W. von beyden teylen,

101) bedeteil, got den almechtigen] Ed. O. bede theil den allmechtigen gott

102) den rechten verstandt b.] Ed. B. in dem rächten verstand, b.

103) b. wolle Amen.] Ed. O. b. wölle.

104) Martinus Luther] Ed. W. Martinus Luther ffst [i. e. subscripsit]

105) Justus Jonas Philippus Melanchthon] Ed. B. Philippus Melanchton. Justus Jonas.

106) Stephanus agricola Joannes Brentius] Ed. B. Joannes Brentius. Stephanus Agricola.

107) ss. [i. e. subscripsit] in Ed. T. non legitur.

108) Stephanus agricola — Martinus Bucerus] Ed. O. Johannes Brentius Stephanus Agricola Hulderich Zwingli Johannes Oecolampadius Martinus Butzer

109) Sub hoc nomine in Ed. O. addita sunt haec: Die haben allzumal solcher exemplar treye, gleichs innhalts, mit iren aigen henden vnterschriben. — De nominibus subscriptis conf. Riederer l. l. IV. p. 437 sq.

Nota. Qua ratione orta sint additamenta, quae Ed. Marburg. ceteraeque in quibusdam articulis habent, in seq. capite, in quo de Articulis Suobacensibus dicemus, p. 137 sq. nota **) indicabitur.

b.

ARTICULI XVII SUOBACENSES.

De horum articulorum *origine* viri eruditi diversas proposuerunt sententias. 1. Alii opinati sunt, eos in conventu, qui anno 1528. mense Iunio *Suobaci*, oppido Norimbergae vicino, habebatur, ab Andrea Osiandro aut a Iohanne Rurero aut ab utroque, aut ab aliis compositos esse, affirmaruntque eosdem a Georgio Marchione Brandenburgico ad Iohannem Electorem Saxoniae aeque ac Philippum Landgravium Hassiae missos et ab utriusque theologis esse approbatos, atque sic per eos fundamentum primum Augustanae confessionis fuisse positum. Ita praeter alios censent Ioh. Conr. Durrius,*) Ioh. Guolfg. Rentschius,**) Valent. Alberti***) et Frid. Casp. von Hagen. †) 2. Alii in eo quidem consentiunt, quod in *altero conventu Suobacensi* anni 1529. exhibiti sint, at de loco et auctore, ubi et a quo conscripti sint, inter se differant. Ioh. Ioach. Müllerus ††) putat eos aut Norimbergae a legatis Saxonicis et Brandenburgicis in colloquio praeliminari aut Suobaci in ipso conventu esse scriptos. Christian. Schlegelius †††) et Ioh. Iac. Layritius †*) iudicant, eos a Luthero ante alterum conventum Suobacensem esse concinnatos. Ioh. Guil. von der Lith †**)

---

*) In commentationis *de Religione Christ. in Germaniam et Remp. Norimb. introducta et conservata* prooemio p. 17. et in *Isagoge in libros Normales seu Symbolicos Ecclesiae Norimbergensis* cap. XVI. p. 159. [Hae duae commentationes sunt priores tractatus huiusce libri: *Io. Conr. Durrii Tractatus Theologici tres,* etc. *Norimbergae* 1675. 4°., recensiti a Feuerlino l. l. I. p. 23. nr. 124. et a Ge. Andr. Willio in *Bibliothecae Noricae Willianae* P. II. (Altdorf 1773. 8°.) p. 137. nr. 269.]

**) In l. *Iubilaeus Burggrauiatus Norici, h. e. Historia Reformationis Ecclesiasticae quam — — Georgius, cognomento Pius, Marggraf. Brandenb. — — communi statuum consensu Anno* 1528. *suscepit. Baruthi* (1678.) 4°. Recensetur a Willio l. l. II. p. 18. nr. 37.

***) In l. Gründliche Widerlegung eines päpstlichen Buches, *Augustana et Anti-Augustana* genannt (Leipzig 1684. 4°.) p. 298., quem locum Theoph. Haussdorffius in l. Lebens-Beschreibung Lazari Spenglers (Nürnberg 1740. 8°.) p. 50. in annot. *d.* affert.

†) In *Dissertatione de Conventu Suobacensi. Baruthi* 1717., quae recensetur ab Haussdorffio l. l. p. 51. in annot. *e.* et a Willio l. l. II. p. 19. sub nr. 40.

††) In libro supra p. 107 sq. recensito: *Historie* von der Evangel. Stände *Protestation* u. *Appellation* p. 303.

†††) In libro: *Initia reformationis Coburgensis in vita Ioannis Langeri, primi Superintendentis ac Pastoris huius urbis evangelici descripta,* etc. (*Gothae* 1717. 4°.) p. 117. in annott. *o.* [Hic liber in Biblioth. Ponickav. Halensi asservatur.]

†*) In duabus dissertationibus *de articulis Suobacensibus Augustanae confessionis fundamento. Witembergae* 1719. 4°. Has dissertationes, quas Io. Ge. Walchius in *Introductione in libros Ecclesiae Lutheranae symbolicos* (*Ienae* 1732. 4°.) p. 164 sq. accurate recensuit, Iac. Frid. Beyschlagius *Sylloges variorum opusculorum* Tomi I. fasciculo V. p. 976 sqq. inseruit, qui etiam in fasciculo IV. varia scripta de articulis Suobacensibus recensuit. — In Ioh. Alb. Fabricii *Centifolio Lutherano* (*Hamburgi* 1728. 8°. min.) p. 106. hae 2 dissertt. sic afferuntur: „*D. Io. Guil. Iani* et *Io. Iacobi Layritii* dissert. duae de Articulis Suobacensibus Augustanae Confessionis fundamento. Witeb. 1719. 4°.", quoniam Layritius auctor priorem *praeside Io. Guil. Iano* publico eruditorum examini tradidit.

†**) In l. Erläuterung Der Reformations-Historie, Vom 1524. bis zum 28. Jahr Christi *incl.* Aus dem Hoch-Fürstlich-Brandenburg-Onolzbachischen Archiv An das Licht gebracht Von Joh. Wilh. von der Lith. (Schwobach [1733.] 8°.) p. 276. 278. [Hic liber in Biblioth. acad. Halensi exstat.] Idem iam prius edidit duas orationes sacras easque seculares cum appendice, sic inscriptas: Erhöhete Palläste Ziens ꝛc. Fest-Predigten an dem Augsp. Confeß. Jubel-Fest, samt einer kurzen Nachricht von den Schwobachischen Articeln. Onolzbach, 1730. 4°., qui liber recensetur a Willio l. l. II. p. 19. nr. 39.: a Walchio l. l. p. 166. et Feuerlino l. l. I. p. 70. nr. 373.

et Ioh. Henr. Schülinus *) censent, Lutherum cum sociis eos Wittembergae **) ante illum conventum composuisse. Ioh. Barthol. Riederer, ***) cui Ge. Theoph. Weber, †) Car. Pfaffius ††) et Henr. Heppius †††) suffragantur, argumentis firmavit, eos a Luthero sociisque iam Marpurgi, finito illo colloquio, de quo supra diximus, esse conceptos. 3. Denique Gust. Georg. Zeltneri †*) opinio memoranda est, qui diversas sententias quodammodo ita conciliare conatus est, ut existimet, articulos, qui in priori conventu Suobacensi compositi sint, in posteriori quoque conventu adhibitos esse, quamvis in quibusdam capitibus mutatos atque emendatos, asseratque, hos iam comprobatos fundamentum dedisse Augustanae confessionis. Hanc opinionem Lithius atque Schülinus ll. ll. refutarunt.

Error eorum, qui primo loco memorati sunt, ortus est ex confusione conventus Suobacensis prioris anni 1528. cum posteriori anni 1529.; Zeltneri vero error ex eo, quod duorum conventuum diversa proposita et acta non satis cognoverat. Prior enim conventus spectavit ad consilium visitationis ecclesiasticae tum instituendae, atque in eo XXIII articuli recepti sunt, quibus *papistica* dogmata ex illis Ecclesiis removerentur: posterior autem propter societatem foederis inter ordines imperii evangelicos, qui protestantes vocantur, stabiliendam celebratus est, et in eo XVII articuli, *Zwinglianorum* doctrinam excludentes propositi sunt eam ob causam, ne quis in hanc societatem veniret, nisi haec doctrinae evangelicae capita approbasset. Utrique igitur articuli ad diversas spectant confessiones, et tantum in eo consentiunt, quod Lutheranam exhibent doctrinam. Quapropter Schülinus in l. Nützl. Samml. p. 55. monet, prioris conventus articulos *quoad materiam* quidem cum Augustana Confessione convenire, minime vero *quoad formalia*. Ut haec omnia clarius perspiciantur, illorum duorum conventuum historiam accuratius describemus.

1. De priori conventu Suobacensi eiusque XXIII articulis.

Prior conventus *Suobaci*, oppido Norimbergae vicino, anno 1528. mense Iunio †**) auspiciis nomineque Georgii, Marchionis Brandenburgici, et reipublicae Norimbergensis celebratus est religionis et rationis ecclesiarum rite constituendae causa. In hunc conventum delegati sunt a Georgio: Iohannes Rürerus Ecclesiasticus Onoldinus, Adamus Candidus (Weiss) Eccles. Crailsheimiensis, Georgius Voglerus Cancellarius

---

*) In libri anonymice editi: Nützliche Sammlung auserlesener Documenten Urkunden und Nachrichten welche zur erweiterten Erläuterung der Reformationshistorie als benöthigte Beylagen erforderlich sind. (Nürnberg, 1755. 4°.) prooemio p. 41. §. 18. [Haec collectio in meis libris est.] Haec est altera editio libri, cuius prior editio sic inscripta est: Fränkische Reformations-Geschichte, die in sich halten einen wahrhaften Bericht von den Onolzbachischen und Schwobachischen Religions-Articuln, bis auf die Zeit der Uebergebung der A. C. Nebst der Erörterung der wichtigen Frage: Ob die A. 1528. oder 1529. verfaßte Schwobachischen Articuln den ersten Grundriß der Augsp. Conf. abgegeben? nebst *raren* darzu dienlichen Authentischen Nachrichten, und dem merkwürdigen Rathschlag der Nürnberg. Prediger von A. 1524. mit kurzem Vor-Bericht an das Licht gestellet von *M. I. H. S.* [Ioh. Henr. Schülino] Nürnberg, 1731. 4°. Utraque editio recensetur a Willio l. l. II. p. 18 sq. nr. 38. et a Feuerlino l. l. I. p. 70 sq. nr. 375.

**) Pro *Wittemberga*, quam Schülinus l. l. affert, Lithius generaliter *Saxoniam* appellat.

***) In l. Nachrichten zur Kirchen- Gelehrten- und Bücher-Geschichte. T. I. (Altdorf 1764. 8°.) p. 48—66. nr. V.: Anmerkung von dem Orte und der Zeit, wo und wenn die sogenannten schwabachischen Artickel aufgesetzt und verfertiget worden.

†) In l. Kritische Geschichte der Augspurgischen Confession P. I. (Frankfurt a. M. 1783. 8°.) p. 13 sq.

††) In l. Geschichte des Reichstags zu Augsburg, im J. 1530. (Stuttgart 1830. 8°. min.) I. p. 94.

†††) In libro supra p. 117 sq. laudato: Die 15 Marb. Artikel ꝛc. p. 9.

†*) In libello: Genauere Untersuchung, wie es mit den so genannten Schwobacher-Artikuln, als dem Anfang der Augspurgischen Confession beschaffen. (Nürnberg, 1730. 4°.). Recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 70. nr. 374., a Walchio l. l. p. 166. atque a Willio l. l. II. p. 19. nr. 40., ubi praeter alios de his articulis libellos iam memoratos etiam affertur: Joh. Christoph Harenbergs Historische Nachricht von den *XVII* Schwobachischen Articuln, als dem ersten Grunde des Augspr. Glaubens-Bekänntnißes. Hildesheim 1730. 4°. [Est Programma Gandershemense, quod insigniter amplificatum legitur in Theolog. Magazin. Bd. II. (Gotha u. Leipz. 1762. 8°.) Stück 3. p. 257—346.: Abhandlung von den schwobach. Artickeln, als der ersten Form des Glaubensbekenntnißes ꝛc. mit verschied. Anmerkungen gegen einige Unrichtigkeiten aus der Kirchengeschichte, vid. Riederer in Feuerlini Biblioth. symb. I. p. 70. ad nr. 372.]

†**) Dies huius mensis, quo hic conventus celebratus est, varie designatur. Haussdorffius l. l. p. 48. refert, a Georgio diem 14 Iunii conventui esse constitutum. In Frid. Beyschlagii diss.: *Brevis Commonefactio de recurrente Memoria saeculari celebr. Conventus Schwobacensis A. MDXXVIII. d. 18. Iunii instituti*, quae eius *Syllog. varior. opusculorum* T. I. Fasc. IV. No. 7. p. 825. inserta est, d. 18. iunii indicatur. In I. H. S. [i. e. Ioh. Henr. Schülini] libro: Leben und Geschichte des weyland Durchlauchtigsten Marggraff Georgens, zugenannt des Frommen, Regierenden Marggraffens zu Brandenburg Onolzbach ꝛc. (Franckf. u. Leipz. 1729. 8°.) p. 72. refertur, hunc conventum fuisse „Mittwoch nach Frohnleichnams-Tag A. 1528“ i. e. die 17. Iunii [vide Ant. Pilgram *Calendarium Chronologicum* (*Viennae* 1781. 4°.) p. 103.].

Marchionis, Guolfgangus a Wiesenthau Centorio Suobacensis; a Norimbergensi civitate: Dominicus Sleupnerus Ecclesiasticus templi S. Sebaldi, Andreas Osiander Eccles. templi S. Laurentii, Martinus Tucherus Senator, et Lazarus Spenglerus Secretarius Senatus.*) Ab his XXIII articuli **) instituendae visitationis Ecclesiarum Marchionalis et Norimbergensis ditionis comprobati sunt, quos iam antea Osiander, ut refertur, Norimbergae in hanc formam digesserat.***) Hi articuli diu latuerunt, et anno 1730. demum a Ioh. Guil. von der Lith, Theol. Dr. Consiliario ecclesiastico et Concionatore Onolsbacensi, in tabulario principali Onolsbacensi reperti atque a. 1733. in libro supra p. 129 sq. in annot. †**) recensito: Erläuterung der Reformations-Historie p. 247—270. editi sunt †) ex uno quatuor exemplorum MSS., quae in hoc tabulario asservantur et ab eo l. l. p. 245 sq. accuratius recensentur. Unum sic inscriptum est: Visitacio der Pfarrher auf dem Land 1528., cui titulo Cancellarius Voglerus sua manu subscripsit haecce: „*No.* diese ler artickel sind zu Nürnberg gestelt vnd uff dem tag zu Swobach angenomen vnd verglichen." In alterius exempli cum aliis MSS. colligati involucro membranaceo leguntur haecce: „In diesem Buch findt man Examinacion Visitacion Kirchen Ordnung vnd ander Christlich sachen das heilig Evangelion betreffend, wie sollichs das Register vornen in dem Buch beym anfang stucks weis angezaigt." In Indice hi articuli sic consignati sunt: „Examinacion und Visitacion Ordnung, wie sich mein gnediger Herr Marggraf Georg der mit Nürnberg verglichen hat." Eadem fere verba Voglerus Cancellarius in primo folio sua manu scripsit. Tertium quoque et quartum exemplum cum aliis MSS. connexa sunt. In horum prioris involucro legitur inscriptio: „Cristliche Visitation vnd Kirchenordnung sambt dem Catechismo, wie mein gnediger Herr Marggraf Georg zu Brandenburg rc. derselben mit Nürnberg verglichen ist, in posterioris autem tegumento haecce: *Acta Visitationis.* In utroque exemplo articuli inscripti sunt: „Visitacio der Pfarrher auf dem Lande 1528." In his quatuor exemplis articuli visitationis sic ordinantur:

„*IESUS.*

Es solt wol billich genug sein ein nutzliche Visitacion zuuerursachen vnnd zuinstruiren, wann mann allein die haubtstuckh, daruon man hanndelnn solt, anzaiget, Nemlich allso,

1. Vonn der lere vnnd heyliger schrifft.
2. Vom Gesetz,
3. Vonn der pues,
4. Vom Evangelio,
5. Vom glaubenn,
6. Von der tauf,
7. Vom Kreutz vnnd truebsal,
8. Vom Fastenn,
9. Vom abentmal des herrn,
10. Von den Schlüsseln,

---

*) Sic legati consignati sunt ab Haussdorffio l. l. p. 48. Schülinus in vita Georgii p. 75., ubi hos viros enumerat, Guolfgangum a Wiesenthau appellat: Wolff Christoph von Wisenthau, Marggräflichen Rath und Pfleger zu Schwobach, at in l. Nützliche Sammlung etc. p. 29., ubi item legatos huius conventus indicat, eum nuncupat Wolffgang Christoph von Wißenthau; Lithius in illa Hist. reform. p. 245. eum nominat den Amtmann zu Schwobach, Wolf Christoph von Wiesenthau.

**) Sylvester Henr. Schmidius, Rector Heilbronnensis, in programmate, quod in memoriam soceri defuncti Krebsii Antistitis a. 1721. scripsit, haec refert: „Difficultas omnis remisit, ex quo Manuscriptum in tabulario publico Onoldino repertum XIX Articulos exhibet, qui circa emendandas Ecclesiae et sacrorum rationes D. Georgii M. B. et Noribergensium mutuo consensu consignati prodierunt Swobaci Anno 1528. a festo corporis Christi fundamentumque suppeditarent A. C. concinnandae, ita ut Philippo [Melanthoni] nihil debeatur, nisi quod ipsis formulis, vel plane non, vel leviter saltem mutatis plura capita addiderit, XIX illis Swobacensibus Articulis annexa. Id quod ordo docet, et sensus Articulorum, si qua conferantur cum A. C. capitibus. Diversi sunt hi XIX Art. ab illis XVII Lutheri, et quos Ulmense tabularium custodit." Hunc locum Schülinus in vita Georgii p. 76. affert, et in Nützl. Samml. etc. p. 30., ubi p. 30. 33—35. et huius viri et Zeltneri opiniones refutat. Haussdorffius l. l. p. 54. in nota *h.* suspicatur, Schmidium manco horum articulorum exemplo usum esse.

***) Haussdorffius quidem l. l. p. 53 sq. haec refert: „Für den Verfasser derselben wird der Nürnbergische *Theologus D.* Andreas Osiander gehalten. Und es ist gantz glaublich, da ihm auch nachgehends die Verfertigung der Kirchen-Ordnung, welche sich auf diese Articul gründet, von dem Rath zu Nürnberg aufgetragen worden"; at Lithius in Erläut. der Reform.-Hist. p. 245. hanc rem sic enarrat: „Die Brandenburgische Pfarrer hatten nebst dem Prior zu Heilsbronn bereits zuvor die Lehr-Artickel, als den Grund der Visitation und des dabey vorzunehmenden Examinis, entworfen, welche auch die Nürnbergische sich wohl gefallen liessen, und nachdem Osiander sie zu Nürnberg nach seiner Schreib-Art eingerichtet, haben sich die sämtliche Abgeordnete so wohl wegen der Lehre, als auch wie es mit der Taufe, der Messe und Christlichen Ceremonien gehalten werden soll, verglichen." Schülinus in l. Nützl. Samml. p. 28 sq. putat, hos articulos a Theologis Ioh. Rurero et Adamo Weiss primum conscriptos, tum Norimbergensium examini traditos, et denique in conventu Suobacensi esse comprobatos.

†) Iam a. 1730. in appendice duabus orationibus sacris saecularibus annexa breve de iis indicium fecerat, ut supra p. 129 sq. in annott. †**) memoravi.

11. Vom Gebeth,
12. Von guten Wercken.
13. Von Christlicher freiheit,
14. Von weltlicher Obrigkeit,
15. Von der kirchen vnd Irem gewalt,
16. Von Dienern vnd Irem Ambt.
17. Vom Christlichenn ban,
18. Vom Elichen Stand,
19. Vom freyen willen,
20. Von ergernus zemeyden,
21. Von den Schwachen zedulden,
22. Von menschen satzung.
23. Vonn Simoney zumeiden."

Hunc Indicem capitum, *) a quo hi articuli incipiunt, h. l. afferre sufficiat.

Hi articuli visitatorii, qui fundamentum Marchionalis et Norimbergensis formulae sacrorum continent, non solum numero, sed etiam argumento (quamvis non ordine) conveniunt cum illo *Consilio*, quod sex concionatores evangelici aliique viri evangelicae doctrinae addicti **) Marchionalis ditionis conscripserunt de XXIII articulis controversis, quos Casimirus Marchio, Georgii frater, a. 1524. post conventum Winssemiensem die Bartholomaei [i. e. die 24. Augusti] habitum***) publice proponi iussit, de quibus in conventu d. 26. Sept. eiusdem anni *Onolsbaci* instituto deliberaretur. Consilium, quod illi viri in hoc conventu de illis articulis controversis Principi dederunt, a. 1525. editum est sic inscriptum: Eyn Ratschlag, | Den etliche Christenliche Pfarherrn, Prediger, | vnnd andere, Götlicher schrifft verstendige, | Einem Fürsten, welcher yetzigen stritigen leer | halb, auff dem abschied, jüngst gehal- | tens Reichßtags zu Nürnberg, Christ- | licher warhait vnderricht begert, | gemacht haben, die auch solchs | Ratschlags zur notturfft be- | kendtlich sein, | Vnnd durch | götliche schrifft verthe- | digen wöllenn. Cum Gratia et Priuilegio | Senatus. | 1525. — (In fine:) Gedruckt zu Nürnberg | durch Jobst Gutknecht. (28 plagg., quarum primae $1\frac{1}{2}$ signatura litt. carent, reliquae $26\frac{1}{2}$ litt. A—Z, Aa—Cc [Cc $1\frac{1}{2}$ plagg.] signatae sunt, 6 foll. non num., seqq. 105 foll. num., ult. fol. album, 4°.) †) Hoc in Schülini l. Nützl. Samml. recusum est, praemisso prooemio, in quo p. 32 sq. hos *XXIII articulos Onolsbacenses* cum illis *XXIII Suobacensibus* ex parte confert. ††) Historiam huius conventus Onolsbacensis prioris eorumque, quae ei praecesserunt et subsecuta sunt, Lithius l. l. p. 42 sqq. et Schülinus in Vita Georgii p. 33 sqq. enarraverunt.

---

*) Idem Index etiam a Schülino in l. Nützl. Samml. p. 32. affertur.

**) In fine enim huius *Consilii* legitur subscriptum: Die sechs Pfarhern, Prediger vnd ander zu dem beratschlagten außschuß verordent.

***) In hoc conventu Winssemiensi apparuerunt Casimirus Marchio Brandenburgicus, Guilielmus et Berchtoldus Comites Hennebergenses, Iohannes Comes Castellanus, Georgius Comes Wertheimiensis, Gothofredus Limburgensis, Iohannes Schwarzenbergensis, et legati civitatum Norimbergensis, Rothenburgensis, Winssemiensis et Schweinfurtensis. De quibus rebus in eo actum sit, Lithius l. l. p. 40 sqq. refert.

†) Praeter hoc *Consilium Evangelicorum* (cuius archetypum in meis libris est) etiam *Papistici*, qui in hoc conventu Onolsbacensi non apparuerant, suum de illis articulis controversis *Consilium* composuerunt atque Principi exhibuerunt sub hocce titulo: Die Artickel vnd bewerung derselbigen, so die Prelaten, Ebt, Stifft vnd Clöster haben eyn gelegt, in Lutherischen sachen, am tag des Herrn Casimir, Marggrafen rc. M. D. XXiiij. (Hoc quoque *Consilium* in illo Schülini libro recusum est.) Hoc *Consilium papisticum* ab Evangelicis refutatum est hocce scripto, quod Schülinus in eodem libro e Cod. MS. edidit, idque sic inscripsit: „Merkwürdige *Confutation* des Ratschlags, Welchen die Pabstisch-gesinnten Aebte und Prälaten derer beeden Marggrafthümer in Francken, auf den *An.* 1524. der Religions-Irrungen halber, gehalten Land-Tag zu Onolßbach übergeben, Aus dem *Manuscript* an das Liecht gestellet." Eodem tempore, quo Casimiri iussu XXIII articuli controversi proponebantur, etiam Senatus Norimbergensis XXII articulos controversos proponere iussit, de quibus illius reipublicae Reformatores Dominicus Sleupner, Andreas Osiander et Thomas Venatorius *Consilium* Senatui exhibuerunt atque ederunt. Hoc quoque Schülinus in illo libro recudendum curavit.

††) Schülinus enim l. l. p. 32 sq. haec refert: Hierbey ist auch noch dieses anzumercken, daß die Verfasser dieser Articul [scil. XXIII articulorum Suobacensium], nicht nur bey der Zahl der *Anno* 1524 verfaßten, und in dem Evangelischen Ratschlag, nach dem Vorbild heilsamer Lehr, erklärten XXIII Lehr-Sätzen geblieben: sondern eben das, was *Anno* 1524. schon aus GOttes Wort *asserirt* werden, in den Schwobachischen *Visitations*-Articuln behalten, und solchen genau nachgefolget, daß also diese ein kurtzer Innhalt des Evangelischen Rathschlags können genennet werden; zum Exempel, in dem ersten Schwobachischen wird von Auslegung der heiligen Schrifft eben das, was über den III. Articul des Rathschlags gelehret, daß nemlich „die Schrifft, wo sie dunckel, durch sich selbst, einen Ort gegen den andern gehalten, ausgelegt soll werden." Daß „GOttes Wort keinen Zusatz bedürffe, und daß, soviel zur Seeligkeit noth, in der heiligen Schrifft vollkömlich enthalten." So kommet auch das, was in dem 15ten Schwobachischen Articul von der Kirchen, daß „diese aus GOttes Wort gebohren werde: daß solche nicht irren könne;" Item, von „Bedeutung des Worts Kirchen," genau mit denen Sätzen des Evangelischen Rathschlags, und der *Confutation* im ersten Articul, überein. Ferner wird in dem XXII. Schwobachischen von Menschen-Satzungen, daß solche das Gewissen nicht binden, und wider den Glauben seyn, als die „Beraubung des Kelchs, das Meß-Opffer, die Ohren-Beicht, das erdichte Fegfeuer," eben das gelehret, was in den V. IIX. X. Articuln des Rathschlags schon wider das Pabstthum gesaget und geschrieben worden. Dergleichen in dem XVIII. Schwobachischen von der Ehe, kommet wiederum mit dem, was in dem XIV. des Rathschlags gelehret worden, genau überein, Daß „man keine *Gradus* im Heyrathen verbieten soll, die GOtt nicht verbotten.

2. De posteriori conventu Suobacensi eiusque XVII articulis.

Illis diebus, quibus colloquium *Marpurgense* supra descriptum a. 1529. habebatur, Iohannes Elector Saxoniae et Georgius Marchio Brandenburgicus *Schleiziae* in Voigtlandia convenerant, ut deliberarent, an et quibus conditionibus foedus cum Landgravio Hassiae aliisque civitatibus Germaniae superioris iniri posset. In hac deliberatione decreverunt, ut doctrinae consensus primaria foederis conditio esset, quoniam religionis ac verae doctrinae defensio esset huius foederis fundamentum atque causa. Quapropter Elector Lutherum, qui tunc cum aliis theologis suarum partium adhuc *Marpurgi* versabatur, litteris exhortatus est, ut doctrinae evangelicae summam capitibus aliquot comprehensam tamquam confessionis formulam conscriberet promptamque haberet.

Hanc ob rem Lutherus cum sociis *) articulos illos XV, quippe de quibus, extremo articulo excepto, utraeque partes d. 3. Octobris subscriptis nominibus consensum firmaverant, subsequentibus diebus retractavit auxitque ita, ut non solum ordo mutaretur, sed etiam eorum expositio ac numerus; illorum enim XV breviorum articulorum loco nunc XVII pleniores *Marpurgi* **) composuerunt, quos Lutherus secum *Schleiziam* portavit. ***) Ibi ab illis Principibus decretum est, ut *Suobaci* d. 16. Octobris 1529. conventus haberetur de foedere cum ceteris Principibus ac civitatibus evangelicam doctrinam sectantibus faciendo. In hoc conventu, in quo legati horum Principum ac civitatum apparuerant, legati Electoris Saxonici et Georgii Marchionis Brandenburgici secundum instructionem ipsis a suis Principibus datam †) illos XVII articulos exhibuerunt, qui ab hoc loco exhibitionis *Articuli Suobacenses* appellantur. Cum autem recitarentur, atque postularetur, ut primum oporteret in his articulis omnes consentire: Argentinenses ac Ulmenses legati dicebant, neque in conventu Rotacensi ††) eius rei mentionem esse factam, neque se quicquam de ea in mandatis habere. De coena enim Domini non erat eadem omnium sententia, et hic solus erat scrupulus. Cum ergo decerni propterea nihil posset, alter conventus *Smalcaldiae* indictus est ad d. 15. Decembris. †††) At postquam Senatus Norimbergensis ex litteris

---

*) Non solum Lutherum articulos XVII Suobacenses scripsisse, sed etiam alios theologos suarum partium, quippe qui illo tempore cum eo *Marpurgi* versabantur et illos XV articulos suis nominibus subscriptis affirmabant, nempe Melanthonem, Ionam, Osiandrum, Brentium et Agricolam, socios habuisse huius laboris, elucet ex illius praefatione quam his articulis 1530. editis *Coburgi* praefixit. In huius enim principio haec scripsit: „War ists, das ich solche Artickel hab stellen helffen (Denn sie sind nicht von mir allein gestellet) nicht vmb der Papisten willen, noch auff diesen Reichstag ein zulegen, Die wissen aber wol drumb, vmb welcher willen sie gestellet sind," etc.

**) Hos articulos Suobacenses iam *Marpurgi* (illico post articulos Marpurgenses) esse conscriptos, Riederer l. l. I. p. 54 sq. testimonio Viti Theodori, assaeclae Luthero fidelissimi, qui eum non solum Coburgum comitabatur ibique eius amanuensis erat, sed etiam verosimiliter a. 1529. in itinere Marpurgensi eius comes erat [vide Ge. Theod. Strobelii Nachricht von dem Leben und den Schriften Veit Dietrichs (Altdorf u. Nürnberg 1772. 8°. min.) p. 6 sqq. et Riederer l. l. p. 54. 57 sq.] probavit, quippe qui Praefationi in articulos Suobacenses ipsius Lutheri manu scriptae haec inscripsit: *Praefatio Lutheri scripta Coburgi ad XVII articulos Marpurgi scriptos.* Hic Codex MS. cum aliis Codicibus eadem manu scriptis in uno volumine coniunctus in Solgeri Bibliotheca P. I. (Norimbergae 1760. 8°.) p. 238 sq. recensetur et a Riederero, cui hoc volumen inspicere contigit, l. l. p. 15 sq. describitur. [Haec Bibliotheca Solgeriana a. 1766. Bibliothecae Senat. Norimberg. emtione adiuncta est.] — Hos XVII articulos illico post articulos XV Marpurgenses eodem loco esse scriptos, Heppius l. l. p. 10. in annotat. etiam locis subditiciis VII. et XV. articuli Marpurg. [vide supra p. 124. 126 sq. annot. 43. 85. nostrae editionis] comprobavit hisce verbis: — — daß 2) die unächten Stellen im 15. Marb. Artickel „daß auch die meß nit ein werk ist, damit einer dem andern, tod oder lebendig, gnad erlangt" und im 7. Art., „darum alle Klosterleben u. s. w." genau den Worten des sechzehnten Schwabacher Artikels: „die Meß so bisher für ein Opfer oder werkh gehalten, damit aus dem andern gnad erwerben wollen," und des fünfzehnten: „sambt allerlei closterleben vnd gelubte, weil man dadurch genad vnd seligkeit sucht" entsprechen. Da sich nun jene unächten Stellen in allen Ausgaben der Marburger Artikel finden, so kann diese Erscheinung nur durch die Annahme erklärt werden, daß die Schwabacher Artikel eben da zu Stande gekommen sind, wo die Marburger Artikel ausgearbeitet und zuerst veröffentlicht wurden, d. h. in Marburg. Denn offenbar müssen das Concept der Schwabacher und die zur Veröffentlichung benutzte Copie der Marburger Artikel aus Einer Hand gekommen sein, wenn sich jene unächten Stellen aus den Schwabachern in die allererste Marburger Ausgabe der Marburger Artikel einspielen konnten.

***) In epistola enim ad Catharinam uxorem suam d. 4. Octobris 1529. Marpurgi data sic scripsit: „Ich achte, morgen oder übermorgen wollen wir aufbrechen und zu E. [pro U.] Gn. Herrn gen Schl.[eiz] im Voigtland ziehen, dahin uns S. K. F. G. berufen hat," vid. de Wettii Coll. epist. Luth. T. III. p. 512.

†) Hanc instructionem exhibet Müllerus l. l. p. 281—302.

††) De hoc conventu *Rotachiae*, urbe Coburgensi, m. Iunio 1529. celebrato vide Eliae Frickii l. Veit Ludw. von Seckendorff, Ausführl. Historie des Lutherthums —. Aus d. Lat. ins Deutsche übersetzet. (Leipzig 1714. 4° mai.) p. 962 sqq.

†††) Hunc diem 15. Dec. conventui Smalcaldensi esse primo constitutum, elucet e litteris missionis legatorum, qui in hoc con-

Mich. Cadeni fata legatorum ad Caesarem m. Septembri missorum cognoverat, et illico d. 24. Octobris Electorem Saxoniae, Landgravium Hassiae ceterosque socios de hac re certiores fecerat: re deliberata placuit Smalcaldiae fieri conventum iam d. 29. Novembris. Ad hunc diem eo venerunt Iohannes Elector Saxoniae cum filio Iohanne Friderico, Ernestus et Franciscus Luneburgici, fratres, Landgravius Philippus, Georgii Marchionis Brandenburgici consiliarii, Comites Georgius a Wertheim, Albertus Mansfeldensis, et Guilielmus a Fürstenberg, atque legati civitatum Argentorati, Ulmae, Norimbergae, Heilbronni, Reutlingae, Constantiae, Memmingae, Campoduni et Lindaviae. In hoc quoque conventu, quoniam visum fuit agendum esse omnium primo de religione, illi XVII articuli Suobacenses propositi sunt, quapropter a quibusdam etiam *Smalcaldenses* nominantur. *) Rogabantur itaque iterum Argentinenses ac Ulmenses, quae sit ipsorum in hac re voluntas. Respondebant in eandem ut nuper sententiam. Elector et huic adiuncti Luneburgici fratres ac Brandenburgicus sollicitabant eos per Norimbergicos, ut assentirentur; Landgravius vero medium sese gerens conciliationi studebat. Cum nihil proficeret, reliquarum etiam civitatum legati vocabantur, et, siquidem eam doctrinam omnino probarent, actionem foederis cum ipsis institui posse dicebatur; illi nullum se habere eius rei mandatum responderunt. Tandem ita discessum est, ut, qui doctrinam hanc omnem profiteri vellent, *Norimbergam* ad diem 6. Ianuarii anni sequentis venirent deliberandi causa, quid deinceps esset agendum. **) Ad hunc denique conventum *Norimbergae* designatum venerunt legatus unus Iohannis Electoris Saxon. atque Ernesti et Francisci Ducum Brunsvicens., Wolfgangi Principis Anhalt., Gebhardi et Alberti Comitum Mansfeld., tres legati Georgii Marchionis Brandenburg., legatus Philippi Landgravii, ac tres legati civitatum Norimbergae, Winssemiae, Reutlingae et Weissenburgi ad Norckav.***) Heilbronnenses quidem legatum non miserant, sed d. 5. Ian. ad Principes scripserant, se articulis illis omnino assentiri. Quia Caesar imperii comitia primo vere putabatur indicturus, iis, qui in hoc conventu aderant, placuit interea deliberandum esse, quid in illis comitiis proponi debeat. Itaque discessum est die Mercurii post festum Trium Regum [i. e. d. 12. Ianuarii]. †)

Ab hac historia de *articulorum Suobacensium origine* eorumque *successu*, quem in illis conventibus habebant, progredimur ad eorum *editiones*.

Hi articuli quinquies prodierunt, *nescio Luthero*, sic inscripti:

1. Eine bekend | nis Christlicher le | re vnd glaubens, Durch | Mart. Luther, | ynn siebenzehen | Artikel ver- | fasset. | M. D. XXX. (Hic titulus cinctus est 10 figuris ligno incisis, quarum tres superiores sunt 1. Angelus Evangelium Matthaei tenens, 2. Petrus clavem dextra tenens, 3. Leo alatus Evangelium Marci tenens; a dextra tituli parte sunt 4. Papa et 5. Episcopus, quorum uterque librum tenet; a sinistra tituli parte 6. Theologus pileatus et 7. Episcopus, uterque librum tenens; tres inferiores sunt: 8. Bos alatus Evangelium Lucae tenens, 9. Paulus gladium dextra tenens, 10. Aquila Evangelium Iohannis tenens.) — (In fine:) Gedruckt zu Wittemberg durch Joseph Klug. 1 plag. titt. A. sign., 4 foll. non num., 4° (fol. A1ᵇ sine ulla praefatione orditur a primo articulo; articulus XVII., cui Clausula subiuncta est, legitur in parte extrema folii A4ᵃ; fol. A4ᵇ vacat). ††)

---

vento Suobacensi convenerant; in his enim, quae a Ge. Gottl. Webero in appendice I. Partis I. libri: Krit. Gesch. der Augspurg. Confess. ex autographo tabularii Ulmensis editae sunt, leguntur haecce: „Vnnd das alle herrschafften Ire Rethe vnnd botschafftenn vf den funfzehennden Decembris das ist vf Mittwoch nach Lucie schirstkunfftig gegen dem abennt zw Schmalkalden einzekomen etc. Dies Luciae est illius anni d. 13. Dec., dies lunae, conf. Pilgrami Calend. p. 73. — Riederer l. l. I. p. 49., ubi reprehendit, quod in Zeltneri de artic. Suobac. disquisitione legatur d. 13. Novembris, designat d. 13. Decembris diem conventus Smalcald., item Sleidanus: Idus Decembr. — Ex illis litteris missionis etiam dies, quo alter conventus Suobacensis finiebatur, atque nomina legatorum, qui in eo convenerant, cognoscuntur. Datae enim sunt die Martis post d. Lucae Evangelistae [i. e. d. 19. Octobris] et subscriptae ab hisce legatis: Hanns von Minckwitz Ritter ꝛc. Georg Vogler Cannzler. Wolf Cristoff von Wysentaw. Sigmundt von Boyneburckh. Mathis pfarner. Chrystoff Kreß. Ber Besserer.

*) Haec autem *altera* denominatio a plerisque non suscepta est, ne hi articuli confunderentur cum illis, qui in conventu a. 1537. *Smalcaldiae* habito propositi et subscriptis nominibus eorum, qui eo convenerant, confirmati sunt. Hi articuli, qui primum germanice Wittembergae 1538. 4° prodierunt, ab omnibus *articuli Smalcaldenses* nuncupantur, eoque nomine in libros symbolicos ecclesiae Lutheranae recepti sunt. — Praeter has duas denominationes illorum XVII articulorum etiam tertium nomen *Torgavensium articulorum* iis vulgo, quamvis falso, tribuitur, de quo infra dicemus.

**) De hoc conventu Smalcaldensi conf. Ge. Theod. Strobelii Miscellaneen Litterarischen Inhalts. Vierte Samml. (Nürnberg 1781. 8°) p. 113—130. Protocoll über einen von den Protestanten zu Schmalkalden im J. 1529. gehaltenen Convent; et Müllerus l. l. p. 328 sqq.

***) Horum legatorum nomina et acta in conventu refert Müllerus l. l. p. 336 sqq.

†) Sleidanus l. l. I. p. 393. scripsit, discessum esse quarto Idus Ianuarii i. e. d. 10. Ian.

††) Hanc Editionem ex Biblioth. ecclesiast. Arnstadiana in manibus habeo. — Recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 40. nr. 244. et in Christ. Schlegelii l. *Initia reformationis Coburgensis in vita Io. Langeri* p. 116. nota *o*.

2. Die bekent- | nus Martini Lu- | thers auff den ytzi- | gen angestelten Reichßtag zu | Augspurgk eynzulegen, In | siebenzehen Artickel | verfasset. | Im XXX. Jar. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) Gedruckt durch Melcher | Sachsen. [Erfurtensem typographum] 1 plag. litt. A. sign., 4 foll. non num., 4⁰ (fol. A1ᵇ sine praefatione a primo articulo incipit, et fol. A4ᵃ articulo XVII., subiunctâ Clausulâ, finitur; fol. A4ᵇ vacat). *)

3. Die bekentnus Mar- | tini Luthers auff den | itzigen angestelten | Reichßtag zu Augspurgk eynzu- | legen, In siebentzehen Ar- | tickel verfasset. | Im XXX. Jar. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) Gedrückt zu Coburgk durch Hans Bern. 1 plag. litt. A sign., 4 foll. non num., 4⁰ (fol. A1ᵇ sine praefat. orditur a I. articulo, et fol. A4ᵃ finitur articulo XVII., subiunctâ Clausulâ; fol. A4ᵇ vacat.). **)

4. Die bekentnus | Martini Luthers, auff | den ytzigen | Reichß | tag zu Augspurg einzulegen, | In Sibenzehen Ar- | tickel verfasset. | Im .XXX. Jar. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) Getruckt zu Nürmberg bey Georg Wachter. 1 plag. litt. A sign., 4 foll. non num., 4⁰ (fol. A1ᵇ sine praefat. incipit a I. articulo, et finitur fol. A4ᵃ articulo XVII., infra quem Clausula exstat; fol. A4ᵇ vacat.). ***)

5. — — (Idem Index) absque loci et typographi mentione. 1530. 4⁰. †)

Sub eodem fere titulo: „Bekentnis Christlicher Lere vnd Glaubens, Durch D. M. L. in *XVII* Artickel verfasset. *Anno M. D. XXX.*" hi articuli recusi sunt in hisce libris:

1. in Lutheri *Operibus:* a) in *Edit. Wittembergensi* Opp. German. Tom. IX. fol. 400ᵃ — 401ᵇ; b) in *Edit. Ienensi* Opp. Germ. T. V. fol. 14ᵃ — 16ᵇ; c) in *Edit. Altenburgensi* T. V. p. 14—16.; d) in *Edit. Lipsiensi* T. XX. p. 1—3.

2. in David Chytraei *Historia* der Augspurgischen Confeßion Ed. prima Rostoch. 1576. fol. 17ᵇ — 22ᵃ, Ed. altera Rostoch. 1576. fol. 19ᵇ — 24ᵃ, Ed. Rostoch. 1577— (in fine:) 1576. fol. 19ᵇ — 24ᵃ, Ed. Rostoch. 1577. fol. 19ᵇ — 24ᵃ. ††)

3. in Ioh. Ioach. Mülleri *Historie* von der Evangel. Ständte *Protestation* und *Appellation* p. 442 —448.

Praeterea memorandae sunt huius libelli translationes

a. in *linguam Germaniae inferioris*, quae translatio a. 1530. prodiit sic inscripta:

De bekente- | nisse, | D. Martini Luthers | vp den iegenwardige | angestelde Rykesda- | ge tho Augsburg. | In XVij. Artikel | Voruatet. | M. D. XXX. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) — (In fine:) Gedrücket tho Magde | borch Dorch Hans | Wolther. 2 plagg. dimidiatae litt. A, B sign., quarum quaeque 4 foll. non num. complectitur, 8⁰ min. (fol. A1ᵇ sine praefat. orditur a I. articulo, articulus XVII. finitur fol. B4ᵇ, cui subiuncta sunt verba: Soli deo Gloria. subsequente Clausulâ.) Articulorum inscriptiones huius versionis a prioribus illis 5 Editt. eo differunt, quod non, ut in illis, solos numeros, e. c. Der erst Artikel, sed etiam argumenta exhibent, e. c. De Erste artikel, van der Godtheyth. †††)

b. in *linguam latinam*, quae translatio varie inscripta: aut *Confessio doctrinae* etc., aut *Confessionis Aug. prima delineatio*, aut *Articuli Torgavienses*, invenitur in hisce libris:

1. in Dav. Chytraei *Historia Augustanae Confessionis* Ed. Francof. ad M. 1578. p. 21—25., Ed. Francof. 1579. — (in fine:) 1578. p. 21—25. inscripta: *Confessio doctrinae et fidei christianae per D. Martinum Lutherum septemdecim Articulis comprehensa.*

---

*) Haec quoque Editio ex eadem Biblioth. eccles. Arnstad. ad meas manus est.

**) Hanc Editionem ex Biblioth. magniduc. Wimariensi in manibus teneo. — Haec breviter memoratur a Riederero in Feuerlini Biblioth. symb. I. p. 39. ad nr. 242. et a Schlegelio l. l. p. 116 sq. nota *o*.

***) Haec Editio ex Biblioth. Ponickaviana Halensi mihi ad manus est. — Recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 30. nr. 242.

†) Hanc, quam ipse nondum vidi, Editionem Riederer eodem loco breviter affert.

††) Has Editt. aliasque huius libri supra p. 101 sqq. accuratius recensui. — Folia huius libri, quae hos articulos continent, inscripta sunt: Erste verfassung der | Confeßion von D. Luthern.

†††) Hanc translationem ex Biblioth. ecclesiast. Arnstadiana in manibus habeo. — Recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 40. nr. 245.

2. in Ge. Coelestini *Historia Comitiorum a.* 1530. *Augustae celebratorum.* Ed. Francof. cis Viadr. 1577. Tom. I. fol. 25ᵇ — 28ᵇ, Ed. Francof. ad Oder. 1597. Tom. I. fol. 25ᵇ — 28ᵇ iisdem verbis inscripta. *)

3. in Alb. Lyttichii *Incunabulis doctrinae Evangelicae, quibus continentur Quaestiunculae Examinis Theol. e scriptis Phil. Mel. Definitiones Graecae Ioach. Camerorii, Precatiunculae Melanchthonis, Confessionis Aug. prima delineatio per Lutherum (articuli XVII. Torgenses cum probationibus) Epitome Aug. Conf. et Paraphrasis Symb. Apostolici. Lipsiae* 1594. 8°. **)

4. in peculiari Editione iisdem fere verbis, quibus a Lyttichio in illo libro signatur, inscripta: *Martini Lutheri Augustanae confessionis prima delineatio. Lipsiae* 1605. 8°. ***)

5. in Abrah. Sculteti *Annalibus Evangelii renovati* Decade II. (Heidelb. 1620. 8°) a. 1530. p. 262—269., item in Hardtii Edit. horum Annalium, quae exhibetur in Parte V. *Historiae literariae reformationis*, p. 154 sq. (in his libris nullam habet inscriptionem generalem.).

6. in Phil. Mülleri Editione *Concordiae* etc. (*Ienae* 1705. 4°) sic inscripta: *Confessio Christianae Doctrinae et Fidei, per D. Martinum Lutherum, XVII. Articulis concepta, et Augustam ad petitum missa. Anno M D XXX.*

7. in Chr. Matth. Pfaffii Editionis *Librorum symb. Ecclesiae evangelicae* (*Tubingae* 1730. 8°) Appendice p. 3—7. sic inscripta: *Confessio doctrinae et fidei christianae, per D. Martinum Lutherum septendecim articulis Torgae comprehensa A. MDXXX.*

8. in Io. Wolfii *Lectionibus memorabilibus* T. II. p. 337. †)

9. in Christoph. Aug. Heumanni *Disputatione Iubilaea de Confessionis Aug. lenitate, accedunt Articuli Torganienses et Epistolae Lutheri et Melanchthonis Gottingam missae. Gottingae* 1730. 4°, quae disp. cum augmentis recusa est in eiusd. Auctoris *Sylloge Dissertationum* ab initio. ††)

Contra hunc libellum invito nescioque Luthero divulgatum quatuor Papistae Conr. Wimpina, Ioh. Mensing, Guolfg. Redörffer et Rup. Elgersma conscripserunt ederuntque hancce confutationem:

Gegen die Bekent | nus Martini Luthers, auf | den yetzigen angestelte Rei= | chßtag zw Augspurg, auffs newe | eingelegt, in Xvij. artickel verfaßt. | Kurtze vñ Christenlich vnderricht | durch | Conrad Wimpina doctor. | Johann Mensing doctor. | Wolffgãg Redörffer doctor. | Rupert Elgersma Licenci. | Zu Augspurg. | M. D. XXX. (Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est.) 1½ plagg. litt. A, B (B ½ pl.) sign., 6 foll. non num., 4° (fol. A1ᵇ — 2ᵃ med. Illorum 4 Papistarum ad Ioachimum Marchionem Brandenburgensem epistola dedicatoria; fol. A2ᵃ med. — B2ᵃ Confutatio singulorum 17 articulorum: Auff den ersten Artickel etc.; fol. B2ᵇ vacat.). †††)

Huius libelli etiam altera editio eodem anno prodiit eiusdem formae, quae a priore discernitur praecipuo mendo typogr.: zu Iugspurg (pro: Augspurg). †*)

Haec Confutatio recusa est in hisce Editionibus *Operum* Lutheri: a) in *Edit. Wittemberg.* Opp. Germ. T. IX. fol. 402ᵃ — 405ᵇ sic inscripta: Kurtzer vnd Christlicher vnterricht, wider die Bekentnis D. Mar. Luth. auff den jtzigen angestellten Reichstage zu Augsburg, Anno *M. D. XXX.* auffs newe eingelegt, in *XVII.* Artikel verfasset, Durch Conrad Wimpina, Johan Mensing, D. Wolffgang Redörffer, D. Rupert Elgersma Licentiat. b) in *Edit. Ienens.* Opp. Germ. T. V. fol. 16ᵇ — 20ᵇ iisd. verbis inscripta. c) in *Edit. Altenburg.* T. V. p. 16—20. iisd. verb. inscr.

*) Folia hanc translationem continentia inscripta sunt: *Delineatio Augus. Confes.* | *per D. Lutherum.* In brevi praemonitione hi articuli nominantur *Archetypus Confessionis Augustanae.*

**) Hic liber recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 40. nr. 246.

***) Haec Ed. affertur a Walchio l. l. p. 44. nr. 899.

†) Teste Ioh. Alb. Fabricio in *Centifolii Lutherani* Parte II. (*Hamburgi* 1730. 8°) p. 584., ubi hos articulos nominat *XVII. Articulos Torgae a Luthero compositos.*

††) Haec Disp. recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 83. nr. 437.

†††) Hanc Confutationem ex Biblioth. magniduc. Wimariensi in manibus teneo. — Recensetur a Riederero in Feuerlini Biblioth. symb. I. p. 40. sub nr. 245.

†*) Hanc Editionem, quam ipse nondum vidi, idem Riederer l. l. memorat.

d) in *Edit. Lipsiens.* T. XX. p. 3—8. inscripta: Conr. Wimpina, Joh. Mensings, D. Wolffg. Redörffers, D. Rup. Elgersma Licentiaten Kurtzer und Christlicher Unterricht wider D. Martin Luthers Bekänntniß, auf dem Reichs-Tage zu Augspurg A. 1530. eingelegt. e) in Walchii Edit. T. XVI. p. 766—778. iisd. fere verb. inscr. D. Conrad Wimpinä — — Unterricht gegen die Bekenntniß D. M. Luthers, auf dem jetzigen angestellten Reichstag zu Augspurg aufs neue eingeleget und in *XVII.* Artikel verfaßt.

Ut istis adversariis responderet, Lutherus nunc tandem ipse hos XVII articulos paululum mutatos edidit cum praefatione *Coburgi* scripta,*) eosque sic inscripsit:

†) Conf. Legatorum Norimb. ad Senatum epistola d. 24. Maii (Corp. II. p. 62.), in qua indicant: „Der Sächsische Rathschlag ist von Doctor Lutter wiederkommen. Doctor Bruck der alte Canzler hat aber noch hinten und vornen daran zu formen." Foerstemannus l. l. I. p. 460. haec refert: „Uebrigens hatte Melanchthon nach einer Nachricht, welche, wo ich nicht irre, Justus Jonas eigenhändig in ein der Seminar-Bibliothek zu Wittenberg gehöriges Exemplar der ersten Wittenberger Quartausgabe der A. C. geschrieben hat, gerade an der Vorrede einen geringern, wo nicht gar keinen Antheil, da nach ihr der Canzler Brück die deutsche Vorrede schrieb und Just. Jonas diese in die lateinische Sprache für das lat. Exemplar übersetzte." Nam iuxta inscriptionem: „Praefatio ad Caesarem Carolum V." adscripta sunt verba: „reddita e germanico pontani tunc per Iustum Ionam."

††) Confessionem *latinam* fuisse *paulo prius* confectam quam *germanicam*, elucet ex Legatorum Norimb. ad Senatum epistolis d. 31. Maii et 3. Iun., in quarum priore referunt: „Uns sind aber dieselben Artikel, wie die bisher in Lateln begriffen, zugestellt, die wir außerhalb der Vorrede und Beschluß, darin man noch am zweifeligsten ist, durch Herr Jeronymus Ebners Söhne abschreiben lassen, und dann E. W. zuschicken wollen. So sie dann mit dem Teutschen, daran sie noch täglich bessern, fertig werden, wollen wir auch darum anhalten, damit er E. W. werde." In altera haec leguntur: „Hiermit schicken wir E. W. Abschrift des Sächsischen Rathschlags lateinisch, und ist die Vorrede oder Eingang darbei. Aber es mangelt hinten an einem Artikel oder zweien, samt dem Beschluß, daran die Sächsischen Theologi noch machen. — — So dann solcher Rathschlag ins Teutsche gebracht, wird der E. W. auch unverhalten bleiben." In epistola demum d. 15. Iun. ab iisdem ad eundem data leguntur haecce: „So ist der Sächsische Begriff in des Glaubens Sach teutsch gefertigt, den wir E. W. hiemit übersenden. Doch ist die Vorrede und Beschluß nicht dabei."

†††) Utrumque refertur a Iust. Iona in epistola ad Lutherum fere d. 29. Iun. data (Corp. II. p. 155.) et de gallica translatione Legati Norimb. in epist. ad Senatum d. 28. Iun. (ib. p. 150.) haec scribunt: „Dann auch Ihre Maj. jetzo des Churfürsten von Sachsen und seiner Chf. Gn. Mitverwandten Unterricht und Bekenntniß ihres Glaubens Alexandern Schweis zugestellt, Ihrer Maj. dieselben in französische Sprache zu bringen. Und, wie man sagt, habe ihm Ihre Maj. nicht genug ernstlich befehlen können, daß er je sehe und thue ihm recht, damit er um kein Wort fehle, und Ihre Maj. aller Ding den rechten Verstand solcher Unterricht und Bekenntniß in berührter Sprach vernehmen möge." Imperator enim gallica lingua multo magis gnarus erat, quam germanica, quapropter rege Ferdinando tanquam interprete in Comitiis utebatur, id quod ex illorum Legatorum ad Senatum epistola d. 16. Iun. (ib. p. 107.) et ex Brentii ad Isenmannum litteris d. 19. Iun. (ib. p. 114.) intelligitur. Hanc ob causam etiam in ipsorum Protestantium propositis fuisse videtur, ut Confessionem non solum *latine* et *germanice*, sed etiam *gallice* Imperatori exhiberent; Legati enim Norimb. ad Senatum d. 24. Maii scripserunt: „Dieser Rathschlag wird teutsch, lateinisch und französisch gestellt werden." Fortasse versio gallica, ad quam haec verba spectant, eadem est ac illa, quam Foerstemannus l. l. I. p. 357 sqq. e Cod. Casselano primum edidit, conf. eius Prolegomena huic versioni praefixa ibid. p. 355 sq.

*†) Hoc exordium ad ipsos fidei articulos, non ad praefationem, quippe quae serius (praesertim a Pontano) scripta est, spectare, etiam Foerstemannus iudicat l. l. I. p. 460. nota *). Weberus contra in l. Krit. Gesch. d. A. C. I. p. 28. 31. hac voce *praefationem* significari opinatur.

quanto ῥητικώτερον, quam *Coburgae* scripseram. Brevi autem ipse afferam, aut, si id non permittet Princeps, mittam.« Paucis post diebus, d. 11. Maii eidem scripsit (ibid. p. 45.): »Mittitur tibi apologia nostra, quamquam verius confessio est. Neque enim vacat Caesari audire prolixas disputationes. Ego tamen ea dixi, quae arbitrabar maxime vel prodesse vel decere. Hoc consilio omnes fere articulos fidei complexus sum, quia Eckius edidit διαβολικωτάτας διαβολὰς contra nos.« Eodem die 11. Maii Iohannes Elector Confessionem ad Lutherum Coburgi versantem misit cum epistola (recusa in huius Corp. Vol. II. p. 47.)*) in quae haec leguntur: „— Nachdem ihr und andere unsere Gelehrten zu Wittenberg, auf unser gnädiges Ansinnen und Begehren die Artikel, so der Religion halben streitig sind, in Verzeichniß bracht: als wollen wir euch nicht bergen, daß jezt allhie Mag. Philippus Melanchthon dieselbigen weiter übersehen und in eine Form gezogen hat, die wir euch hierbei übersenden. Und ist unser gnädiges Begehren, ihr wollet Dieselben weiter zu übersehen und zu bewegen unbeschwert seyn. Und wo es euch dermaßen gefällig, oder etwas davon oder dazu zu setzen bedächtet, das wollet also daneben verzeichnen, damit man alsdann auf Kaiserl. Majestät Ankunft, der wir uns in Kürze versehen, gefaßt und geschickt seyn möge, und uns dieselbigen alsdann bei diesem Bothen wohl verwahrt und verpetschaft unverzüglich wiederum anher schicken." Huic Lutherus in epistola d. 15. Maii scripta (in de Wettii collectione epist. Luth. IV. p. 17 sq.) sic respondit: „— Ich hab M. Philippsen Apologia uberlesen, die gefället mir fast wohl, und weiß nichts dran zu bessern, noch ändern; wurde sich auch nicht schicken: denn ich so sanft und leise nicht treten kan. Christus, unser Herr, helfe, daß sie viel und große Frucht schaffe, wie wir hoffen und bitten, Amen."

Haec Confessio Luthero ad eam recognoscendam missa *prima eius adumbratio* est. Hanc et *latine* et *germanice* esse scriptam, intelligitur ex Legatorum Norimbergensium ad Senatum epistola d. 17. Maii (Corp. II. p. 51.). **)

De Confessionis conficiendae progressu.

Quamquam Lutherus confessionem in illa epistola omnino comprobaverat nihilque ab ipso mutandum invenerat, tamen Theologi Saxonici Augustae versantes cum aliis adiutoribus perseverarant in Confessione mutanda, ut magis magisque perfectior redderetur. Melanthon enim ad Lutherum d. 22. Maii (Corp. II. p. 60.) haec perscripsit: „— In *Apologia* quotidie multa mutamus: locum *de Votis*, quia erat exilior iusto, exemi, supposita alia disputatione eadem de re paulo uberiore. Nunc de potestate clavium etiam disputo. Vellem percurisses articulos fidei, in quibus si nihil putaveris esse vitii, reliqua utcunque tractabimus. Subinde enim mutandi sunt, atque ad occasiones accommodandi.“ Item d. 28. Maii Legati Norimb. ad Senatum perscribunt (ibid. p. 71.): „Er [Cancellarius Electoris Sax.] hat uns auch ferner gesagt, daß des Churfürsten Räthe und Gelehrte noch täglichs ob ihrem Rathschlag in Sachen des Glaubens sitzen, daran ändern und bessern, des Versehens denselben je solcher Gestalt zu stellen und darzuthun, daß man nit wohl vorüber komme, man muß dennoch den Handel hören." Iidem Senatui d. 31. Maii per litteras indicant, se confessionem latinam accepisse, prooemio et epilogo exceptis, de quibus conscribendis magnum adhuc dubium esset, germanicam vero quotidie emendari. ***) Die 3. Iunii prooemium quidem latinae fuit confectum, at articulus eius [XX.] de fide et de operibus, atque epilogus eiusdem adhuc defuerunt. †) Uterque etiam d. 8. Iun. nondum erat conscriptus. ††) D. 15. Iun. illi Legati Confessionem germanicam acceperunt Senatui mittendam, cui quidem prooemium et epilogus adhuc deerant, at articulus ille XX. de fide et de operibus, qui illo quoque die in latina adhuc desiderabatur, additus erat. †††)

---

*) Accuratius edita est a Foerstemanno l. l. T. I. p. 190—193.

**) In ea enim haec leguntur: „— — daß gleichwohl mein gn. Herr, der Churfürst, mit seiner Chf. Gn. Rathschlag von diesem Artikel allererst hie fertig werden, also daß derselbe in Teutsch und Latein verzeichent, aber doch auch noch nit endlich beschlossen, und Doctor Luther zu besehen zugeschickt, daß man ungefährlich morgen oder übermorgen wieder von ihm gewärtig wäre; und er zweifle nicht, so derselbige Vorschlag komme, es werde uns deß auf unser Ansuchen Abschrift mitgetheilt werden." Item in altera epistola eodem die ad eundem scripta hi Legati commemorant, apographon huius libelli, quum a Luthero remissus fuerit, a Cancellario sibi esse promissum.

***) Vide supra p. 205 sq. notam ††), in qua Legatorum verba ex hac epistola attuli.

†) Hoc intelligitur ex eorundem Legatorum verbis d. 3. Iun. ad Senatum scriptis supra in eadem nota allatis.

††) Hac enim die iidem ad eundem perscripserunt (Corp. II. p. 88.): „Das Sächsische Verzeichniß des Glaubens halb, so wir E. W. am jüngsten zugeschickt [scil. Confessio latina], versehen wir uns werden E. W. nunmehr ihren Predigern und andern ihren Rechtgelehrten zu berathschlagen vorgehalten haben. Und wir hätten E. W. den Anfang und Beschluß desselbigen Verzeichnisses auch gern übersandt: so sind [aber es sind] die Sächsischen auf heutigen Tag noch nicht damit fertig."

†††) In hac enim epistola d. 15. Iun. (ibid. p. 105.) haec leguntur: „So ist der Sächsische Begriff in des Glaubens Sach teutsch gefertigt, den wir E. W. hiemit übersenden. Doch ist die Vorrede und Beschluß nicht dabei. — — Der Artikel vom Glauben

Etiam d. 19. Iun. Confessio nondum fuit finita, quia eius auctores in dubio erant, utrum eam sic conficerent, an in epitomen redigerent.*) Diebus quoque subsequentibus hi auctores de singulis Confessionis partibus consultarunt,**) etiam die 23. Iun., quo omnes, qui erant evangelicae professionis, convenerant ad Confessionem audiendam et comprobandam, in ea transscribenda, et in prooemio et epilogo elimando versati sunt, quapropter Principes per consiliarios suos ab imperatore petierunt, ut Confessionis publicam praelectionem et exhibitionem in diem 24. Iun. ab eo constitutam in posterum diem differret. Haec petitio ab illo quidem recusata est, attamen id, quod volebant, consecuti sunt eo, quod illo die constituto longior oratio Sigismundi a Dietrichstein contra Turcas habita impedimento erat, quin eodem die Confessio publice praelegeretur atque Imperatori exhiberetur, id quod hanc ob causam postero demum die 25. Iun., die Saturni tempore postmeridiano factum est.***) — His addimus locum epistolae a Melanthone ad Ioach. Camerarium d. 26. Iun. datae (Corp. II. p. 140.): „Heri quod faustum felixque sit, exhibita est Caesari confessio nostra. et lecta publice. — Ego mutabam et refingebam pleraque quotidie, plura etiam mutaturus, si nostri συμφράδμονες permisissent, ac tantum abest, ut lenius iusto scriptum fuisse iudicem, ut verear etiam mirum in modum, ne qui sint offensi libertate nostra. Nam *Valdesius* Secretarius Caesaris vidit, antequam exhibuimus, ac plane putavit πικρότερον esse, quam ut ferre possent adversarii."

E praecedentibus elucet, Confessionem *latinam* et *germanicam* non eodem modo et quasi pari progressu esse confectas. sed *latinam* quidem prius inceptam, deinde vero *germanicam* ante illam articulo *de fide et de operibus* esse auctam; quam ob causam Elector Imperatorem obsecravit, ut germanicam in Comitiis publice legi permitteret. Alia quoque ratione haec a latina differebat. Latina enim principio quidem solius Electoris Saxon. nomine scripta est. Tum vero intellectum est aptius omnium Confessorum nomine Confessionem esse scribendam. Quapropter Melanthon in germanica paulo serius incepta hanc aptiorem rationem secutus est.†)

---

und Werken hinten an den teutschen Begriff gestellt, ist in dem lateinischen Begriffe, den wir E. W. hievor überschickt, nicht. Wir haben auch itzo darum anhalten lassen. So ist der im Latein noch gar nicht gemacht, darum wir E. W. denselben im Latein nicht haben schicken können, versehen uns aber, er soll ungefährlich in zweien Tagen fertig werden."

*) In epistola huius diei 19. Iun. Legati Norimb. ad Senatum sic scribunt (ib. p. 112 sq.): „— — Aber der Beschluß an dieselben Verzeichniß gehörig, ist noch nicht gemacht. Denn wie sich Philippus Melanchthon vernehmen läßt, wird vielleicht die Sach zu keiner so weitläuftigen Handlung gelangen, sondern noch enger eingezogen und kürzer gefaßt und gehandelt werden. Worauf es aber gerichtet würdet, es sey, daß das vorige vollend verfertigt, oder ein ander Begriff gemacht, soll E. W. von uns unverhalten bleiben." Imperator enim, id quod iidem Legati in epistola d. 21. Iun. Senatui indicant (ib. p. 122 sq.) per Alphonsum Valdesium a Melanthone petierat, ut articulos Lutheranorum quam brevissime conscriberet. Huic petito Melanthon in ipsa quidem Confessione non obsecutus est. sed praeter illam etiam doctrinae summam conscribere non recusavit, id quod ex eadem Legatorum epistola d. 21. Iun. et ex Ionae ad Lutherum litteris d. 29. Iun. (Corp. II. p. 155.) intelligitur, atque ex hocce loco epistolae, quam illi Legati d. 29. Iun. ad Senatum scripserunt (ibid. p. 153.): „Auch sind wir vertraulich berichtet, daß Philippus Melanchthon itzo einen kurzen Epilogum [*Epitomen* voluit scribere Kressius Legatus] oder Summarium der Artikel des Glaubens mache, welche fürder in Französisch transferirt, und Kais. Maj. ganz in Geheimbd zu Ihren Handen übergeben werden solle, auf daß Ihr Maj. abermals dester mehr Berichts habe."

**) Vide horum Legatorum epistolam ad Senatum d. 21. Iun. (ib. p. 124.) „— — nun säßen sie aber jetzo ob solchen Artikeln, die weiter zu übersehen, zu stellen und zu beschließen."

***) Haec prolixius ab iisdem Legatis in epistola d. 25. Iun. ad Senatum sunt perscripta (ibid. p. 127 sqq.) Vide etiam Greg. Heinse, gen. Brück, Geschichte der Handlungen in der Sache des heiligen Glaubens auf dem Reichstage zu Augsburg im J. 1530., edit. a Foerstemanno in Archiv für die Gesch. der kirchl. Reformat. Bd. I. Hft. 1. p. 50 sqq. et Weberi Krit. Gesch. d. A. C. I. p. 53 sqq.

†) Haec quoque clarissime e Legatorum Norimb. ad Senatum epistolis d. 8. Iun. (Corp. II. p. 88 sq.) et d. 15. Iun. (ibid. p. 105.) scriptis cognoscuntur, in quarum priore leguntur haecce: „— Und dieweil E. W. Meinung ist, Inhalt unsrer Instruction, daß wir von Ihren wegen bei dem Churfürsten und Markgraf Georgen stehen, und Ihrer Chf. und F. G., auch E. W. Handlung in diesem Fall eine Sache seyn solle, und aber die Sächsische Verzeichniß allein in des Churfürsten Namen supplicationweis gestellt ist: so will unser Achtens von nöthen seyn zu bedenken, ob E. W. neben der Sächsischen Verzeichniß in E. W. Namen eine sondere Verzeichniß, für sich an Kais. Maj. zu überantworten, stellen, oder aber neben Markgraf Gorgen bei dem Churfürsten anregen lassen wollen, seiner Chf. G. Verzeichniß nicht allein in seiner Gn., sondern in gemein in seiner Chf. G., Markgraf Gorgen, auch E. W. und andern diesem Handel anhängigen Ständen und Städten Namen stellen zu lassen. Wie wir uns nun in solchem halten, auch ob wir deßhalb zuvor mit Markgraf Gorgen unterreden sollen, deß wollen wir E. W. Unterricht gewarten. Ich, Kreß, hab gleich wohl allbereit mit dem Markgräfischen Canzler davon geredt, der sagt, seines Herrn Prediger und Rechtgelehrten sitzen auch darüber, und hab sein Herr, eben den Mangel wie wir, daß die Sächsische Verzeichniß allein in des Churfürsten Namen gestellt sey, und sehe auch für gut an, die in gemein, in aller Fürsten und Städte Namen, zu stellen, die der Glaubensartikel einig sind, und seiner Gnaden und dem Churfürsten anhangen." In altera d. 15. Iun. haec referunt: „So ist der Sächsische Begriff in des Glaubens Sach teutsch gefertigt, den wir E. W. hiemit übersenden. Doch ist die Vorrede und Beschluß nicht dabei, und, wie sich Philippus Melanchthon vernehmen lassen, hat er darum daran nichts verteutschen wollen, daß er sich versehe, es möchte dieselbe Vorrede und Beschluß vielleicht nicht allein in des Churfürsten, sondern in gemein in aller vereinigten Lutherischen Fürsten und Stände Namen gestellt werden, als er auch in den verteutschten Artikeln, wie Ew. W. sehen werden, allbereit Aenderung gethan hat. Nämlich wo im Lateinischen gesetzt ist, daß im Churfürstenthum Sachsen dieß oder das gepredigt und gehalten werde, hat er hie im teutschen das Chur-

Etiam nomina Confessorum in germanica Confessione prius quam in latina ex praefatione aptius in finem transposita sunt.*)

Praeterea ex iis, quae modo dicta sunt, intelligitur, Confessionis *formas*, quae inter primam eius adumbrationem et eam absolutam, qualis publice lecta et Imperatori exhibita est, *intermediae* sunt, *varias* fuisse, ob permultas mutationes singulis diebus in ea factas.

De Confessionis Codicibus et Editionibus in universum.

Illis diebus, quibus Confessio nondum integre erat elaborata, ipsi eius auctores eam adversarios celabant. Quam ob rem Legati Norimbergenses Confessionem latinam mittentes d. 3. Iun. ad Senatum perscripserunt (Corp. II. p. 83 sq.) „In allweg aber ist der Sächsischen Begehr, daß E. W. noch zur Zeit diesen Rathschlag oder Verzeichniß geheim halten, und daß niemand Abschrift widerfahren lassen, bis der zuvor an die Kais. Maj. geantwortet werde. Deß haben sie ihre Ursachen. Darum wollen E. W. deßhalb bei denen, dahin E. W. denselben gelangen lassen, Fürsehung thun." Postquam vero integre confecta, publice lecta et Imperatori exhibita erat, hic vetuit, ne typis exscriberetur. Melanthon enim Vito Theodoro d. 26. Iun. (ibid. p. 142.) scripsit: „— — Confessio nostra est exhibita Caesari. Is mandavit, ne excudatur. Itaque cavebis, ne emanet in publicum. Principes enim promiserunt Caesari, se daturos operam, ne spargatur in publicum. Pomeranus haec officia non curat. Ideo nolo Witebergam mitti.“ Iterumque die subseq. 27. Iun. (ib. p. 147.) „— Misimus tibi Confessionis exemplum, quod apud te retineas, ne emanet in publicum.“ Atque idem eodem die 27. Iun. (ib. p. 146.) ad Lutherum perscripsit: „— Nostra confessio est exhibita Imperatori, exemplum etiam tibi misimus, quod apud de retinebis, ne emanet in publicum; vetat enim Imperator edere.“ Item Legati Norimbergenses eodem die Senatui litteris indicant (ibid. p. 143.): „— — Darnach [scil. post auditam Confessionem] bat auch Kais. Maj. gemeldte Churfürsten und Fürsten — in Still angeredet und gebethen, diese verlesene Verzeichniß bei sich zu behalten, und nicht in Druck zu geben, welches sie Ihrer Maj. zu thun zugesagt. — Aber in allweg wollen E. W. verhüten, damit der Unterricht des Glaubens, der wir E. W. hiemit eine richtige Abschrift übersenden, sonst niemand Abschrift gegeben, oder dieselbe gedruckt werde. Denn Sachsen und die andern Fürsten solches selbst auch gebethen, denen wir es stattlich zugesagt haben." Quibus Senatus Norimbergensis, Confessionis exemplo accepto, d. 28. Iun. respondit (ibid. p. 148.): „— — So sollt ihr auch gewiß seyn, daß wir diese der christlichen Stände übergebene Schrift niemand leihen, oder die jemands abzuschreiben gestatten, sondern bei uns in geheim behalten wollen; vielweniger soll die gedruckt werden."

Si hoc vetitum severe esset observatum, non Editiones, sed tantum Codices Confessionis exstarent.

Aeque ac in hac *varias formas* supra distinximus, nempe 1. *primam eius adumbrationem*, 2. formas inter hanc et integram *intermedias*, et 3. *formam integram*, qualis publice lecta atque Imperatori exhibita est, sic etiam *Codices*, prout hanc vel illam formam continent, in totidem classes dispertiri possint.

Illud vero vetitum iam eodem anno, quo edictum est, 1530. non ab omnibus est observatum. Cum enim multa Confessionis exempla essent transscripta, facile quibusdam occasio data est eius clam, insciis Principibus auctoribusque, typis evulgandae. Hac ratione illo anno *septem Editiones*, scilicet *sex* germanicae Confessionis, et *una* latinae prodierunt.**) Quam ob rem anno subsequenti Melanthon ipse, Electore approbante, latinam et germanicam una cum Apologia Witebergae 4⁰ edidit, quam Editionem permultae subsecutae sunt.

---

fürstenthum Sachsen ausgelassen, und ein gemein Wort, das sich auf alle Stände ziehen mag, an die Statt genommen." — Ex his omnibus apparet, quanti momenti sint horum Legatorum ad Senatum epistolae.

*) Sic certe Foerstemannus iudicat l. l. p. 451., ubi in descriptione Codicis Ratisbonensis latinae Confessionis, in cuius fine loco nominum subscriptorum leguntur verba: „ut supra sunt memorati“, haec refert: „Der zweite Theil der Confessio rührt offenbar aus einer frühern Zeit her, als die Vorrede zu dem Ganzen: eben die Worte: „ut supra sunt memorati“ sind uns dafür der schlagendste Beweis. Denn als diese Worte geschrieben wurden, mußten doch die Bekenner dieses Glaubens-Bekenntnisses schon oben namentlich genannt seyn, sonst konnte man sich unmöglich so ausdrucken, wie es hier am Ende geschehen ist. Und offenbar ist dieß wirklich der Fall gewesen. Wir haben freilich dafür in keiner einzigen Handschrift des lat. Textes eine Stütze, aber die ihm unstreitig analoge Bildung des deutschen Textes lehrt uns das auf das Bestimmteste. In der frühern Gestalt des deutschen Textes der Präfation waren wirklich sämmtliche Fürsten und die beiden Städte namentlich genannt. Da es aber passender war, diese Aufzählung der Namen in Form von Unterschriften am Ende des Ganzen folgen zu lassen, entschloß man sich noch vor der Uebergabe der Confessio auch dazu, so daß nun die namentliche Aufführung in der Vorrede unnöthig wurde. Man strich sie hier deshalb und setzte dafür die Worte: „Und wir die untenbenannten Churfürst und Fürsten sammt unsern Verwandten" Eben so geschah es im lat. Texte, wo es in der Präfation früher gewiß hieß: „Cumque nos Ioannes dux Saxoniae, Elector“ u. s. w. Im Bezug darauf hieß es dann ganz richtig am Ende: „ut supra sunt memorati.“ Später änderte man die Sache wie im Deutschen um; in der Vorrede hieß es nun: „Cumque nos infra scripti“ etc.: und erst am Ende folgten die Unterschriften."

**) Conf. H. E. F. Guericke Allgemeine christliche Symbolik. 2. Aufl. (Leipzig, 1846. 8⁰) p. 92 sq.

Tum a. 1531. 8°, 1540. 4° et 1542. 8° *latinam* denuo Witebergae edidit *variatam*; in his enim quosdam locos, inprimis articulum X. mutavit. Hae Editiones etiam aliorum curis sunt recusae.

Quapropter Confessionis Editiones dividuntur in *ante-Melanthonianas*, quae, eo inscio, a. 1530. prodierunt, et *Melanthonianas*, quas ipse curavit, et *post-Melanthonianas*, quas alii ex eiusmodi Editionibus curarunt. Melanthonianae iterum dividuntur in *Editionem Confessionis invariatae* et *Editiones Confessionis variatae*.

Exordiamur a Confessione *latina*, quippe quae paulo prius est incepta.

A.

CONFESSIO AUGUSTANA LATINE SCRIPTA.

In illis Prolegomenis *varias* eius distinximus *formas*, scilicet 1. *primam adumbrationem*, 2. *formas intermedias*, et 3. *formam integram*.

De Codicibus has varias formas continentibus.

Permagnum praeberet fructum ad historiam huius Confessionis internam plenius cognoscendam, si Codices adhuc exstarent, in quibus singulae eius formae exhiberentur. Eiusmodi enim subsidiis daretur potestas singularum mutationum huius libri eodem modo describendarum, quo variae aetates *Locorum theologicorum* in Voll. XXI. et XXII. huius Corporis propositae sunt. Supra retuli, *primam adumbrationem**) a Melanthone Electori Saxon. esse oblatam et ab hoc ad Lutherum missam atque ab eo ad Electorem remissam, etiam eius apographon Legatis Norimbergensibus esse promissum; verosimiliter alii quoque Principes evangelicae doctrinae addicti apographa illo tempore acceperunt; at hucusque *nullus eiusmodi Codex repertus est.*

Item ex illis Legatorum Norimb. epistolis supra relatum est, apographon *formae cuiusdam intermediae* Confessionis latinae iis traditum et ab iisdem ad Senatum Norimbergensem esse transmissum. Sine dubio etiam *aliarum formarum intermediarum* apographa pluribus Confessoribus tradita vel ab iis ipsis ex autographo transscripta sunt.**) *Eiusmodi Codices plures adhuc asservantur,* quos nunc enumerabimus.

1. *Codex Casselanus 1.* (Philippi Landgravii Hass.).

Hic exstat in Volumine Actorum, quod a Rommelio, tabularii praefecto summo, in tabulario sanctiori Electoris Hassiae paucis ante annis repertum***) et ab eo cum Foerstemanno benigne communicatum est.†) In hoc Volumine sic inscripto:

B. | Augſpurgiſche | *CONFESSION* Sampt deren | *APOLOGIA*; *ILLA* Deutſch, | Lateiniſch vnnd Frantzöſiſch. | Item | Bekändtnuß der Zwingliſchen | Reichs-Städte | *Anno* | 1530. | vbergeben. Fol.

---

*) Quomodo haec prima adumbratio Confessionis Augustanae ab eius integra forma diversa fuerit, Weberus in l. Krit. Geſch. d. A. C. I. p. 33 sqq. demonstrare conatus est.

**) Apographa ex autographo nondum integro esse facta, graviter negavit Ioh. Melch. Goezius in libro suo: Beweis, daß der, von dem Herrn Stiftsprediger Weber in Weimar, vor einiger Zeit gelieferte Abdruck der Augsburgiſchen Confeßion unmöglich eine Copie von dem, vor dem Kayſer Karl V. verleſenen und dem Reichs-Archive einverleibten Originale, ſeyn könne. (Hamburg, Dietr. Ant. Harmſen 1781. 32 pagg. 8°) p. 29. Huic Weberus in l. Krit. Geſch. der. A. C. I. p. 304—307. respondit et argumentis haud reiiciendis affirmavit, eiusmodi apographa formarum intermediarum Confessionis facta et distributa esse Electore approbante; idemque iam antea Müllerus in *Hist.* von der Evangel. Ständte *Protest.* u. *Appell.* p. 650. §. 4. et Cyprianus in *Hist.* der Augſp. *Conf.* p. 131. (Edit. 1. supra p. 107 sqq. recensitae et p. 153. Edit. 2., quae eodem anno 1730. aucta Gothae 4° prodiit) dixerunt. Tum Goezius Weberum iterum refutare conatus est in borre libello: Unterſuchung zwoer in der Hiſtorie der Augsb. Confeßion ſehr wichtigen Fragen: Ob der Kurprinz Joh. Friedrich von Sachſen, und der Herzog Franz von Lüneburg, das dem Kayſer überreichte Exemplar der A. C. mit unterſchrieben haben? ingleichen: Ob der Kurfürſt Johan, und andre proteſt. Stände, vor der Vollendung und Uebergabe der A. C. unvollſtändige Abſchriften derſelben ausgegeben haben? — — an das Licht geſtellet von Johan Melchior Goezen, Hauptpaſt. zu St. Cathar. in Hamburg. (Hamburg, Diet. Ant. Harmſen. 1782. 86 pagg. 8°) p. 35 sqq.

***) Weberi tempore frustra hoc in Archivis Casselanis et Ziegenhayn. quaerebatur, quapropter in l. Krit. Geſch. d. A. C. I. p. 86. 183. haec documenta deperdita esse dolet.

†) Ab hoc descriptum est in l. Urkundenb. des Reichst. zu Augsb. I. p. 372 sq.

fol. 39—45. invenitur hic Codex, qui, teste Foerstemanno,*) nihil nisi *fidei articulos* inscriptos: Articulj fidei precipuj. eosque in priori vel etiam prima forma exhibet. In margine singulis articulis loci Scripturae sacrae adscripti sunt. Hunc Codicem in Editione nostra signabimus: *Cass.* 1., quo distinguatur ab altero Codice infra recensendo, qui in eodem Volumine continetur.

2. *Codex Dessavianus* (Wolfgangi Principis Anhalt.).

Hic Codex cum Confutatione papistica in uno volumine formae quaternariae coniunctus in tabulario Anhaltino communi Dessaviae asservatur et a Webero l. l. I. p. 87 sq. descriptus est. Confessio in prioribus 45 foliis huius voluminis continetur incipiens a verbis: Ecclesie magno consensu apud | nos Docent, Decretum Nicene | Synodj etc. Titulo enim ac praefatione caret, itemque epilogo, et in articulis XIII. et XVIII. antitheses aeque ac in aliis Codicibus desiderantur. In nominibus confessorum in fine subscriptis eo a reliquis differt, quod in extrema parte, ubi civitatum nomina leguntur, quae per legatos suos Confessionem statuto die 23. Iunii subscripserunt, pro. *Senatus Magistratusque Nurnbergensis.* | *Senatus Reutlingensis.* qui soli hoc die consensum sic declararunt, in hoc Cod. etiam quatuor illae urbes, quae illo die cunctabantur,**) h. l. sic leguntur:

Senatus { Magistratus Nurnbergl
Reutlingl
Weissenburgl
hailßbrunensl
kempten
Wiensbaimensl }

Ceteroquin hic Codex cum prima Editione Melanthonis paene consentit. Signabitur in nostra Ed. *Dess.*

3. *Codex Onoldinus* (Georgii Marchionis Brandenburg.).

Hic Codex, qui olim, teste Webero l. l. p. 81., in Actis Comitiorum Augustanorum a. 1530. in tabulario sanctiori Marchionis Brandenburgici *Onoldini*, nunc, teste Foerstemanno, l. l. I. p. 442., in tabulario regio Bavarico *Norimbergae* asservatur, a Webero l. l. I. p. 81—84. et a Foerstemanno l. l. I. p. 442 sq. descriptus est. Folia 107—125. illorum Actorum explet, quibus in fol. 106 haec praecedit inscriptio: Copia | Der Lateinischl. Augßburgischl. | Confession | 1530. Confessioni quidem fol. 107 et 108. praefatio praemissa est, at ex eo, quod fol. 109. proxime ante fidei articulos iterum legitur inscriptio: *M.D.XXX Confessio exhibita* | *Cesari in Comicijs Augustensibus* cum Webero colligi possit, praefationem ab eadem quidem manu, sed serius esse praefixam. Hic Codex maxime eo ab aliis differt, quod in articulo *de votis Monachorum* locus: „Canones docent in omni voto — — — offunduntur oculis hominum.", qui in Ed. 1. Melanthonis fol. E 4ª lin. 14. — F 1ᵇ lin. 2. legitur, deest, et in subsequenti articulo *de potestate ecclesiastica* post verba: „Haec interim alia functio est quam ministerium Euangelii". quae in illa Ed. 1. Mel. fol. F 3ª lin. 12. 13. exhibentur, legitur hocce additamentum:

„Semper autem docuerunt nostri, ut seditiones prohiberent, legitimam possessionem bonorum et imperii apud quoscunque vel episcopos uel ciuiles Magistratus non ledere conscientiam, quia legitima diuisio rerum et imperiorum non est contra Euangelium. Apostoli erant piscatores. Lucas fuit medicus. Paulus erat textor. Hae artes bona conscientia retineri poterant, tametsi res erant aliae quam officium docendi. Ita res est, alia imperium, alia officium docendi Euangelij.

Neque tamen illa imperij possessio ledit conscientias, sicut quilibet pastor potest tenere proprium alius plus alio. Est enim mandatum Euangelii, ut Ecclesiæ suppeditent honestum victum pastoribus, sed oportet pastores ita versari in administratione rerum ut non omittant officium docendi. Ita oportebat et Episcopos meminisse officij Episcopalis et non tantum gubernare imperia, quanquam difficile est vtrique rei pariter seruire."

Illam omissionem Foerstemannus, qui hunc Codicem ipse recognovit, sola negligentia seu nimia festinatione scribae explicat, quippe qui Codicem transscribens folium unum in pervolvendo neglexerit, eamque ob causam

*) L. l. I. p. 442. Ex hoc Cod. lat. etiam *gallicam translationem* Confessionis in eodem Vol. contentam esse factam idem l. l. p. 356. 442. testatur.

**) Cyprianus in Hist. Aug. Conf. Ed. 2. p. 250. de d. 23 Iunii, quo Principes evangelici et Legati Noriberg. et Reutlingenses ad Confessionem integram audiendam convenerunt, haec refert de illarum quatuor urbium Legatis: „Die von Hailspron, Kempten, Winßheim und Weissenburg sind des Willens gewest, sich neben Nürnberg und Reutlingen, zu des Churfürsten und der andern Fürsten Unterricht des Glaubens auch zu bekennen, und zu unterschreiben, doch sich hernach bedacht, noch etlich Tag zu beruhen und zu verziehen." Conf Brück Gesch. des Reichst. zu Augsb. fol. 66ª in Foerstemanni Archiv I, t. p 56.

in eo contenta praetermiserit. Praeterea in articulis XIII. et XVIII. antitheses non leguntur. Hic Codex signabitur: *Onold.* Apographon ex hoc Codice Norimbergae a. 1830. descriptum, 87 pagg. Fol. continens, cuius fides testimonio Archivarii regii v. Fürer subsignato atque tabularii regii sigillo firmata est, ex Bibliotheca Societatis historicae Thuringo-Saxonicae in manibus habeo.

4. *Codex Wirceburgicus.*

Huius Codicis, qui exstat in Volumine XIV. Actorum Comitiorum a. 1530. tabularii regii Bavarici, quod *Wirceburgi* est, Foerstemannus apographum accepit idque cum Ed. 1. Mel. primus contulit, codicem ipsum non vidit: conf. eius Urkundenb. I. p. 446. nr. 5. Textus eius fere ubique convenit cum textu, quem Andr. Fabricius in *Harmonia confessionis* (infra recensenda), ut ipse affirmat, ex *prototypo* exhibuit. In Ed. Confessionis notabitur sigla: *Wirc.*

5. *Codex Ratisbonensis* (Legatorum Ratisbonensium).

Hic Codex, qui in Actis Episcopatus *Ratisbonensis* asservatur, a Gemeinero, Archivario regio Bavarico, descriptus est in hocce libello:

> *Ueber eine sehr merkwürdige, in der Acten-Registratur des Hochstifts Regensburg befindliche echte Abschrift des lateinischen Urtexts der Augsburgischen Confession. Ein Amtlicher Bericht an das Königl. Bayerische allgemeine Reichsarchiv zu München von Carl Theodor Gemeiner, Königl. Landesdirektions-Rath und Archivar, der Königl. Academie der Wissenschaften Mitglied der historischen Klasse. Regensburg, in Commiss. der Montag- und Weissischen Buchhandlung 1817.* 30 pagg. 4°.

Varias falsas sententias in hoc libro ab auctore propositas Foerstemannus, qui etiam hunc Codicem ipse vidit et cum Ed. 1. Mel. contulit, l. l. I. p. 446—468. accurate recensuit atque refutavit, et denique p. 468 sq. hoc addidit iudicium de ipso huius Codicis textu:

„Wir haben schon oben bemerkt, daß wir durch unsere Entgegnungen der Echtheit des Textes bis auf dieses Namen-Verzeichniß in gewisser Beziehung keinen Eintrag thun wollen, und wir können das nach der Autopsie so wenig, als bei irgend einem andern von uns zu unserm Urkundenbuche benutzten Acten-Volumen aus den Archiven der verschiedenen damaligen evangel. Fürsten. Aber so sehr wir auch diese Echtheit anerkennen, so ist damit noch nicht das Geringste dafür gesagt, daß dieser Text auch derselbe sey, in welchem das lat. Exemplar dem Kaiser am 25. Jun. übergeben wurde. Wir erkennen die Echtheit dieses Textes in so fern an, als es fest steht, daß er unmöglich von Seiten der Regensburger Gesandtschaft weder absichtlich, noch unwissend untergeschoben ist; wir erkennen sie in so fern an, als es keinem Zweifel unterliegt, daß der lat. Text der Confessio bis auf die vielen Versehen des der lat. Sprache nicht mächtigen Schreibers und namentlich bis auf jenes Verzeichniß der Namen wirklich einmal als Original in der Gestalt existirt hat, wie er uns in der Regensburger Handschrift erhalten ist; aber diese Handschrift stammt von einem Originale, welches vor der Uebergabe abgefaßt war und die Spuren der letzten Revision des Textes durchaus nicht an sich trägt. Hier kommen wir auf einen Punkt, welchen Gemeiner ganz unberührt gelassen hat, obgleich er gerade der wichtigste von allen ist: wir meinen die kritische Untersuchung des Textes. Hätte sich Gemeiner damit auch nur einigermaßen befassen wollen, so würde er gar bald inne geworden seyn, wie er sich hier in Vermuthungen erschöpft hat, welche der Text dieser Handschrift selbst schon an und für sich nicht zuläßt. Wir haben nicht nöthig, hier den Beweis dafür zu geben, da Jeder aus den von uns zu dem hier abgedruckten Texte gegebenen Varianten ihn sich leicht selbst bilden kann, und wir verweisen, da der Text meistens mit den Eigenthümlichkeiten des von Andr. Fabricius in seiner Harmonia Confess. Aug. angeblich aus dem Originale gedruckten lat. Textes übereinstimmt, auf Weber's Verzeichniß der Varianten im 1. Theile seiner krit. Gesch. der A. C. S. 100—103, um sein Urtheil über den Text bei Fabricius, daß er uns den ersten Entwurf Melanchthon's giebt, auch für diese Regensburger Handschrift in Anspruch zu nehmen."

Hunc Codicem in nostra Ed. signabimus: *Rat.*

Ab his Codicibus *intermediarum formarum* Confessionis latinae progredimur ad eos, qui hanc *integram* exhibent. Inter hos primum tenet locum

> *Exemplum latinae Confessionis ab ipsis Principibus Civitatumque Legatis subscriptum et d.* 25. *Iunii* 1530. *Imperatori Carolo V. in Comitiis exhibitum.*

Cum dies Confessionis ipsi exhibendae ab Imperatore principio iam in diem 24. Iunii constitutus esset, ob temporis brevitatem videtur latinae Confessionis elegantius exemplum non fuisse exaratum, sed ipsum Melanthonis autographum a Confessoribus subscriptum et Imperatori d. 25. Iunii exhibitum. Imperator utriusque Con-

fessionis, et latinae et germanicae, exempla suis manibus accepit, latinum apud se retinuit, germanicum vero, quippe quod ob publicam eius praelectionem actis imperialibus erat adnumerandum, Electori Moguntino tradi iussit, ut in tabulario imperiali Moguntino asservaretur; latinum vero exemplum non publice praelectum, sed tantum in Comitiis exhibitum in tabulario privato *Bruxellis* repositum est, *) ex quo autem periit. Falso enim Coelestinus, **) Feuerlinus ***) aliique contenderunt hoc exemplum in tabulario imperiali *Moguntino* exstare. Weberus, postquam hunc errorem gravissimis argumentis l. l. I. p. 60—76. refutavit, de exemplo latinae Confessionis genuino *Bruxellis* olim vere asservato l. l. p. 76—79. haec enarrat:

„Nach so vielen falschen und unsichern Nachrichten vom Original der lateinischen Confession im Reichsarchiv zu Mainz komme ich zu den authentischern, welche darauf beruhen, daß die Urschrift ins kaiserliche Archiv zu Brüssel gebracht worden. Dies bezeuget Zwichem, kaiserlicher Regierungspräsident zu Brüssel. †) Er theilte das Original dem Lindan und Hopper 1560. zur Collation mit ††) und daß es nicht Copey, sondern wahres Original, die von Fürsten unterschriebene Confession gewesen, erhellet auch noch daher, weil Lindan sagt, daß es die Unterschriften der Fürsten nicht von einer und ebenderselben, sondern von verschiedenen Händen gehabt. †††) Auch macht er noch die wirklich interessante Bemerkung, daß es mit Philippus [Melanthonis] eigner Hand, die er aus handschriftlichen Briefen kannte, geschrieben und von Johann Friedrich, Herzog zu Sachsen, unterzeichnet gewesen. *†) Es hat sich auch in seiner Bibliothek eine Abschrift vom lateinischen Original gefunden, die aber Niemand edirt, und deren Schicksal mir unbekannt ist. **†) Im J. 1568.

---

*) Weberus enim l. l. I. p. 51 sq. haec refert: „Uebrigens scheint die lateinische Confession in diesem Gedränge nicht mundirt worden zu seyn, sondern die Fürsten haben Melanchthons Concept beybehalten und unterschrieben. Mein Gewährsmann ist der Erzbischoff Lindanus, der das von den Fursten eigenhändig unterzeichnete Original aus dem Archiv zu Brüssel in Händen gehabt, und dabey meldet, daß es mit Melanchthons eigner Hand geschrieben gewesen, die er aus handschriftlichen Briefen kannte [vide Guil. Damasi Lindani, nat. 1525. Dordrechtae, mort. 4. Nov. 1588. Gandavi. Concordia discors s. querimonia ecclesiae catholicae (contra librum Concordiae). Coloniae 1583. 8° p. 181. 188.]. Da es gar nicht wahrscheinlich ist, daß Melanchthon, der, wie aus seinen Aufsätzen erhellet, davon ich verschiedene aus dem Herzogl. Weimarischen Archiv in Händen habe, eine unleserliche Hand schrieb, am 22. Junius das Mundum der lateinischen Confession fur den Kaiser selbst gefertiget haben sollte, so hat wohl der Aufsatz schon vorher in Bereitschaft gelegen, und höchstens ist ihm nur am 22. oder 23. Junius Präfation an den Kaiser vorgesetzt worden. Die Ursache, warum man Melanchthons Concept der lateinischen Confession nicht mundirt, sondern als Original unterschrieben, mag sonder Zweifel daran gelegen haben, weil die Zeit zu kurz war, und die Veränderungen, so Melanchthon mit der deutschen Confession vorgenommen, noch nicht in lateinischer Sprache existirten: denn ich wüßte sonst keine Ursach anzugeben, warum man den 23. Artickel im lateinischen Exemplar nicht eben in der Form und Gestalt läse, wie im Deutschen." — Item l. l. p. 55 sq.: „Sowohl Spalatin [Ge. Spalatini Annales reformationis — aus dessen Avtographo ans Licht gestellet von Ernst Sal. Cyprian. Leipz. 1718. 8° p. 139.], als auch der Autor Apologiä Mspta im Herzogl. Weimar. Archiv [i. e. Pontanus fol. 65b. in Foerstemanni Archiv I. 1. p. 55.] melden, daß der Kaiser nach beiden Exemplarien der Confession, die der Canzler Brück nach geschehener Verlesung der deutschen dem kaiserlichen Sekretär, Alexander Schweiß, habe überreichen wollen, gegriffen, und solche zu sich genommen. Müller [Hist. v. der Ev. Ständte Protest. u. Appell. p. 587.] fügt noch den Umstand hinzu, daß der Kaiser das lateinische Exemplar für sich behalten, das deutsche aber dem Erzbischoff zu Mainz [Müllerus scripsit: dem Churfürsten von Maintz] habe einhändigen lassen. An dem letzten Umstand ist gar nicht zu zweifeln, denn die deutsche Confession ward durch ihre Verlesung Reichstagsacte. Aus was für einer Quelle aber Müller die erste Nachricht geschöpft, daß der Kaiser nämlich das lat. Exemplar für sich behalten, kann ich nicht sagen. — — Doch halte ich die Nachricht selbst für gegrundet, denn es sind, wie ich in der Folge [p. 60 sqq.] zeigen werde, weit glaubwürdigere Nachrichten vorhanden, daß der Kaiser das lat. Exemplar fur sich behalten, und es in einem seiner Hausarchive beylegen lassen, als daß es auch im Reichsarchiv zu Mainz, als Reichstagsacte mit verwahrt werden seyn sollte."

**) Hic, qui a Ioachimo II. Electore Brandenburgico acta tabularii Imperialis Moguntini perscrutari iussus est, in epistola dedicatoria Tomo II. Historiae Comitiorum a. 1530. Augustae celebratorum fol.)(5a lin. 1—5. scripsit haecce: „In hoc [Tomo] enim Confessio Latina et Germanica vera et genuina ex illis ipsis exemplis, quae Impe: Carolus Augustae, Anno 1530. die Iunij 25. audiuit et in manibus habuit, optima fide, quod perspicue doceri posset, descripta, nunc omnibus legenda proponitur et datur." Conf. quae de hac Ed. infra dicentur.

***) Conf. Praeside I. W. Feuerlino Resp. Autoris Carol. Frid. Krafft Diss. historico-critica ex Theologia Symbolica de Conf. Augustana Germanice et Latine eodem quo exhibita fuit anno 1530. septies impressa. (Gottingae 1741. 4°) §. 14. et Feuerlini Biblioth. symb. ed. Riederer I. p. 54. In hac opinione enim confirmatus est Gudenii, Assessoris Camerae Imperialis, testimonio, quippe qui, Editionibus latinae Conf. in tabulario Imperiali Moguntino inventis, cum Feuerlino communicavit, se ipsum originale exemplum eius ibi reperisse, vide Weber l. l. I. p. 155. et praefat. Tomi II. fol. b 6.

†) Vigli Zuichem ab Aytta Epistolae ad Ioachimum Hopperum. p. 145.

††) Lindani Concordia discors p. 186.: „Autographum hoc ego Gullielmus Damasi Lindanus Episcopus Ruremundensis inspexi, et cum Cl. D. Ioachimo Hoppero cum aedltione 31. contuli, quod nobiscum — ex archiuis Caesareis Bruxellae conseruatis Reuer. D. Viglius Zwichemus candide communicauit."

†††) Lindanus l. c. p. 186. [et p. 188.: „— sic enim habet ad verbum, autographum propriis illorum Electorum et caeterorum principum protestantium manibus variis subscriptum —", quae verba a Webero in l. Apologie des neuen Syst. etc. p. 76. afferuntur.]

*†) Id. l. c. p. 187. 188.

**†) Id. l. c. p. 301.

war die lateinische Urschrift der A. C. noch im Archiv zu Brüssel, denn es meldet eben der vorgedachte Zwichem dem Hopper, daß der Herzog von Alba, Statthalter in Niederlanden, solche von ihm im Namen des Königs Philippus II. von Spanien verlangt.*) Seit der Zeit hören alle authentische Nachrichten vom lateinischen Original auf, und es ist Niemand, der sich nach Zwichem, Lindan und Hopper der Autopsie desselben rühmen könnte. Noch suchte es in neuerer Zeit der Canzler Pfaff zu Brüssel: aber vergeblich.**) Inzwischen hat der Erzbischoff von Mecheln, Cornelius Paul Hoynk van Papendrecht aus der vorangezeigten Nachricht von Zwichem nicht unwahrscheinlich geschlossen, daß der Herzog von Alba das Original nach Spanien geschickt, und daß es allem Anschein nach in der königlichen Bibliothek daselbst aufbewahrt werde.***) Jedoch hat sich seine Muthmaßung nicht bestätigt. Denn als der Erzbischoff zu Upsal, Heinrich Benzel, den königlich schwedischen Staatssekretär, Baron von Rudenschiold, und dieser den königlich schwedischen Gesandten zu Madrit, Baron von Fleming, veranlaßte, von der lateinischen Urschrift der A. C. Nachricht einzuziehen, so ward dem Baron von Fleming von dem damaligen Bibliothekar der königlichen Bibliothek zu Madrit, Don Juan Eriarti die sichere Nachricht ertheilt, daß es nicht vorhanden — und als man weiter nachforschte, und der Baron von Fleming den Bibliothekar Don Juan Eriarti ersuchte, an den Bibliothekar im Escurial, Antonio di S. Joseph, zu schreiben, so fand sie sich eben so wenig unter den Handschriften dieser Bibliothek.†) Allem Anschein nach ist also die lateinische Urschrift der A. C. so gut als verloren: es sey denn, daß sich solche noch zu Antwerpen, wo ein großer Theil des Archivs zu Brüssel hingekommen seyn soll, oder unter den Handschriften des Herzogs von Alba noch vorfände.

Es ist zu beklagen, daß Lindan, ders am besten gekonnt, die lateinische Confession nach dem Original nicht edirt. Jedoch bin ich fest versichert, daß sie von der Eyn und dreyßiger Meelanchthonischen Quartausgabe gar nicht verschieden gewesen seyn müsse, denn sonst würde dieser giftige Feind der Protestanten solches gewiß nicht verheelt und den Unterschied bemerkt haben ††).

Huius Codicis omnium gravissimi proh dolor! deperditi historia ex Webero relata, recensendi sunt *Codices formae integrae* Confessionis latinae, *qui adhuc in tabulariis asservantur.*

1. *Codex Casselanus 2.* (Philippi Landgravii Hass.).

Hic Codex priora 38 folia eiusdem Actorum Voluminis, quo *Codex Casselanus 1.* supra p. 213 sq. recensitus continetur, explet. Primum folium nihil exhibet nisi hancce inscriptionem:

> Confessio exhibita Caesari | in comiciis august: | Anno 1.5.30. | Ps. 119. | Et loquebar de testimoniis | tuis in conspectu re= | gum et non con= | fundebar.

Fol. 2. incipit praefatio sic inscripta: Praefacio ad Caesarem | Carolum quintum. In hoc apographo ab alia manu haud raro errores calami scribae aliique emendati sunt. Verba eius ex parte cum Editione antiqua infra recensenda mire consentiunt. Hunc Codicem Foerstemannus primum cum Ed. 1. Melanthonis contulit atque in Urkundenb. I. p. 444. nr. 3. descripsit. Signabitur in nostra Editione: *Cass. 2.*

2. *Codex Hannoveranus* (Ernesti Ducis Luneburg.).

Hoc apographon latinae Confessionis integrae, quod Ernestus Dux Luneburgi a Comitiis Augustanis a. 1530. secum portavit, nunc in tabulario regio *Hannoverae* asservatur. Weberus, cui non contigit ipsum codicem videre, solam eius descriptionem accepit, quam l. l. I. p. 84—86. divulgavit. Hic Codex 28 folia formae maximae in duos fasciculos divisa complectens, hanc habet inscriptionem:

> Confessio exhibita Caesarj in | Comitijs Augustensibus | Psal CXiij | Et loquebar de testimonijs in conspectu | Regum et non confundebar | MDXXX | Sabbato post Johannis Babtisto a prandio | recitata

*) Vigli Zuichem ab Aytta Epistolae ad Ioachim. Hopperum p. 145. „Illustrissimus Dux a me hisce diebus nomine Regis petiit Originalem Confessionem Augustanam anno MDXXX. Caesari oblatam, quae meae custodiae atque Archiuo tradita erat."

**) Pfaffii Ius ecclesiasticum p. 564.

***) van Papendrecht analecta Belgica T. I. P. II. p. 470.

†) Neue Beyträge von alten und neuen theologischen Sachen. Jahr 1751. p. 710—720.

††) Lindanus enim ipse in *Apologetico ad Germanos, pro solida ecclesiarum — concordia.* (Antwerp. M.D.LXIX. 4°) p. 92., se hoc autographum cum Editione a. 1531. contulisse, dicit hisce verbis: „Ista vero, inquam, te omnium verissime dicere, Philippe, codex tua ipsius manu haud castigatissime perscriptus atque principum ipsorum et Legatorum manibus subsignatus, Imperatori A. Carolo oblatus perspicue testatur: qui nobis visus, atque cum impressa anno 31 Confessione Augustana collatus extat Bruxellae in Archivis Caesareis." Conf. etiam locus *Concordiae discordis* p. 186. supra p. 219 sq. nota ††) allatus. — In uno tantum loco, scil. in decimo articulo latinae Confessionis Lindanus in *Concordia discorde* p. 188. Melanthonem falsi accusat, quapropter addit: „Si Dux Iohan. Fredericus in latina Confessione Augustana istum dolum adeo perniciosum sensisset, eam sua non signasset manu", vide Weberi Apologie p. 76.

Praefatio, textus et epilogus ab eadem manu exarati sunt. Multas continet correctiones et additamenta ex Editione Melanthonis, quae a. 1531. 8° prodiit, deprompta, quae partim in margine, partim in foliolis schedisque innexis ab alia manu adscripta sunt. Hanc ob causam Weberus, quippe cui textum Codicis genuinum his lituris mutatum perscrutari non licuit, in Editione sua critica huius Codicis nullam habere potuit rationem. Nomina in eius fine subscripta a Melanthonis Editione non differunt.

3. *Codex Norimbergensis* (Legatorum Norimbergensium).

Hunc Codicem Weberus l. l. I. p. 90. eundem esse iudicat, quem Kress et Volkamer, Legati Norimbergensis civitatis, d. 26. Iunii 1530. ad Senatum miserunt. *) Sic inscriptus est:

> *CONFESSIO EXHIBITA CAESARI | IN COMICIIS AVGVSTENSIBVS | ANNO DNI M.D.XXX. | Psal: CXVIII: | Et loquebar de testimoniis tuis | in conspectu Regum, et non confundebar.*

Hic codex, qui in tabulario *Norimbergensi* asservatur, cum germanica Confessione coniunctim a. 1782. a. Ge. Guolfg. Panzero editus est in hocce libro:

> Die unveränderte Augspurgische Confeßion deutsch und lateinisch nach der in dem Archiv der Reichsstadt Nürnberg befindlichen authentischen Abschrift mit einem literarischen Vorbericht herausgegeben von M. Georg Wolfgang Panzer Schaffer an der Hauptpfarrkirche zu St. Sebald in Nürnberg. Nürnberg, bei Ernst Christoph Grattenauer, 1782. 12½ plagg. litt. a—c, A—F (F) G—K (K½ pl.) sign. 8° (pag. III Dedicatio ad Senatum Norimb.; p. V—XLVIII. Kurze literarische Einleitung; p. 1—86. Confessio germ. inscripta: Bekanntnus des glaubenns. XXX. cum lectionis varietate: [pagg. 87—96. errore typothetae praetermissae sunt] p. 97—161. Confessio lat. illis verbis inscripta, cum variis lectionibus Editionis 1. Melanthonis.).

Quamquam huic Editioni Prolegomena prolixiora ab editore sunt praemissa, tamen accuratior Codicis descriptio, ut Weberus recte l. l. monet, in iis desideratur; neque enim eius forma numerusque foliorum indicatur, neque utrum praefatio, textus et epilogus ab eadem manu, an a diversis scripti sint. Hunc Codicem lituras continere iam Feuerlinus animadvertit**); num vero hae liturae ac emendationes ab eadem manu, quae Codicem exaravit, factae sint, an ab alia, nullibi editor adnotavit.

E Panzeri quidem Editione intelligitur, hunc codicem fere omnino cum Ed. 1. Mel. consentire, exceptis duabus antithesibus articulorum XIII. et XVIII., quae in eo aeque ac in aliis Codicibus desunt, attamen propter lituras in hoc Codice obvias et brevitatem temporis, quod inter extremam Confessionis emendationem et Codicem transmissum intercessit, quippe qui prostridie post Confessionem Imperatori exhibitam a Legatis ad Senatum missus est, Feuerlinus ***) et Weberus †) iudicant, hunc quoque Codicem esse scriptum, priusquam extrema auctoris manus Confessioni accesserat. — Hic Codex in nostra Ed. signabitur: *Nor.*

4. *Codex Wimariensis.*

Hic Codex vermiculis ac situ corruptus, qui inter Acta ad Conventum *Numburgicum* a. 1561. pertinentia in communi Saxonico tabulario sanctiori *Wimariae* (Reg. N. Fol. 183. ††) Nr. 79.) asservatur atque a Webero

---

*) Conf. eorum litterae illo die ad Senatum datae in huius Corp. Vol. II. p. 142—144. recusae.

) In Krafftii dissertatione supra p. 219 sq. nota *) laudata p. 61.

***) Vide Krafftii dissert. supra p. 219 sq. laudata p. 62.

†) L. l. I. p. 94 sq.

††) Fol. 183.] sic exhibet huius Actorum voluminis signaturam Weberus krit. Gesch. d. A. C. I. p. 79. cum hacce inscriptione horum Actorum: „Der aus vnd inländischen Theologen Bedencken vber die Subscription der Naumburg. praefation von der Augspurg. Confession 1561." Foerstemannus Urkundenb. I. p. 444. habet: Fol. 83. De hoc conventu conf. *Historia* Des von Denen Evangelischen Ständen *Anno* 1561. zu Naumburg wegen Anderweiter Unterschreibung der ungeänderten Augsburgischen *Confession* und des vorseyenden *Concilii* zu Trident gehaltenen *Convents* Aus warhafften *Archivs-Acten* und *Documenten* genommen, und an das Licht gebracht von Georg Paul Hönn, *D.* Fürstl. Sächs. Obervormundschaffts-Raht und geheimben *Secretario.* Francfurt u. Leipzig, Verlegts Joh. Hofmanns seel. Wittib, u. Engelbert Strek, 1704. Prima 8 foll. non num., dedicationem et praefationem continent, et 125 pagg. 8° min. — In hoc conventu Confessio ab evangelicis Principibus Ordinibusque non solum nominibus subscriptis, sed etiam eorum sigillis iterum confirmata est, teste Webero l. l. I. p. 53.

l. l. l. p. 79—81. et a Foerstemanno l. l. l. p. 444 sq. descriptus et ab utroque cum Ed. 1. Melanthonis collatus est, 28 folia formae maximae complectitur in tres fasciculos divisa, quorum primus et tertius ab una eademque manu, secundus vero ab alia scripti sunt. Hanc habet inscriptionem:

> *Confessio Caesari exhibita in | Comitiis Augustensibus: | ps. CXVIII: | Et loquebar de testimoniis tuis in | Conspectu regum et non confunde- | bar. | M. D. XXX.*

Ex litterarum ductu intelligitur, hunc Codicem demum tempore Conventus Numburgici exaratum esse. Cum Melanthonis Ed. 1. omnino consentit exceptis articulorum fidei XIII. et XVIII. antithesibus, quae etiam in hoc Cod. desiderantur. Weberus putat, eum esse apographum aut Codicis, quem Iohannes Elecior Saxon. a Comitiis Augustanis secum portavit, aut exempli deperditi, quod Spalatinus manu sua scripsit. Hoc alterum confirmari videtur duabus annotationibus Max. Moerlini, qui in suo exemplo Editionis 1. Melanth. *) (in Biblioth. ducali Gothana asservato) ad verba articuli XX. „et dicunt nos fide et operibus iustificari“ in margine adscripsit: „Spalati: manus et primum exemplar **) habent doceut“ (pro: dicunt) et in articulo de coniugio Sacerdotum ad verba: „quam vt in ignem deliciis suis cadant“ adnotavit: Spal: in manu scripto vt omittit.“ Utraque enim lectio Spalatina in hoc Codice Wimar. reperitur. Signabitur sigla: *Wim.*

His Codicibus recensitis transeamus ad Editiones latinae Confessionis, quarum *tres classes* distinguendae sunt: 1. Editiones *formarum intermediarum* huius Confessionis; 2. Editiones *formae integrae*, qualis in Comitiis praelecta et Imperatori exhibita est; 3. Editiones *formae ex hac integra variatae.*

I. Editiones formarum intermediarum Confessionis latinae.

Cum plures exstent *Codices*, qui *formas intermedias* huius Confessionis exhibent, ut supra ostendimus, non mirandum est, etiam *Editiones* ex illis Codicibus factas exstare, quae tales formas intermedias contineant. Eiusmodi Editiones recensendae sunt haece:

1. *Editio* Fabricii.

Haec Editio, quam Andreas Fabricius Leodius, Principum Alberti et Ernesti eius filii, Comitum Palatinorum Rheni, consiliarius, ex *prototypo*, ut ipse contendit, typis describendam curavit, continetur in hocce eius libro:

> *Harmonia | Confessio- | nis Avgvstanae, | doctrinae evangelicae | consensvm declarans. | Adiunctum est Caroli Quinti Caesaris semper Augusti, po- | tentissimorumque Imperij Christiani Principum, ac | doctissimorum nostri saeculi hominum de ea- | dem Confessione iudicium. | Omnia in vnvm relcti fascem com- | portata stvdio et opera | Andreae Fabricii Leodii, Illustrissimorum Princi- pum | Alberti et Ernesti eius filij, comitum Palatino- | rum Rheni, ac vtriusque Bauariae Du- | cum Consiliarij.* | (Typographi insigne, in quo leguntur haec verba: *Psalm. 46.* | *Benedices | coronae aũi | benignita- | tis tvae.*) | *Coloniae | apvd Maternvm Cholinvm. | M. D. LXXIII. | Cum gratia & Priuilegio Caesareae Maiest. in Decennium.* 6 foll. non num. litt. a signata, et 574 pagg. num., Fol. (Fol. a 2ª — 6ª Fabricii epistola dedicatoria ad Albertum et Ernestum Principes; fol. a 6ᵇ Ad christianum lectorem praemonitio; pag. 1—10. Protestantium praefatio ad Caesarem Carolum V. ex prototypo extracta. — Praefatio eadem ad Caesarem Carolum V., in omnibus Wittenbergensibus exemplaribus variata. — Caroli Caesaris et Catholicorum Principum ad oblatam a Protestantibus Confessionem responsio. — Io. Cochlaei Augustanae Confessionis discussio. — Alphonsi Virvesii Canariensis Episcopi Philippica prima. De Dogmatum multitudine et varietate; p. 10 extr. — 574. Confessionis Augustanae ex Prototypo desumptae Articuli, quorum singulis adscriptae sunt Caroli Caesaris et Catholicorum Principum ad eos responsiones, Andreae Fabricii Leodii animadversiones, Ioannis a Daventria refutationes, Alphonsi Virvesii Philippicae, Io. Cochlaei

*) In hoc exemplum Moerlinus praeterea transscripsit annotationes, quas Lutherus in exemplo ipsi a Melanthone donato, quod nunc in Biblioth. regia Dresdensi asservatur, (ex qua nunc in manibus habeo) Apologiae adscripserat.

**) Exemplar, quod h. l. *primum* appellatur, non est Editio antiqua illa, quae a. 1530. prodiit, quippe quae aeque ac Ed. 1. Mel. habet: *dicunt,* sed Editio adhuc ignota, de qua infra dicetur.

discussiones. Io. Hoffmeisteri de iis indicia. In plurimis Articulis post verba ex Prototypo desumta proxime afferuntur verba Confessionis anno 1540. variatae. In margine multae annotationes leguntur.) *)

Eiusdem libri *Editio secunda locupletior. Coloniae* 1587. Fol. **)

Catholicus auctor huius libri, quem ironice *Harmoniam Augustanae Confessionis* ***) inscripsit, in praemonitione ad christianum lectorem, proposito iudicio, Confessionem Augustanam non tam Dei, qui pacis et unitatis auctor sit, voluntate, quam diaboli, qui dissensionis et mendacii parens sit, malignitate in lucem prodiisse, deinceps consilium suum, quod in hoc libro persecutus est, sic enarrat: »Nam ut ostenderemus eos, qui Confessionem illam profitentur, doctrinis variis abduci, primo loco Confessionem ipsam, non mutilatam, non arrosam, non interpolatam, sed integram, sed de verbo ad verbum, ex prototypo, quod Carolo V. Caesari fuit oblatum, descriptam collocamus. Deinde varietates in ipso illo Evangelicorum fundamento ab anno 1530., ad annum 1540. per ipsos Confessionis autores excogitatas ostendimus. Nec tamen hic aeditiones omnes, quae decennio illo in vulgus sunt sparsae, examinamus, sed duntaxat illas, quae certo ex ipsa Papatus Saxonici cathedra, procurantibus ipsis factionis magistris prodierunt. Primum enim typis mandata est Confessio citra nomen typographi, aut loci in quo fuit procusa, sed quia Melanchthon et alii illud exemplar tanquam vitiatum (viderint qua fraude hoc faciant) reprehendunt, hoc urgere, mutationes ibi factas annotare non decrevimus. Aliam etiam editionem anni 1535. quae Haganoae prodiit, vidimus, sed nec illam producimus, ne forte pseudoprophetae ad se non pertinere dicant, quae aliis locis sunt commissa. Quare duntaxat illos revocamus ad ea exemplaria, quae ex officina Georgii Rhau Wittenbergae in lucem prodierunt, a tempore comitiorum Augustensium anni trigesimi, usque ad comitia Ratisponentia, anno quadragesimo inchoata. Tria autem eiusmodi ad manus nostras pervenerunt, nec tamen ullum est, quod cum altero conveniat, sed progressu ipso semper accreverunt, novae fraudes, adeo quidem ut illud quod tempore comitiorum Ratisponentium est excusum, vix in uno articulo cum prototypo Caesari oblato concordet, eoque illam aeditionem eidem prototypo subiecimus integram. Ex aliis autem duobus exemplaribus, quae anno proximo post comitia Augustana sunt evulgata, duntaxat ad illa in margine annotavimus, quae a Confessione Caesari oblata dissident. Caeteras autem varietates in exemplaribus Latinis et Germanicis ab anno 1540. ad hoc usque tempus enatas, si persequi voluissemus, quis tandem fuisset scribendi modus? — — Ut tamen Harmoniam illam δὶς διὰ πασῶν sonantem rudiores citius observare possent, addidimus in singulos articulos nostras animadversiones, et haec quidem ad doctrinae varietatem demonstrandam. Porro — — contulimus etiam in hoc volumen, Caroli V. Imperatoris, et Catholicorum Principum rescriptum factioni Lutheri ad refutationem Confessionis propositum, — — Subiecimus praeterea eidem Catholicorum principum scripto — Ioannis Daventriani refutationem, Ioannis Cochlaei discussionem, Ioannis Hoffmeisteri iudicium, et Alphonsi Virvesii Philippicas. — —«

Ex his lector auctoris consilium cognoscet atque rationem, qua haec Editio instituta sit. De ipsa autem Confessione, qualis in hoc libro exhibetur, virorum doctorum iudicia valde discrepant.

Primum quaeritur, unde Fabricius *prototypon*, quod in hoc libro de verbo ad verbum edidisse contendit, desumserit; ipse enim nihil de hac re maximi momenti refert. Feuerlinus l. l. l. p. 125. putat, hoc prototypon fortassis apographon fuisse in Comitiis Augustanis scriptum et in Archivo Bavarico asservatum. Iam supra p. 217 sq. in Codicum *Wirceburgici* et *Ratisbonensis* recensione memoratum est, mirum reperiri inter hos et Editionem Fabricianam consensum; quapropter suspicari licet, unum horum Codicum vel similem illud fuisse prototypon. Quantopere haec Editio praesertim in *praefatione* a Codicibus Onoldino, Norimbergensi et Wimariensi atque ab Ed. 1. Melanthonis differat, Weberus l. l. l. p. 101—103. demonstravit variis lectionibus huius praefationis ex Ed. Fabric., Ed. 1. Melanth. et Cod. Wimar. collectis et iuxta sese positis. Ex quibus argumentatur, Fabricium non confessionis formam integram, sed intermediam typis exscripsisse. His Weberi argumentis Bertramus in l. Beytrag z. Crit. Gesch. d. A. C. p. 8—10. quatuor alia haud spernenda opposuit, quibus probare studet in Editione Fabriciana formam integram ac genuinam Confessionis contineri. †) Huic

*) Haec Ed. perrara in meis libris est. — Recensetur a Feuerlino l. l. l. p. 124. nr. 721. Ed. 2.

**) Haec altera Ed. recensetur a Feuerlino l. l. l. p. 125. nr. 722. De utraque Ed. conf. Weberus l. l. l. p. 70 nota *f*.

***) Hanc inscriptionem *ironicam* esse, iam Bertramus in l. Beytrag zur Crit. Gesch. d. A. C. p. 7. et Feuerlinus l. l. l. p. 125. Ed. 2. monuerunt; nam Editor non *harmoniam*, sed potius *disharmoniam* ostendere conatur, id quod ex praemonitionis verbis illico afferendis satis elucet.

†) Idem iudicat Chytraeus, qu. in *Historia* der Augsp. Conf. Ed. 1. (Rostock 1576. 4°) fol. Ccc 2ᵃ haec refert: „Bald darnach hab ich dieselbige der Widersacher *Confutation* gedruckt gefunden, wie sie von einem Bäierischen Rath, so sich Andream Fabricium nennet, in einem Buch des Titel ist *Harmonia Confessionis Augustanae etc.* gesetzt ist, in welchem auch das erste Lateinische Exemplar der Confession, wie es zu Augspurg anno 1530. ubergeben, von den Papisten selbs in druck gegeben ist."

Weberus in praefatione Tomi II. eiusdem operis fol. c1ª — 8ᵇ respondit, sententiam suam illo loco propositam non solum praefationis, sed etiam nominum subscriptorum differentia huius Editionis ab Edit. 1. Mel. et Codicibus probans. — Haec Editio a Webero et Foerstemanno cum Ed. 1. Melanth. collata in nostra Ed. signabitur: *Fabr.*

2. *Editio Coelestini.*

Haec Editio continetur in Georgii Coelestini, S. Theol. Doct. et Ecclesiae Coloniensis in Marchia Praepositi, (qui a. 1579. mortuus est) *Historiae Comitiorum a. 1530. Augustae celebratorum* a. 1577. editae iam supra p. 105 sqq. recensitae Tomo II. fol. 169ª — 188ª. In epistola dedicatoria huius Tomi fol.)(5ª lin. 1—5. auctor haecce affirmat: „In hoc [Tomo] enim Confessio Latina et Germanica vera et genuina ex illis ipsis exemplis, quae Impe: Carolus Augustae, Anno 1530. die Iunij 25. audivit et in manibus habuit, optima fide, quod perspicue doceri posset, descripta, nunc omnibus legenda proponitur et datur.“ Quod iam superiore loco, in Tomo I. fol. 141ª extr. — 141ᵇ init. promiserat his verbis: „Illius protestantium Princip. confessionis Latinum et Germanicum exemplum Augustae Vindelicorum An. 1530. Carolo V. Caesari, omnibusque Imperii Statibus et Ordinib: recitatum et exhibitum, ac de voluntate et iussu Illustriss. Principum et clementissimorum Dominorum meorum, Domini Ioachimi II. Electoris Brandeburgici, et Domini Sigismundi Archiepiscopi Magdeburgensis felicis et piae memoriae, ex vero et indubitato Archetypo, in Archiepiscopi Moguntini Sacri Romani Imperii per Germaniam Cancellarii Archivis asservato, de verbo ad verbum descriptum, — — in altero huius historiae tomo pio lectori legendum exhibebitur.“

Coelestinus, ab Ioachimo II., Electore Brandenburgico, Electori Moguntino magnopere commendatus ab hoc veniam impetravit tabulario imperiali libere utendi. *) Quapropter facile aliquis opinetur, illum in hoc tabulario non solum germanicae Confessionis, sed etiam latinae exempla genuina Imperatori in Comitiis exhibita vere invenisse atque de verbo ad verbum edidisse, uti illis locis sui operis certo affirmat. At hanc affirmationem esse falsam, Weberus in l. Krit. Gesch. d. A. C. argumentis gravissimis demonstravit, primum eo, quod probabiliter exposuit, illud exemplum latinum nunquam in tabulario Moguntino esse asservatum, sed tantum quasdam Editiones huius Confessionis [scil. Editt. Witteberg. a. 1531. 4⁰, a. 1540. 4⁰ atque Ed. Francofurt. 1553. 4⁰] ibi exstare, quae falso *originalia* nuncupatae sint; **) deinde eo, quod collatione Coelestinianae Editionis ac Fabricianae cum Ed. 1. Melanthonis instituta invenit, a Coelestino non Codicem, sed Editionem Fabricianam esse exscriptam et tantum quibusdam locis mutatam. Coelestiniana enim fere iisdem locis et verbis ac Fabriciana a Melanthoniana differt, ***) quin etiam plurimi errores typographici Fabricianae in ista recusi sunt (nonnulli vero emendati sunt), et tantum in hisce Coelestinus Fabricianam mutavit:

1. in Fabr. Confessionis *inscriptio generalis* deest, Coelestinus similem inscriptionem praefixit ac in Editt. Melanthonianis legitur, scil. hancce: *Confessio fidei, Invictissimo Imperatori Carolo V. exhibita in Comitijs Augustae, Anno M. D. XXX.*
2. in Fabr. *Praefatio* sic inscripta est: *Protestantium praefatio ad Caesarem Carolum Quintum ex prototypo extracta;* Coelestinus posuit Melanthonianam inscriptionem: *Praefatio ad Caesarem Carolum V.*
3. in Fabr. articuli fidei numerati sunt: *Articulus primus* etc., articuli vero, in quibus recensentur abusus mutati, numeris carent; †) Coelestinus non solum illis articulis, sed etiam his alteris praefixit numeros: *Articulus I.* etc., uti *Articulus I. De utraque specie*; *Articulus II. De Coniugio Sacerdotum.*
4. in Fabr. nomina subscripta sic leguntur:

Caesareae Maiestatis vestrae fideles
et subditi.

Ioannes Dux Saxoniae Elector.
Georgius Marchio Brandenburgensis.

---

*) Conf. Weber l. l. p. 70.

**) Ibid. I. p. 61 sqq.; conf. quae supra p. 219 sq. de hac re diximus.

***) Conf. ibid. I. p. 66. et 71—73.

†) Excepto primo: *de utraque specie,* cui praefixae sunt voces: *et primum.*

Ernestus.
Philippus Hassiae cum suis.
Ioannes Fridericus Dux Saxoniae.
Franciscus Dux Lunenburgensis.
Wolfgangus Princeps de Anhalt.
Senatus, Magistratusque Nurnbergensis.
Senatus Reutlingensis.

Coelestinus vero sic scripsit:

Caesareae M. V.

Fideles et subditi

Iohannes Dux Saxoniae Elector, etc.

Georgius Marchio Brandeburgensis, etc.
Ernestus Dux Luneburgensis, etc.
Philippus Landgrauius Hassiae, etc.
Guolfgangus Princeps ab Anhalt.

Senatus Magistratusque Noribergensis,
Senatus Reutlingensis.

Optimo igitur iure seriores Confessionis latinae editores fere omnes Coelestinianae Editionis nullam habuerunt rationem; inter perpaucos, qui ei fidem tribuerunt, est Bertramus Hallensis, qui in Wöchentl. Hall. Anzeigen a. 1767. No. 26. p. 477 sqq. et No. 25. p. 462. Confessionem latinam, qualis a Coelestino edita est, *genuinam*, et eam, qualis in Ed. 1. Melanthonis legitur, *primam variatam* esse opinatur. *)

Illam Fabricianam Editionem atque hanc Coelestinianam, qua illa repetita est, Editioni subsequenti, quae prius prodiit, eam ob causam anteposui, quod illae ab Ed. 1. Melanthoniana magis differunt quam haec, ergo formam intermediam exhibere videntur, quae paulo prior est, quam ea, ex qua subsequens typis descripta est.

Editio antiquior seu ante-Melanthoniana a. 1530.

Iam supra p. 211 sq. diximus Confessionem eodem anno, quo conscripta, publice praelecta ac Imperatori exhibita sit, pluries germanice et semel latine, insciis ac invitis Principibus auctoribusque eius editam esse. Haec Editio latina, quae a. 1530. prodiit, *Editio antiquior* seu *ante-Melanthoniana* nominatur, et sic inscripta est:

CONFESSIO
EXHIBITA CAESARI IN
Comitijs Auguſtae, Anno
M. D. XXX.

Psalmo 119.
ET LOQVEBAR DE TESTI-
monijs tuis in conſpectu Regum,
& non confundebar.

Prodiit sine loci annique indicio, quia editor sciebat Imperatorem vetuisse, ne Confessio ederetur. Typis exscripta est, qui illis Editionis 1. Melanthonis simillimi sunt, et continet 5 plagulas litteris A—E signatas, 20 foll. non num. 4° (fol. A2^a — 3^b init. Praefacio ad Caesarem Carolvm V.; fol. A3^b — B4^b in. Articvli fidei praecipui; fol. B4^b — E3^b med. Articvli in qvibvs recensentur abusus mutati; fol. E3^b med. — 4^a Epilogvs cum nominibus Principum Civitatumque subscriptis; fol. E4^b vacat). **)

---

*) Conf. Weber l. l. l. p. 60. 65. 69 sq.

**) Haec Ed. accuratius descripta est a Webero l. l. l. p. 405 sqq., breviter recensetur a von der Hardt in Autographis Luth. et al. I. p. 267., Feuerlino in Biblioth. symb. I. p. 41. sub nr. 251., Strobelio in Bibliotheca Melanthoniana p. 14., et Hirschio in Millenar. II. p. 48. nr. 560., qui autem eam falso inter libros anni 1531. affert. Invenitur, teste Webero l. l. l. p. 408., in Biblioth. caesarea Vindobonensi, electorali Casselana, Ebneriana Norimbergensi. Ego exemplum Bibliothecae ducalis Gothanae in manibus habeo.

Ad hanc Editionem spectant verba, a quibus Melanthon praefationem suae Ed. principis orditur: „Haec confessio prorsus ignorantibus principibus qui eam Caesari exhibuerunt, ab avaro aliquo typographo, ante duos menses publicata est. Et ita excusa est, ut multis in locis appareat de industria depravatam esse." *) Haec depravatio, cuius editor ignotus h. l. a Melanthone accusatur, varias habet causas variique generis est:

1. In hac Ed. Confessio typis exscripta est, cui auctoris manus extrema nondum accesserat, ergo forma eius intermedia in hac Ed. exhibetur. Nam non solum antitheses articulorum XIII. et XVIII. desunt, sed etiam in articulo de potestate ecclesiastica post verba: „Haec interim alia functio est quam ministerium Euangelij" idem legitur additamentum, quod iam supra p. 215 sq. in descriptione Codicis Onoldini allatum est: „*Semper autem docuerunt nostri — — utrique rei pariter seruire.*" **) Cum *hoc Codice* haec Ed. non solum in hac utraque re consentit, sed etiam in eo, quod formae intermediae Articulorum praefixa est praefatio integra. Nomina in fine subscripta ab Editt. Melanth. parum differunt; sic enim in hac Ed. leguntur:

Caesareae Maiest. V.

Fideles & subditi,

Ioannes dux Saxoniae Elector.
Georgius Marchio Brandenburgensis.
Ernestus à Luneburg.
Philippus dux Cattorum.
Ioannes Fridericus dux Saxoniae.
Franciscus dux Luneburgensis.
Volfgangus Princeps ab Anhalt.
Senatus Magistratusque Nurnbergensis.
Senatus Reutlingensis.

2. Ceterae autem permultae variae lectiones, quibus haec Ed. ab Ed. 1. Mel. differt, ortae sunt ex incuria et inscitia editoris, qui latinae linguae ignarus fuisse videtur, et fortassis etiam Codice non satis perspicuo usus est. Eiusmodi errata sunt: Deinde et de *dispositionibus* (Ed. 1. Mel. fol. A3[a] lin. 12. Deinde et de *dissensionibus*), Elector et *Princeps* (Ed. 1. Mel. ibid. lin. 12. Elector et *Principes*), Comitia *reuocati* (Ed. 1. Mel. ibid. lin. 27. Comitia *euocati*), etiam *his* Augustae (Ed. 1. Mel. fol. A3[b] lin. 3. etiam *hic* Augustae). Praeterea scripturae compendium *.n.*, quod *enim* significat, male interpretatus est: *nam*; quapropter saepe, ubi illud in Codice invenerit, edidit *nam*, e. c. extant *nam*, semper *nam* pro: extant: *enim*, semper *enim*. ***)

Ob varias lectiones prioris generis editor, praeterquam quod vetitum Imperatoris non servavit, eam ob causam reprehendi potest, quod Codice usus est, qui *formam haud integram* Confessionis continebat; ob alterius vero generis errata ex ignorantia et negligentia editoris orta haec Ed. a Melanthone l. l. recte appellatur *depravata*. — Haec Editio infra signabitur: *Ed. ant.*

Editio princeps Melanthonis anni 1530—1531.

Postquam illa Editio ignorantibus Principibus prodierat, Melanthon ipse, Electore conscio vel etiam iubente, Confessionem probe et diligenter descriptam edidit, ne mendae illius Editionis novas parerent calumnias, id quod in praefatione huius Editionis proxime post verba supra allata sic refert: „Cum autem principes, nec si velint, queant eam nunc e manibus hominum extorquere, et tamen periculum sit, ne mendae illae, primae editionis pariant novas calumnias, necesse fuit recognitam et emendatam denuo edere, quia non solum ad existimationem principum, sed etiam ad religionem pertinet, praestare, ne ipsorum titulis spargantur in vulgus huius generis mendosa scripta. Quare nunc emittimus probe et diligenter descriptam confessionem, ex exemplari bonae fidei. Addidimus et Apologiam, quae etiam Caes. Maiestati oblata est. Verebamur enim futurum, ut alibi ederetur non foelicius, quam edita est confessio."

*) Dubitant viri docti, utrum haec Melanthonis verba ad Editionem antiquiorem latinae Confessionis spectent, an ad Editiones germanicae Conf., quae a. 1530. prodierunt, an ad utriusque Confessionis Editiones antiquiores, vide Weberum l. l. II. p. 9.

**) Conf. Weber l. l. I. p. 407. et p. 91 sqq.

***) Haec afferuntur a Webero l. l. I. p. 406.

Haec *Editio princeps*, quae latinam et germanicam Confessionem atque Apologiam latinam cum Iusti Ionae germanica eius translatione complectitur, habet varios titulos, quamquam *una Editio* *) est. In maieri, ut videtur, exemplorum numero est hicce titulus:

CONFESSIO FIDEI
exhibita inuictiſs. Imp. Carolo V.
Caeſari Aug. in Comicijs
Auguſtae.
Anno
M. D. XXX.

Addita eſt Apologia Confeſsionis.

Beide, Deudſch
vnd Latiniſch.

Pſalm. 119.
Et loquebar de teſtimonijs tuis in con=
ſpectu Regum, & non confundebar.

WITEBERGAE.

Hic titulus exstat in exemplo Bibliothecae regiae Dresdensis, quod Melanthon Luthero donavit, et sub titulo haec verba manu propria adscripsit: *D. Doctori Martino. Et Rogo vt legat et emendet.* Idem titulus est in exemplo Bibliothecae ducalis Gothanae, quod olim erat Maximiliani Morlini, Superintendentis generalis Coburgensis, qui ex illo Lutheri exemplari multa huc transtulit. **) Item in exemplo Bibliothecae magniduc. Wimariensis, et in uno meae Bibliothecae, quod olim fuit Dilingensis Collegii Societatis Iesu. Alia huius generis exempla memorat Weber l. l. II. p. 15. In aliis exemplis invenitur hic titulus:

CONFESSIO
FIDEI EXHIBITA INVICTISS.
IMP. CAROLO V. CAESA-
RI AVG. IN COMI-
CIIS AVGVSTAE.
ANNO
M. D. XXX.

---

*) Facile enim aliquis ex titulorum varietate colligat, revera etiam varias esse Editiones. Similis titulorum varietas reperitur in exemplis septimae Editionis Wittebergensis Lutheri translationis Bibliorum germanicae, quae a. 1541. apud Ioh. Lufftium Fol. max. prodiit, vide librum meum: Dr. Martin Luther's Bibelübersetzung nach der letzten Original-Ausgabe, kritisch bearbeitet von H. E. Bindseil (und H. A. Niemeyer). VII Theil (Halle 1855. 8.) p. XIX—XXI.

**) Hoc ipse in titulo huius exempli sic consignavit: »1578 20 Maii, cum essemus Torgae in Conuentu, Illustriss. Elector Saxoniae D. Augustus dedit nobis consimile exemplar, in quo erat in hac prima Pagina Ad Vittebergae nomen, manu Reuerendi uiri Domini Philippi Melanchthonis scriptum, *D. Doctori Martino, Et rogo ut legat et emendet.* Et in ipso exemplari passim erat manus Lutheri, quam descripsi per omnia.«

Addita est Apologia Confeſsionis.

Beide, Deutſch
vnd Latiniſch.

Psalm. 119.

Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum. & non confundebar.

W I T E B E R G AE.

Hic titulus est in duobus exemplis meae Bibliothecae, quorum alterum olim fuit Kaiseri, Theol. Prof. Erlang., alterum Gieseleri, Theol. Prof. Gotting. Alia denique exempla habent huncce titulum:

CONFESSIO
FIDEI EXHIBITA INVICTISS.
IMP. CAROLO V. CAESA-
RI AVGVSTO, IN CO-
MICIIS AVGVSTAE,
ANNO
M. D. XXX.

ADDITA EST APO-
LOGIA CONFESSIONIS.

Beide, Deudſch
vnd Latiniſch.

Psalm. 119.

Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu Regum. & non confundebar.

W I T E B E R G AE.
M. D. XXX.

Hic titulus invenitur in exemplo Bibliothecae Orphanotrophei Hallensis.

Omnia exempla, quocunque horum titulorum inscripta sint, si Confessionem et Apologiam utraque lingua continent, ergo integra sunt, 105 plagulas complectuntur, quarum 6 ½ priores, litteris A—F (F1 ½ plagg.) signatae *Confessionem latinam,* seqq. 36 plagg. litt. G (½ pl.), h, I—O (O ½ pl.), p, Q—Z, Aa—Vv signatae *Apologiam latinam* exhibent, quae a hocce peculiari titulo orditur:

APOLOGIA

CONFESSIONIS.

EMENDA.

In pagina B iiij. in tergo verſu ſexto, lege Tunc enim magis, Non, tunc, etiam.

R iij. in tergo verſu xx. lege de remiſsione poenae.

T iij. in tergo verſu xviij. lege Spes ex meritis debet, dele tantum.

et fol. Vv iij[b] extr. finitur Clausula:

Impreſſum per Georgium Rhau.

M. D. XXXI.

Ultimum folium Vv 4 album est.

Hanc priorem *latinam* Partem 42½ plagulas continentem subsequitur *germanica* 62½ plagulas complectens, quae incipit a hocce titulo:

Confeſſio odder Bekantnus des Glaubens etlicher Fürſten vnd Stedte: Vberantwort Keiſerlicher Maieſtat: zu Augspurg.

Anno M. D. XXX.

Apologia der Confeſſio.

Sic titulus (non figuris cinctus) exstat in tribus exemplis, quae ex Biblioth. regia Dresdensi, magniduc. Wimar. et acad. Hallensi in manibus habeo, et in duobus meae Bibliothecae.

In aliis exemplis idem titulus iisdem typis, quae Suobacenses appellantur, impressus tantum eo ab illis differt, quod antepenultima linea non paulo interius incipit, quam penultima et ultima, sed eodem spatio a margine interiecto, nempe sic:

Zu Augspurg.

Anno M. D. XXX.

Apologia der Confessio.

Sic titulus invenitur in exemplo, quod ex Biblioth. ducali Gothana in manibus habeo, in tribus exemplis, quae ex Biblioth. Orphanotrophei Hallensis ad meas manus sunt.

In aliis denique exemplis titulus quidem eadem verba, sed minoribus typis, et penultimam lineam latinis litteris expressam continet, atque iisdem figuris ligno incisis ac Apologia germanica (ad quam accuratius describentur) cinctus est. An etiam linearum divisione a priore titulo differat, e Weberi libro l. II. p. 22. intelligi non potest; sic enim h. l., linearum divisione non indicata, hunc titulum affert:

Confessio odder bekantnus des glaubens, etlicher Fursten vnd Stedte, Vberantwort Keiserlicher Maiestat, zu Augspurg. Anno M. D. XXX. Apologia der Confessio.

Exemplum sic inscriptum hucusque non vidi.

Confessio germanica, quocunque titulo inscripta sit, $8\frac{1}{2}$ plagulas continet litteris AA—JJ (HH $\frac{1}{2}$ plag.) signatas. Subsequentes huius germanicae Partis 54 plagulae litteris A—Z, a—z, Aa—Mm signatae Iusti Ionae *translationem Apologiae germanicam* exhibent sic inscriptam:

Apologia

der Confession

aus dem Latin verdeudschet/
durch

Justum Jonam

Wittemberg.

Hic titulus est intra propylaeum ligno incisum, quod in dextra et sinistra parte binas columnas habet, quibus utrobique contabulatio imposita est, in qua angelus stat clypeum tenens. In dextro clypeo est Melanthonis Insigne: Anguis aheneus crucem circumplicans, in sinistro est Lutheri Insigne: Agnus, ex cuius pectore sanguis emicat, vexillum tenens. In his duabus contabulationibus nititur camera, in qua sunt tria rotunda foramina, ex quibus tria serta frondea dependent cum globo medio annulis coniuncta. Infra titulum stant duo milites loricati, quorum quisque vexillum tenet, et unam manum imponit serto frondeo, quod ex illa camera pone titulum fune dependet. Intra hoc sertum praeter alia est corona, infra quam est cor, cui stella imposita est. A dextra cordis gladius arrectus a manu tenetur, ab eius sinistra vero ab altera manu tenetur sceptrum duobus anguibus circumvolutum, cuius supremae parti columba insidet. Utraque manus e corde porrecta esse videtur.

Haec Apologia fol. Mm ij[b] extr. finitur; Mm 3[a] nihil nisi hancce Clausulam continet:

Gedruckt zu Wittemberg durch
Georgen Rhaw. Anno.
M. D. xxxj.
subiuncto foliolo.

Haec Clausula invenitur in tribus exemplis, quae ex Biblioth. regia Dresdensi, magnidue. Wimar., acad. Hallensi in manibus habeo, et in duobus meae Bibliothecae; in duobus vero exemplis Bibliothecae Orphanotrophei Hallensis et in exemplo Bibliothecae ducal. Gothanae Clausula eodem loco sic paululum mutata est:

Gedrückt zu Wittemberg / durch
Georgen Rhaw. Anno.
M. D. xxxj.
sine foliolo subiuncto.

Huius Editionis exempla aut integra sunt, quae et latinam et germanicam partem in titulo generali memoratas complectentur, uti exempla Bibliothecae regiae Dresdensis, magniduc. Wimar., unum Bibliothecae Orphanotr. Hallensis et unum meae Bibliothecae; aut solam latinam partem eius continent, uti duo alia, quae ipse possideo; aut solam germanicam, uti duo alia exempla Biblioth. Orphanotr. Hall., exemplum Bibliothecae acad. Hallensis et aliud meae Bibliothecae: praeterea possideo exemplum, in quo sola Apologia latina continetur.

Ut huius Editionis principis historia accuratius describatur, quatuor interrogationes dissolvendae sunt:

1) *quo anno* haec Editio prodierit?
2) *ex quo Codice* a Melanthone edita sit?
3) an Confessio ex hoc Codice *invariate* ab eo edita sit?
4) utrum vere *una* Editio sit, an *plures?*

Prima quaestio:

Quo anno haec Editio prodierit?

Plurimi iudicant hanc Editionem anno 1531. prodiisse, quos etiam **Weberus** in Tomo I. Historiae suae criticae huius Confessionis secutus est; in hoc enim fere ubique eam huic anno adscripsit. Hoc vero iudicium mutavit in Tomo II., ubi p. 11—13. haec scripsit:

„Nach dem Druckjahr, das am Ende sowohl der lateinischen als deutschen Apologie beygefügt worden, — — sollte man glauben, daß das ganze Werk erst im Jahr 1531 fertig und ausgegeben worden sey. Auch ist es unter den Litteratoren gewöhnlich gewesen, Melanchthons erste Ausgabe der lateinischen und deutschen Confeßion in dieses Jahr zu versetzen, so wie ich sie auch im ersten Theil der kritischen Geschichte, weil man einmal an diese Sprache gewöhnt ist, unter dieser Jahrzahl angeführt habe. Da ich aber der Sache genauer nachgespürt, so ist wohl gar kein Zweifel, daß die lateinische und deutsche Confeßion im Jahr 1530 schon abgedruckt und ohne Apologie ausgegeben worden sey. Ich folgere dies:

1) aus der Jahrzahl WITTEMBERGAE. M. D. XXX. die sich auf dem Haupttitel befindet.
2) Meldet Pistorius in einem Schreiben d. d. Nidda den 18. Januar 1561. an den Landgraf Philips von Heßen, bey Gelegenheit des Naumburgischen Convents, wo die Fürsten das authentische Exemplar der A. C. unterschreiben wollten, daß noch während des Reichstags zu Augspurg 1530 die lateinische und deutsche Wittenbergische Quartedition der A. C. nach Augspurg gekommen, und daß er damals vom D. Brück etliche Exemplarien erhalten, die er an den Landgraf überschickt habe. Kuchenbecker hat diese Nachricht zuerst bekannt gemacht,*) so wie ich auch Copey von Pistorius Schreiben in den Acten des Naumburgischen Convents 1561 im Herzogl. Weimarischen Archiv angetroffen.**) Bekanntlich reiste Landgraf Philips schon den 6. August in der Stille von Augspurg weg, und die Heßischen Räthe, so er zurück gelaßen, den 15. November. Also muß Pistorius binnen dieser Zeit die Exemplarien erhalten haben, die er an den Landgraf überschickt hat. Ich kann bey dieser Gelegenheit nicht vergeßen, zu bemerken, daß Pistorius, da vom authentischen Exemplar der A. C. die Rede war, den Landgraf Philips nicht auf die Heßischen Archivsexemplare verwiesen, ob ihm gleich solche, da er auf dem Reichstag zu Augspurg mit zugegen gewesen, nicht unbekannt seyn konnten.
3) Die Signaturen in der lateinischen und deutschen Confession haben auch Beziehung auf einander. Denn in jener haben die Bogen die Signatur mit römischen Versallettern: A B C u. s. w., in dieser aber mit doppelt großen deutschen Buchstaben: AA BB CC. Auch hat weder die lateinische noch deutsche Confession einen Custodem zur Apologie.
4) Die lateinische Confession besteht aus 5½ Bogen, und zwar so, daß jeder Bogen eine besondere Lage mit besonderer Signatur ausmacht. Hingegen machen die letzten 1½ Bogen nur eine Lage aus, und haben die Signatur F Fij Fiij Fiiij. Dieses würde nicht geschehen seyn, wenn die Apologie gleich mit gedruckt wor-

*) Joh. Phil. Kuchenbecker Analecta Hassiaca. Collectio XII. (Marburg 1742. 8°) S. 441 f.

**) Reg. N. fol. 181. n. 72. Pistorius schreibt an den Landgrafen: „— — — Nun hab ich zwei exemplarienn ein lateinisch vnnd deutsches, des allerersten Drucks zu Wittembergk jnn der quart gedruckt. so ghen Augspurgk noch jm werenden Reichstage komen, vnnd wie ich deßmels von Doctor Bruckenn auch eben derselbenn exemplare. nach dem schriftlichen vbergebenn. der frv Mtt. etzliche exemplaria vberschickt. vnnd dem schriftlichen gantz gemeß lauten soll. —"

den wäre. Denn man würde sodann die Ordnung nicht unterbrochen, und der sechste Bogen würde zum Theil das Ende der Confeßion, zum Theil den Anfang der Apologie geliefert und neue Signatur erhalten haben.

5) Melanchthon setzt in der Vorrede zu seiner Quartausgabe der A. C. Haec confessio prorsus ignorantibus principibus *ante duos menses* — — publicata est. Dieses bezieht sich also auf das Exemplar der A. C., so ohn Vorwißen der evangelischen Fürsten und Stände gedruckt und noch auf den Reichstag gebracht worden. Da also Melanchthon den Abdruck von seiner Ausgabe zwey Monate hinterdrein besorgt, so wird Pistorius Nachricht, daß Melanchthons Exemplare noch auf den Reichstag gekommen, durch diesen Umstand noch mehr bestätiget.

Alle fünf angeführte Gründe zusammen genommen veranlaßen mich zu glauben, daß sowohl die lateinische als deutsche Confeßion schon im Jahr der Uebergabe 1530 zu Wittemberg abgedruckt, und ohne Apologie, die erst im folgenden Jahr fertig worden, ausgegeben worden sey."

Idem contendit Ioh. Aug. Henr. Tittmannus in l. Die Augsburgische Confession deutsch und lateinisch nach der Originalausgabe Melanchthons (Dresden 1830. 8°. Germanica Pars huius libri 160 pagg., latina cum peculiari titulo XVIII et 106 pagg. continet) in Prolegomenis germanicae Confessionis p. 65. in annotatione his verbis: „Alle Exemplare derselben haben zwar auf dem Titel das Jahr 1530. *) Allein sie erwähnen auch auf demselben die Apologie, welche erst im Jahre 1531 herausgekommen ist; auch hat die Apologie am Ende diese Jahrzahl. Daher könnte man leicht zu der Meinung verleitet werden, daß auch die Confession erst im Jahre 1531 gedruckt worden sey. Da es aber gewiß ist, daß beide, die deutsche und lateinische Confession, noch während des Reichstags zu Wittenberg gedruckt worden sey, und sich nirgends Spuren von einer ältern als diese beiden Quartausgaben finden, so bleibt nichts übrig, als anzunehmen, daß diese dieselben sind, welche noch auf den Reichstag gekommen, und ohne die Apologie ausgegeben worden sind. Der Titel, welchen sie jetzt haben, ist erst nachher gemeinschaftlich für beide gemacht worden, als die Apologie fertig war; denn blos auf diese bezieht sich das am Ende der Apologie angegebene Druckjahr 1531. Uebrigens lehrt der Augenschein, daß der Druck der Confession mit dem Drucke der Apologie technisch gar nicht zusammenhängt. Denn obgleich in der lateinischen die Signatur der Bogen fortläuft, so ist dieß doch nicht in der deutschen der Fall Man sieht auch aus dem Titel der deutschen Apologie, daß diese von der Confession abgesondert herausgekommen ist." Idem fere in Praefatione latinae Partis p. VI sq. dicit, addito testimonio Pistorii iam supra inter Weberi argumenta memorato, atque Cochlaei, qui Confessionis exempla adhuc inter Comitia Augustae Vindel. divulgata fuisse tradidit. **)

Haec argumenta Tittmanni (quae etiam Weberi sunt) Foerstemannus in Ephemeridibus litterariis Hallens. a. 1830. Nr. 126., ubi illius librum recensuit, p. 362—366. confutavit. Nihilominus etiam Bretschneiderus a. 1835. Webero suffragatur in huius Corporis Vol. II., in quo Praefationi Melanthonis in Editionem Confessionis principem p. 445—447. recusae haec Prolegomena praemisit:

»Editionem principem Augustanae confessionis, quae Melanthonis opera prodiit, ad annum 1530. referendam esse non solum docet inscriptio illius editionis, secundum quam Augustana confessio M. D. XXX. iam excusa fuit, sed etiam testimonium Pistorii, Theologi Hassiaci, qui profitetur, confessionem Witebergae editam in 4., comitiis nondum dimissis Augustam allatam esse. Vid. Weberi krit. Gesch. der Augsb. Conf. P. II. p. 11 sqq. Quum legati Saxonici et Hassiaci d. 13. Nov. 1530. Augusta discesserint et comitia d. 19. Nov. finita fuerint, necesse est, ut primam editionem iam ineunte Novembr. vel potius exeunte Octobr. in lucem prodiisse statuamus. Quum autem Melanthon demum post d. 11. Octobr. Witebergam redierit, quisque intelligit, confessionem ab ipso ante mensem Nov. edi non potuisse. Haud dubie eam edidit sciente et volente Principe Electore, apud quem fuerat Torgae d. 11. Octobr.«

Minime dubito, quin Confessio latina cum Praefatione a Melanthone ei praefixa iam ineunte mense Novembri anni 1530. esse excusam,

1) quod iam *Idibus Novembr.* ad Ioach. Camerarium scripsit (Corp. II. p. 440.): »Totus sum in *Apologia* recudenda, et ornabo eam diligenter, quantum decere videbitur, et complectar nostras controversias, et integras exponam, quod erit utile ut spero.« Apologia enim latina post Confessionem latinam typis exarata est.

---

*) At hunc anni numerum minime in omnibus exemplis, ut opinatur, inveniri supra p. 235 sqq. titulis accurate exscriptis probavi.

**) Hic enim in libro: *Historia Ioannis Cochlaei de actis et scriptis Martini Lutheri Saxonis, Chronographice ex ordine ab Anno Domini M. D. XVII. usque ad Annum M. D. XLVI. inclusiue, fideliter descripta, et ad posteros denarrata. (Coloniae, Apud Theod. Baumium, M. D. LXVIII.* prima 24 foll. non num., 363 foll. num., ult. fol. non num., 8° min.) fol. 236^a^ haec refert: »Lutheranorum Confessio per Typographos divulgata fuit, et typis excusa Augustam venit, antequam solveretur Principum conventus.« Item in l. *Velitatio in apologiam Philippi Melanchthonis (Lipsiae* 1534. 5 plagg. 4°) fol. A 3^b^ ait: Annon vidimus eorum confessionem theutonice ad populum editam, priusquam principum conventus solveretur Augustae?

2) quod in illa Praefatione refert, Confessionem prorsus ignorantibus principibus — ab avaro aliquo typographo *ante duos menses* publicatam esse, quippe quae fere mense Septembri prodiisse videtur. Quum autem Apologia cum Confessione coniunctim edenda demum fere medio Aprili absoluta esset,*) illa verba: »*ante duos menses*« mutanda fuissent in verba: *ante semestre*, ut illi tempori convenirent; quod vero propterea fieri non potuit, quod iam Praefatio erat excusa; quamobrem hanc mutationem subsequenti editioni, quae fere ineunte Iunio 1531. incepta est,**) inseruit.
3) quod in titulo quorundam exemplorum huius Editionis principis additus est anni numerus: M. D. XXX. (vide titulos supra allatos).

Quamquam vero ex his elucet, Confessionem latinam iam a. 1530. typis esse exaratam, tamen minime sumere licet, eam quoque iam illo anno prodiisse. Nam eam cum Apologia serius absoluta coniunctim esse editam, non solum ex eius titulo supra descripto intelligitur, sed etiam ex Melanthonis *Admonitione ad Lectores* Corpori doctrinae (Lipsiae 1560. Fol.) praefixa, in qua haec scripsit: »— doctrina — Confessionis oblatae Maiestati Caesareae Anno Christi 1530. Augustae, ubi et palam lecta, et *postea una cum Apologia publicata est.*« Tittmannus quidem illud argumentum ex titulo depromtum eo refellere conatus est, quod sumsit, Confessioni prius seorsim editae postea, Apologia finita, *novum titulum*, in quo utraque indicetur, esse praefixum. At haec opinio omni caret fundamento; primum enim folium, quod titulum continet, cohaeret cum quarto, aeque ac secundum, quod admonitionem ad Lectores exhibet, cum tertio. Praeterea Confessionis ac Apologiae coniunctio non solum in titulo, sed etiam in Praefatione indicatur hisce verbis: »*Addidimus et Apologiam, quae etiam Caes. Maiestati oblata est,*« quibus etiam refutatur eiusdem viri opinio l. l. p. VII. latinae Praefationis proposita: Praefationem latinam a Melanthone Augustae ante d. 24. Sept. 1530. atque ita ab eo esse scriptam, ut rem praesentem, necdum finitam ante oculos habuisse videatur. Praefationem iam illo tempore ac loco coram Imperatore esse scriptam, eam quoque ob causam sumi non potest, quod hic vetuerat, ne Confessio ederetur, et Principes obsequium promiserant (vide quae supra p. 211 sq. de hac re ex epistolis allata sunt), quapropter Melanthon ad Vitum Theodorum d. 26. Iun. scripsit (Corp. II. p. 142.), se nolle Confessionem Wittebergam mitti, ne Bugenhagius haec officia non curans eam ederet.

Praeterea etiam memorandum est, in epistolis a Melanthone a. 1530. scriptis nihil legi, ex quo colligi possit, Praefationem iam illo tempore esse compositam, et Confessionem a. 1530. ab ipso seorsim esse editam. Neque Cochlaei et Pistorii testimoniis hoc probari potest. Ille enim in locis supra relatis non de *Editione Wittebergensi* dicit, sed verba eius ad Editiones, quae a. 1530. ignorantibus Principibus prodierunt, apte referri possunt. Pistorii autem testimonium a. 1561. scriptum aut spectat ad Editionem Wittebergensem ante-Melanthonianam adhuc ignotam anni 1530. (conf. p. 255 sq. nota **)), aut ad aliam Editionem ante-Melanthonianam, quam falso Wittebergensem indicavit. Foerstemannus l. l. p. 363. de huius testimonio sic disserit:

„Schwieriger ist es mit dem Zeugnisse des Pistorius. Aber Pistorius schreibt auch, wie er gehört habe, daß der Landgraf so fleißig nach einem Exemplar der A. C. ersuchen und befragen lasse, welches mit dem übergebenen Exemplare übereinstimme. Die bekannte Ausgabe (Witt. 1531. 4.) mußte damals zu bekannt seyn und man könnte sich nur wundern, wenn der Landgraf nach einem ihm gewiß bekannten Drucke so fleißig hätte suchen lassen, der sich damals noch viel häufiger finden mußte, als er sich jetzt noch findet. Wäre dieser Druck gemeint, so müßte man wohl billig des Landgrafen Anfrage auch lediglich danach bestimmt, und nicht so unbestimmt, wie sie bey Pistorius erscheint, erwarten. Es ließe sich also wohl annehmen, daß Pistorius von einem zur Zeit noch unbekannten Wittenberger Quart-Drucke rede, wie dieß auch der tüchtige Hallische Bertram bereits an mehrern Orten behauptet hat. Diese Annahme ließe sich dadurch bestätigen, daß Hönn in der Historie des Naumburger Convents S. 32. von einem Exemplar redet, das einige für das rechte hätten halten wollen, das aber mangelhaft befunden sey und dem man die zu Wittenberg 1531 zum andern Male gedruckte lat. und deutsche Ausgabe vorgezogen habe. Vgl. Allgemeine (Quedlinburger) Bibliothek VI. Bd. S. 22. und Bertram's Beytrag (Halle 1784. 8.) S. 94. Es hat auch Weber wirklich nachgewiesen, daß man zu Naumburg eine Abschrift des uns bekannten deutschen Quart-Druckes v. J. 1531 unterschrieb und eine Abschrift des latein. Octav-Druckes v. J. 1531. — Dem Einwurfe, es sey nicht möglich, daß eine solche Ausgabe existirt habe, ohne daß wir jetzt Kenntniß davon hätten, stellen wir das Factum entgegen, daß ja auch 5½ cassirte Bogen der Apologie unbekannt waren bis zur Zeit Schwindel's (1753). — Auch ließe sich gar wohl sagen, die Angabe des Pistorius von einem Wittenberger Drucke sey nichts als die subjective Meinung desselben, die vielleicht nur auf einer Tradition beruhte. Unbezweifelt waren schon im J. 1530 die vielen

*) Hoc elucet ex Melanthonis epistolis ad Io. Brentium d. 8. April. et ad Ioach. Camerarium d. 11. April 1531. datis, in quarum priori scripsit: »Nos *Apologiam* paene absolvimus,« in altera autem: »*Apologia* mea his diebus edetur, curabo igitur ut habeas.«

**) Melanthon enim ad Io. Brentium d. 7. Iun. scripsit: »Nunc — recuditur Apologia, et ego studeo reddere illustriora quaedam in loco iustificationis.«

bekannten Ausgaben der A. C., welche ohne Vorwissen der Fürsten erschienen, gedruckt; sie waren gewiß in Aller Händen, so daß der Umstand, sie auch in des Canzlers Brück Händen zu finden, an und für sich unmöglich die Annahme eines Wittenberger Druckes rechtfertigen kann. Wenn aber Pistorius Wittenberg für den ungenannten Druckort hielt, so kann das in jener Zeit durchaus nicht befremden."

Denique ex *Confessionis germanicae Signaturis*, quae dicuntur, et ex *titulo Apologiae germanicae* Tittmannus (ex parte cum Webero) argumentatus est, quamque seiunctim esse editam. At litterae AA—SS, quibus plagulae Confessionis germanicae signatae sunt, non, ut illi opinantur, ad litteras *A—F*, quibus plagulae Confessionis latinae sunt signatae, sed ad Signaturas *Aa—Vv* latinae Apologiae spectant, sicuti in multis libris plagulae, quae post *Aa—Zz* litteris signatas sequuntur, litteris *AA* sqq. signatae sunt. Fortasse aliquis opponat, Confessionis germanicae tres plagulas priores, si post Apologiam latinam exaratae essent, litteris Xx—Zz signandas fuisse. Haec vero dubitatio facile partim eo dilui potest, quod ab his plagulis altera huius libri pars orditur, quapropter primis novi alphabeti litteris apte signatae sunt; partim etiam eo, quod verosimiliter ob retardationem Apologiae latinae, quippe quam auctor totam retexebat, *) illae primae plagulae ante finitam Apologiam expressae sunt, priusquam plagularum Apologiae lat. numerus certo definiri poterat, eamque ob causam primis novi alphabeti litteris signatae sunt. — Neque ex *titulo Apologiae germanicae* Tittmanno colligere licet, eam prius seiunctim prodiisse; nam etiam Apologia latina peculiarem habet titulum; quod vero illius titulus figuris cinctus est, nullius est in hac re momenti. **)

Has ob causas cum Foerstemanno iudico, totam hanc Editionem principem exeunte Aprili vel ineunte Maio anni 1531. prodiisse; nam Iusti Ionae translatio Apologiae germanica sine dubio paulo post finitam Apologiam latinam finiebatur, quia singulae huius plagulae illico ab interprete translatae et typis exaratae sunt, de qua re infra dicemus. Idem etiam Weberus l. l. II. p. 83. iudicat, ubi ex quibusdam epistolarum locis colligit: Melanthonem aut Aprili aut ineunte Maio, inter festum paschale et festum Pentecostes hanc Confessionis ac Apologiae Editionem absolvisse. Hoc iudicium etiam epistolis e. c. Spengleri affirmatur, qui d. 22. Aprilis 1531. eam adhuc exspectabat; sic enim hoc die ad Vitum Dietrich scripsit (Spengleriana. Gesammelt und herausgegeben von Moritz Maximilian Mayer. [Nürnberg, Campe 1830. X et 168 pagg. 16°] p. 85.): „Alle gutherzigen Christen warten Philippi Melanchtonis Apologia, dauon man nun so lang gesagt hat, mit freuden." at d. 17. Maii eidem indicat (ibid. p. 86.): „Wir haben die Apologiam mit höchsten freuden empfangen, guter hoffnung, die werde noch bey vnnsern nachkomen vil nutz vnd guts schaffen."

Secunda quaestio:

Ex quo Codice Confessio a Melanthone edita sit?

Ex iis, quae supra p. 217 sqq. de *Codice originali Confessionis latinae* diximus, intelligitur, huius Confessionis elegantius scriptum ob temporis brevitatem d. 23. Iunii 1530. non esse exaratum, sed ipsum Melanthonis *autographum* a Principibus civitatumque legatis subscriptum esse atque d. 25. Iunii Imperatori exhibitum. Quam ob causam Melanthon hanc Confessionem *ex suo autographo* edere non potuit, sed *ex quodam apographo*, id quod in sua praemonitione ad lectores ipse refert hisce verbis: »Quare nunc emittimus probe et diligenter descriptam confessionem, *ex exemplari bonae fidei.*« ***) Quaeritur ergo, quonam Codice in edenda Confessione latina usus sit. Ex ipsius editoris verbis haec quaestio dissolvi non potest. Foerstemannus in Ephemeridibus litterariis Hallens. a. 1830. Num. 126. p. 366. affert Iohannis Electoris Saxon. ad Philippum Landgravium Hass. epistolam hancce, quam Rev. Bretschneiderus cum eo benigne communicavit:

„An Landgrafen zu Hessen.

Unser freundlich Dienst und was wir Liebs und Guts vermögen allzeit zuvor. Hochgeborner Fürst, freundlicher Ohm, Schwager und Gevatter. Unserm nächst getthanen Erbietben nach schicken E. L. wir die gestallte Apologia [i. e. Confessio] hiemit zu, freundlich bittende, dieselb E. L. wolle uns des Verzugs, dieweil solche Apologia unsere Gelehrte zu Wittemberg etliche Tage unter Handen gehabt, und uns vor wenigen Tagen wieder anher gefertigt worden, nicht beschwerdt

*) Conf. Melanthonis epistola ad Hier. Baumgartnerum exeunte Martio data, in quo scripsit (Corp. II. p. 492.): »Apologia adhuc sub prelo est, retexitur enim et amplificabitur a me tota.«

**) Foerstemannus l. l. p. 364 sq. hoc Tittmanni argumentum sic refutavit: Zuletzt sagt Hr. T. a. a. O. „man sieht auch aus dem Titel der deutschen Apologie, daß diese von der Confession abgesondert herausgekommen ist." Einen besondern Titel hat ja aber auch die latein. Apologie und es kann hier nur die Titel-Einfassung gemeint seyn. Diese jedoch thut gar nichts zur Sache, und wir nennen als Gegenbeweis nur Kp. Güttel's Quadragesimal (Zwickau 1523. 4.), wo jeder einzelnen Fastenpredigt ein besonderer Titel mit einer besondern Einfassung vorangeht.

***) Conf. Weber l. l. I. p. 97. II. Praef. fol. c 7b sq. et Foerstemanni Urkundenb. I. p. 457.

tragen, denn E. L. freundlich zu dienen seind wir allzeit willig und geneigt. Dat. Torgau am Dienstag nach Ursulae [i. e. post d. 21. Octobr., ergo d. 25. Octobr.] *anno Dom. XXX.*"

cui adscripsit hanc annotationem: „Es stimmt die Zeit der Abfassung dieses Schreibens sehr wohl mit der Zeit, in welcher Melanchthon an den Druck der A. C. denken mußte, und wir tragen kein Bedenken anzunehmen, daß hier gerade von dem handschriftlichen Exemplare die Rede sey, welches Melanchthon als das *exemplar bonae fidei* bezeichnet. Er konnte es wohl auf keinem andern Wege, als durch den kurfürstl. sächs. Hof erhalten, wie das auch Hr. Tittmann in der lat. Vorrede S. IX. richtig bemerkt hat."

Secundum hoc iudicium Melanthon Confessionem ex *Codice Casselano* Philippi Landgravii Hass. edidit.

Tertia quaestio:

An Confessio a Melanthone ex hoc Codice invariate edita sit?

Bertramus Hallensis in libro Beytrag zur Crit. Gesch. der A. C. Fabricianae Editioni, quippe quae ex *Prototypo* typis expressa sit, maiorem tribuit fidem quam Melanthonianae. Weberus hoc iudicium in l. Krit. Gesch. der A. C. P. II. Praef. fol. c 5^b sqq. recte refutavit, ac Melanthonem defendens, fol. c 7^b—8^b sic pergit: „Meinen Gedanken nach könnte er [Fabricius Druck] also Melanchthons Hauptausgabe der lateinischen Confession die Authenticität noch nicht streitig machen. Ich will dadurch nicht soviel sagen, als ob ich Melanchthons erster lateinischer Ausgabe die höchste Authenticität zuschreibe: das heißt, daß sie kritisch betrachtet eben so aussehe, wie die dem Kaiser übergebene Urschrift selbst. Denn Melanchthon selbst gestehts ein, daß er seine Ausgabe nicht nach der Urschrift, sondern nach einer glaubwürdigen Copey veranstaltet: und es kann seyn, daß die Urschrift hie und da in einigen Stellen anders lautet, daß Melanchthon bey der Herausgabe hie und da einiges ausgemerzt oder interpolirt — es kann aber auch nicht seyn — und um dies zu untersuchen und völlig zu entscheiden, wär ich nicht geneigt, weder Fabricius Exemplar, das vom kritischen Verdacht nicht ganz frey ist, und für welches noch kein historischer Beweis geliefert worden, daß es nach der Urschrift edirt worden sey, noch die Archivsexemplare, welche aller Wahrscheinlichkeit nach nicht vom Mundo copirt worden, zu Richtern über Melanchthon zu erkennen, sondern vielmehr die Urschrift selbst. So lange diese nicht zum Vorschein kömmt, so überlasse ichs den Lesern, obs nicht besser sey, Melanchthon die Authenticität zu lassen, die ihm auch die protestantische Kirche, dadurch daß sie seine Hauptausgabe ins lateinische Concordienbuch aufgenommen, zugestanden zu haben scheint, als ihn nach Fabricius und Archivalmanuscripten zu castriren, die doch sämmtlich vom kritischen Verdacht nicht frey sind, und auch ihre kritische Mängel und Gebrechen haben, von denen sie geheilt werden müssen."

Huic quidem iudicio maxima ex parte assentior; illud autem, quod *de quadam Confessionis mutatione a* Melanthone *iam in Editione principe facta* nonnisi dubitanter dixit, certo affirmari potest, quamquam hanc Editionem cum exemplo originali, quippe quod aut deperditum aut certe inde ab a. 1568. nondum repertum est (conf. supra p. 219 sqq.), conferre nemini hoc tempore contigit.

Melanthonem minime dubitasse, ea, quae non proxime ad doctrinam ipsam in Confessione propositam pertinerent, passim etiam in Editione principe mutare eo consilio, ut sententiam accuratius exprimeret, luculenter ostendit Teoph. Phil. Christ. Kaiser in hocce libro:

> Beitrag zu einer kritischen Literär-Geschichte der Melanchthon'schen Original-Ausgabe der lateinischen und deutschen Augsburgischen Confession und Apologie. Von D. Gottlieb Philipp Christian Kaiser, Professor der Theol. und Consistorialrathe. Nürnberg 1830. Bei Joh. Adam Stein. 47 pagg. 8°.

ubi p. 12. locos quosdam affert ex Bibliothecae Senatus Norimbergensis exemplo, in quo Confessionis plagula C postea denuo aliterque excusa, ea exstat forma, qua primum typis exscripta est. Horum locorum verbis in illo exemplo obviis e regione apposuit ea, quae in ceteris exemplis leguntur, hoc modo:

	Norimbergense exemplum	Cetera exempla.
C 1^a lin. 15.	Pelagianos	Pelagianos et alios
— 19.	possint	possit
— 26.	non	nō
3^b — 18.	vel ab Ecclesia Romana, quatenus — —	vel ab Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, quatenus — —
— 21.	Tota dissensio	Sed dissensio
4^b — 17—18.	intro-troducta	introducta

Ad hoc locos haec adnotavit p. 13—15:

„Man sieht, daß Melanchthon wegen der Druckfehler possint für possit, dann Ecclesia Romana, für Ecclesia Catholica, vel ab Ecclesia Romana, und intro-troducta für introducta den Bogen C der lateinischen Augsburgischen Confession, oder doch drei einzelne Seiten desselben mußte umdrucken lassen, bei welcher Gelegenheit er aber nach seinem Streben, immer möglichst nachzubessern, in der Antithese zu Art. XVIII. nach Pelagianos kühn noch setzte: et alios, worunter er, wie man aus der Apologie ersieht, die römischen Theologen mit verstand. Und statt tota dissensio est de paucis quibusdam setzte er offenbar nun etwas kühner als Antithese: sed dissensio est de quibusdam. In dem Urtexte war allerdings tota gestanden, was man nun nicht mehr dem in Verdacht gezogenen Andr. Fabricius Leodius in dem giftigen Buche: harmonia confessionis Augustanae, doctrinae evangelicae consensum declarans. Coloniae 1573. S. 378, und dem Coelestinus histor. Comitiorum anno M. D. XXX. Augustae celebratorum etc. Francof. ad Oderam. 1597. II. S. 176, sondern einem Exemplare der Original-Ausgabe Melanchthons selbst glauben wird. Die Sache ist wichtiger, als es auf den ersten Anblick scheinen könnte. Denn nun liegt ein unwidersprechlicher Beweis vor, daß Melanchthon allerdings schon in der Original-Ausgabe das, was mit der Lehre selbst in keinem wesentlichen Zusammenhange steht, zu verändern und zu verbessern für unbedenklich hielt, es mag nun mit dem deutschen und lateinischen Prototypum, das dem Kaiser Karl V. übergeben wurde und das Cölestin selbst eingesehen haben will, sich verhalten, wie es wolle. Auch Archival-Manuscripte und die vormelanchthon'sche lateinische Ausgabe haben tota. Aber der liebenswürdige Melanchthon, damals ein Mann von 33 Jahren, dachte bei solchen kleinen Veränderungen nicht an die Ehre seiner Person, und an eine diplomatische Strenge, sondern an die möglichst kräftige, wahrhaftige und deutliche Widerlegung der Gegner, so daß er noch während des Drucks und der Correcturen verbesserte."

Hanc ob causam Melanthon ipse in admonitione ad lectores ait: »necesse fuit *recognitam* et *emendatam* denuo edere.« Bertramus igitur in l. Wöchentliche Hallische Anzeigen vom J. 1767. Nr. 25. §. 14., ubi quadruplicem latinae Confessionis mutationem distinguendam esse censet, de prima p. 462 haec dicit: Die erste getraue ich mich von der ersten Melanchthonischen Ausgabe selbst, und folglich auch von dem jetzigen Abdruck im Concordienbuch, der auf der wittenbergischen Ausgabe von 1531 in 4. beruhet, zu behaupten; ob sie gleich die geringste seyn mag." *)

Ex his consequitur, a Melanthone Confessionem ex illo Codice *non invariate* in hac prima sua Editione typis esse exscriptam.

Quarta quaestio:

Utrum Confessionis Editio Melanthoniana anni 1531. quaternariae formae vere una sit, an plures?

In Editionis principis Melanthonianae descriptione supra p. 233 sqq. exhibita *titulorum varietatem* in exemplis huius Editionis obviam **) accuratius proposuimus. Ad hanc *titulorum* varietatem accedunt quoque *aliae ipsius textus*, quas Feuerlinus memoravit in Bibliotheca symbol. p. 46 sq. Ed. 1., P. I. p. 42 sq. Ed. 2. cura Riedereri, postquam sex plagulas Apologiae I—O. in articulo de Iustificatione, uti Melanthon in Editione principe primum eas imprimi siverat, sed antequam publicaretur, substitutis aliis, aboleverat, ex exemplo impresso Bibliothecae publicae Norimbergensis diligenter descripserat ***) in *Dissertatione e Theologia Symbolica ad locum Apologiae A. C. de Iustificatione ex Operibus. Goettingae 1741.* 4°. †) Accuratius de hac varietate scripsit Weberus l. l. P. II. p. 14 sqq., uberius etiam Kaiser in libro supra p. 251 sq. recensito.

Feuerlinus l. l. I. p. 41—43. ob illas varietates distinxit hasce *varias Editiones*:

> „252) *Confessio Fidei exhibita Caesari in Comitiis Augustae, anno M. D. XXX. Addita est Apologia Confessionis* etc. 4. in fine tituli: *Witebergae M. D. XXX.* in fine Apologiae: *Impressum per Ge. Rhau M. D. XXXI.*«

Hanc opinatur septimam esse Confessionis Editionem anni 1530.; nam p. 41. sub nr. 251. de ea haecce praenotavit: »Sed exstat etiam septima editio Latina Augustanae Confessionis et Apologiae eiusdem, quae in titulo praeter annum exhibitionis 1530, infra post locum Witebergam etiam indicat annum impressionis 1530.

---

*) Idem in l. Beytrag z. Crit. Gesch. d. A. C. p. 14 sqq. probare conatus est, *integram antithesin articuli XVIII.* a Melanthone demum in Ed. principe esse additam, id quod Weberus negat, neque Kaiser l. l. p. 15. in annot. assentitur, eam *integram* in hac demum Ed. esse adscriptam.

) De hac varietate conf. Krafftii Dissert. supra p. 219 sq. nota *) laudata p. 46., Feuerlini Biblioth. symb. I. p. 41—43. et Dav. Clement Bibliothèque curieuse historique et critique T. II. (à Göttingen 1751. 4°) p. 226 sq.

***) Has sex plagulas diligenti manu descriptas in Biblioth. symb I. p. 42. nr. 254. separatim affert.

†) Haec Diss. recensetur in eius Biblioth. symb. P. I. p. 42. ad nr. 254. et p. 127. nr. 732. ed. Riederer. — Postea has sex plagulas, praeter ultimam partem casu et incuria pereuntem, libri Bremische und Verdische Bibliothek Tomo IV. part. IV. p. 972 sqq. inserendas curavit Hinr. Iul. Frid. Buschius (teste Riederero l. l. P. I. p. 42.).

Cum autem in fine Apologiae legatur annus 1531, hinc colligo, solam Confessionem impressam esse a. 1530; haec autem in sola plagula prima discernitur ab editione Aug. Conf. Latina Principe, quam statim recensebo.«
-a. 1531. cum Apologia.

253) *Confessio Fidei exhibita inuictiss. Imp. Carolo V. Caesari Aug. in Comiciis Augustae, Anno M. D. XXX. Addita est Apologia Confessionis.* Beide, Deutsch und Latinisch. *Witebergae,* in 4. Sub finem: *Impressum per Georgium Rhau MDXXXI.*«

Addita est haec annotatio: »Praefatio docet, Principum autoritate hic emitti probe et diligenter descriptam confessionem ex exemplari bonae fidei, cum ante duos menses ab avaro typographo excusa fuerit de industria depravata. Ergo haec Editio recte dicitur Princeps Editio.«

»255) Confeßio odder Bekantnus des Glaubens etlicher Fürsten und Stedte: Uberantwort Kaiserlicher Maiestat: zu Augspurg. Anno M. D. XXX. Apologia der Confeßio. in fine: Gedrückt zu Wittemberg durch Georgen Rhaw. Anno M. D. XXXI. 4.

256) Aliud exemplum editionis Principis Latinae, solo titulo et plagula prima a num. 253 distinctum, et editionis Germanicae num. antec. 255 recensitae.

257) Alia Editio Germ. Witeb. 1531. 4, (apud Ge. Rhaw) priori simillima, nisi quod accuratior collatio utriusque in una Compendia scribendi vel abbreviationes vocum detegat, quae in altera non sunt, et litterae maiores initiales diversas τυποθεσίας arguant. Praeter ea in art. A. C. XIII. sub finem Periodi I haec editio, manifesto errore Typographico habet sterke, altera recte sterckt; et in art. de Missa, sub initium ultimae Sectionis haec editio vitiosissime habet Ewigkeit pro Newigkeit.

258) Adhuc alia editio Germ. Witteb. apud Ge. Rhaw, 1531, 4.«

Addita est haec annotatio: »Haec in art. XIII. habet sterke, in art. de missa Newigkeit. In situ tamen literarum, quibus plagulae in margine inferiori numerantur, cum editione num. 257 magis quam cum editione num. 255. consentit, ut sola vox Newigkeit per correctionem hic inserta videatur. — Exstat etiam editio Germ. A. C. et Apologiae Witeberg. 1531, 4, durch Hanns Lufft, quam vidi, sed cum aliis editionibus conferro non potui.«

Ex his a Feuerlino l. l. propositis intelligitur varietatem in exemplis latinae Confessionis et Apologiae inventam ab eo varie explicari:

1. varietatem *tituli*, in cuius fine aut legitur: *Witebergae M. D. XXX.* aut tantum: *Witebergae,* eo explicat, quod sumit *duas* Editiones, quarum altera a. 1530—1531. (nempe Confessio a. 1530., Apologia adiuncta a. 1531.), altera integra a. 1531. prodierit.
2. varietatem *tituli et plagulae primae* in exemplis, quae solam *Witebergae* nomen in fine tituli habent, explicare videtur altera et mutata impressione huius plagulae, post publicatam Editionem, quapropter in quibusdam exemplis haec plagula, qualis primum impressa est, exstat, in aliis retractata invenitur.
3. varietatem *sex plagularum I—O Apologiae*, quae, ut videtur, in solo exemplo Bibliothecae publicae Norimbergensis invenitur, exponit retractatione et nova impressione harum plagularum, antequam Editio publicabatur, quapropter pro illis, quae primum erant impressae, hae retractatae fere in omnibus exemplis substitutae sunt.

Ob varietatem vero in germanica Confessione et Apologia exemplorum apud Georgium Rhavium impressorum sumit *tres varias earum Editiones*, quibus addit *quartam* eodem anno forma quaternaria apud *Io. Lufftium* impressam, quam se vidisse contendit. At neque ipse hanc descripsit, neque aliqs, quantum scio, eam memorat; quam ob causam suspicor, illum in hunc errorem eo fuisse inductum, quod fortasse in Volumine quodam, quod inspexit, Editioni apud Rhavium impressae aliud breve scriptum erat alligatum, in cuius fine legebatur Clausula: Wittemberg durch Hans Lufft, 1531., quam ad germanicam Confessionem et Apologiam huic scripto praecedentes falso referebat.

Weberus vero l. l. II. p. 14—23. ob illas varietates non sumit *varias Editiones*, sed in latina Confessione *tria genera exemplarium*, in germanica autem *quatuor genera exemplarium unius Editionis* distinguit. *Primum* genus exemplarium lat. Conf. nominat id, quod in fine tituli habet: *WITTEMBERGAE M. D. XXX* (vide titulum supra p. 237 sq. tertio loco a me descriptum); *secundum* genus appellat id, in cuius titulo verba: *Addita est Apologia Confessionis.* non maiusculis, ut in illis exemplaribus, sed minusculis litteris expressae sunt, anno impressionis omisso (vide titulum supra p. 235—238. secundo loco propositum); *tertium*

denique genus nuncupat id, in cuius titulo sola verba: *CONFESSIO FIDEI* et *WITTEBERGAE* maiusculis litteris expressae sunt, item anno impressionis omisso (vide titulum supra p. 235 sq. primo loco exhibitum). Horum trium generum varietatem p. 15., plenius vero in huius Tomi II. Appendice I. fol. A 3^b—4^a sic affert:

Exemplaria primi generis.		Exemplaria secundi generis.	Exemplaria tertii generis.
Aij[b] lin. 12.	*policiam*	*politiam*	*politiam*
Aiij — 3.	Figura ligno incisa literam initialem I exhibens.	Alia figura ligno incisa, ab ea, quae in exemplaribus primi generis invenitur, diversa.	Eadem figura ligno incisa, quam secundi generis exemplaria exhibent.
— — 15.	*in charitate*	*in caritate*	*in caritate*
Aiij[b] — 15.	*Quod si caeteri*	*Quod si et caeteri*	*Quod si et caeteri*
Aiiij[b] —14. 15.	*in charitate*	*in caritate*	*in caritate*
— — 30.	*in charitate*	*in caritate*	*in caritate*
C — 12.	*esse coepe-*	*esse coepe-*	*esse coepe*
— — 15.	*sine spi*	*sine spi*	*sine spi-*
— — 26.	*maloR. videlicet diaboli*	*maloR. videlicet diaboli*	*malorum et diaboli*
Cij[b] — 16.	*est in impijs*	*est in impijs*	*est impijs*
Dij[b] — 4.	*minatur his*	*minatur his*	*minatur ijs*

Prius enim, id quod ex eius verbis p. 15. ad varietatem foliorum A 2^b, A 3^a et A 4^b adnotatis elucet, putavit, exemplaria secundi generis a primi generis exemplaribus sola plagula prima, et exemplaria tertii generis a secundi generis exemplaribus solo titulo differre. Tum vero, accuratiore exemplarium collatione facta, cognovit, etiam in plagulis C et D latinae Confessionis varietatem quandam inveniri. — Illum generum ordinem eam ob causam sic proposuit, quod opinabatur, lectiones primi generis illis secundi ac tertii praecessisse.

Eam horum generum varietatem, quae ad Apologiam latinam et ad Confessionem Apologiamque germanicam pertinet, infra afferemus.

Kaiser, qui in libro supra laudato horum exemplorum varietatem accuratissime recenset, a Webero maxime eo differt, quod p. 11. duo tantum genera exemplorum sumit, quoniam ea, quae a Webero exempla tertii generis nominantur, solo titulo distinguuntur; 2. quod p. 20. ea, quae a Webero exempla primi generis appellantur, exempla secundi generis nuncupat, et p. 35. vice versa quae ab illo exempla secundi et tertii generis designantur, exempla primi generis [quippe quae minus correcta sint] nominat, uti Lutheri exemplum Dresdense. *)

In Confessione quidem latina Kaiser praeter varietatem iam a Webero collectam atque illam in exemplo Norimbergensi inventam, quam supra p. 251 sqq. in tertia quaestione attulimus, nullam invenit; multo maior autem est varietas in Confessione germanica, quam a Kaisero diligenter collectam infra proponemus.

Uterque iudicat, latinae ac germanicae Confessionis et Apologiae a. 1530—1531. apud Ge. Rhau forma quaternaria impressae *unam* tantum Editionem prodiisse, atque omnes illas varietates in exemplis huius unius Editionis Melanthonianae principis obvias retractatione ac nova impressione quarundam plagularum vel singularum paginarum, quae aut tempore, quo Editio nondum erat publicata, aut tempore hanc publicationem subsequente facta sit, esse ortas, quosdam quoque errores sub prelo partim ortos, (e. c. ewigkeit, elapsa littera initiali n, pro newigkeit) partim correctos (e. c. binne pro binde). **) Huic iudicio, ex quo haec varietas, quantacunque sit, explicari potest, prorsus assentior.

---

*) Kaiser l. l. p. 35—37. de ordine a Webero proposito haec refert: „Bei Weber (II, S. 15. S. 16 ff.) finden sich die Varianten nach den Gattungen der Exemplare, so weit sie für die Augsburgische Confession von ihm excerpirt sind, im umgekehrten Verhältnisse, sowohl bei der deutschen als lateinischen Confession. Er nennt die, welche ich der ersten Gattung der Exemplare zuschrieb, Varianten der zweiten, ja dritten Gattung, als der correctern Ausgabe. Und doch hat gerade sie die stärksten Druckfehler; und schon das Dresdner, oder Luther'sche Exemplar, welches doch ohne Zweifel gleich nach Beendigung des ersten Drucks von Melanchthon Luthern übergeben wurde, hat die Varianten, die ich der ersten Gattung zuschreibe, ausgenommen im Deutschen die Bogen GG und g, wo es mit den Exemplaren der zweiten Gattung einstimmt, etc. — — 2) Erklärt sich auch jede übrige Verschiedenheit einfacher und besser, wenn man vom Dresdner Exemplare ausgeht, als dem so eben vollendeten uncorrectern Drucke der Exemplare, worauf dann später noch mehrere Bögen umgedruckt wurden, ohne gerade selbst ganz correct zu seyn."

**) Kaiser l. l. p. 10 sq., postquam varietatem exemplorum in Confessionis latinae plagulis A, C, D obviam proposuit, sic pergit: „Doch hat weder Weber, noch bisher irgend ein anderer daraus geschlossen, daß ausser dem Bogen A, welcher umge-

His praemissis, nunc, priusquam ad Editionem Confessionis latinae ipsam progredimur, Melanthonis *Praefationem ad lectores* ei praefixam, quamquam in huius Corporis Vol. II. p. 445—447. iam recusa est, iterum recudendam curamus, ut lectori eo facilius in promtu sit.

»AD LECTORES.

Haec confessio prorsus ignorantibus principibus qui eam Caesari exhibuerunt, ab avaro aliquo typographo, ante duos menses publicata est. Et ita excusa est, ut multis in locis appareat de industria depravatam esse. Cum autem principes, nec si velint, queant eam nunc e manibus hominum extorquere, et tamen periculum sit, ne mendae illae, primae editionis pariant novas calumnias, necesse fuit recognitam et emendatam denuo edere, quia non solum ad existimationem principum, sed etiam ad religionem pertinet, praestare, ne ipsorum titulis spargantur in vulgus huius generis mendosa scripta. Quare nunc emittimus probe et diligenter descriptam confessionem, ex exemplari bonae fidei. Addidimus et Apologiam, quae etiam Caes. Maiestati oblata est. Verebamur enim futurum, ut alibi ederetur non foelicius, quam edita est confessio.

Quamquam autem adversarii placari nolint, tamen speramus omnes bonos ac prudentes viros ubique gentium his libellis lectis, intellecturos esse quod nullum dogma contra autoritatem scripturae sanctae et Catholicae Ecclesiae profiteamur, Sed quod nostri optimo iure quosdam abusus reprehenderint, et praecipuis locis doctrinae Christianae, qui ad id tempus perniciosissimis opinionibus obruti fuerant, lumen attulerint. De iusticia fidei omnia templa, monasteria, scholae, denique libri omnes theologorum recentium antea muti erant. In doctrina poenitentiae nusquam tradebatur certa et firma consolacio conscientiarum. Nemo docebat peccata remitti per fidem in Christum. Doctrina satisfactionum carnificina erat conscientiarum. Sacramenta impie prophanata sunt, postquam recepta est opinio, quod ex opere operato iustificent. Et haec opinio doctrinam fidei prorsus oppressit, et multiplicem Idololatriam peperit. Traditiones humanae plus quam labyrinthi erant, quia partim Iudaicis ac supersticiosis, partim tyrannicis interpretacionibus, in infinitum auctae fuerant. Postea relaxatio traditionum collata fuit ad questum. Haec vicia nostri reprehenderunt, non ut Ecclesiasticam politiam dissolverent, sed ut gloriam Christi illustrarent, ut Evangelium nativae puritati restituerent, ut piis conscientiis consulerent. Neque nunc possunt deserere patrocinium veritatis, cum Christus dicat, Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in coelis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo, qui in coelis est. Nunc igitur rogamus omnes bonos viros, ne de nobis, tantum ex adversariorum scriptis aut clamoribus iudicium faciant, qui miris technis et calumniis veritatem obruere conantur, sed quod aequissimum est, audiant nos quoque et causam totam cognoscant, quae cum ad gloriam dei, ad religionem, et ad salutem animarum pertineat, nemini debet esse ignota.«

Hanc *Praefationem ad lectores* in Editione principe subsequitur ipsa *Confessio latina*, quam nunc denuo edimus cum variis lectionibus a Webero, Foerstemanno et a me ipso collectis.

Georg. Gottl. Weberus enim in Beylagen zum zweeten Theil der Kritischen Geschichte der Augspurgischen Confession priori loco fol A 2ᵃ—F 1ᵇ exhibuit Editionem criticam Confessionis latinae sic litteris maiusculis inscriptam:

> *Confessio fidei | exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. | Caesari Avg. in Comiciis Avgv- | stae anno MDXXX. | ivxta | Editionem Melanchthonianam | principem | Witteberque anno MDXXX. | in qvarta forma excvsam | cvm | variantibvs lectionibvs | ex Codd Msctis Editione antiqviore | atqve Fabriciana.*

In hac Ed. textum Editionis Melanthonianae principis iuxta exemplar, quod in tituli fine habet: *Witteberqae M. D. XXX.* (cuiusmodi primum genus appellavit) omni, qua fieri potuit, cura atque diligentia typis exscribendum curavit, eique in margine inferiore addidit lectionis varietatem *quatuor Codicum MSS.*, scilicet *Wimariensis* (supra p. 223 sqq. a me descripti), *Onoldini* (vide supra p. 215 sqq.), *Dessaviani* (v. supra p. 215 sq.) et *Norimbergensis* iuxta Editionem Panzeri supra p. 223 sq. recensitam, atque *duarum Editionum*, nempe *Editionis*

druckt wurde, und außer den Veränderungen in C und N (welche aber noch während des Drucks nur für die Mehrzahl der Exemplare [die ich die erste Gattung nenne], vorgenommen worden seyn mögen), auch die übrigen Bögen der lateinischen Confession sogleich aufs neue gedruckt worden wären, oder eine zweite Ausgabe der lateinischen Confession von 1530 in 4 von Melanchthon existire Nicht einmal das kann man Weber'n zugestehn, daß drei verschiedene Gattungen von Exemplaren dieser Original-Ausgabe in 4. vorhanden wären, da die, welche er die dritte nennt, nur im Titelblatte differirt." Et p. 37. de germanica Confessione huius Editionis principis sic iudicat: „— 3) ist der zweifache Abdruck des deutschen Textes der Originalausgabe bei Schaw im Jahre 1531 überhaupt ganz zu bezweifeln, geschweige denn der dreifache." Huius iudicii argumenta in subsequentibus affert.

antiquioris a. 1530. (v. supra p. 231 sqq.) et *Editionis Fabricianae* (v. supra p. 225 sqq.). — In hac Ed. Weberi continetur fol. A 3ᵃ—5ᵇ Praefatio Editoris, in qua huius criticae Editionis rationem exposuit: fol. A 6ᵃ—Cᵇ Praefatio Phil. Melanthonis (ad lectores): fol. A 7ᵃ—F 1ᵇ Confessio Augustana cum lectionis varietate in margine inferiore adscripta.

Car. Ed. Foerstemannus suam latinae Confessionis Editionem criticam exhibuit in Urkundenbuch zu der Geschichte des Reichstages zu Augsburg im J. 1530. Tom. I. p. 442—559. inscriptam:

Das vollständige Glaubens-Bekenntniß der lutherischen Fürsten und Städte in lateinischer Sprache.

Pag. 442—469. continent Prolegomena, in quibus descripsit Codices MSS. ab ipso aut primum aut post Weberum denuo collatos. Primum enim Foerstemannus contulit hosce *quatuor Codices: Casselanos 1.* et *2.* (supra p. 213 sqq. et p. 221 sqq. descriptos), *Wirceburgicum* (v. supra p. 217 sq.) et *Ratisbonensem* (v. supra p. 217 sq.): denuo autem contulit *duos Codices* iam a Webero collatos, scilicet *Onoldinum* ac *Wimariensem* atque *duas Editiones* item ab eodem iam collatas: *Editionem antiquiorem* et *Ed. Fabricianam*; denique varias lectiones *Codicis Dessaviani* a solo Webero collati ex illius Editione passim adnotavit, item quasdam ex Panzeri *Editione Codicis Norimbergensis.* Praeterea contulit germanicam latinae Confessionis translationem viri cuiusdam, qui Meßpriester appellatur, ut ex eius verbis germanicis erueret lectiones latini Codicis ab illo in linguam vernaculam translati. Huius vero interpretationis in Prolegomenis, id quod miror, nullam fecit mentionem. — Pag. 470—559. exhibetur Confessio latina cum variis lectionibus in margine inferiore adnotatis.

Equidem ex his Codicibus atque Editionibus tantum hosce in manibus habeo: *Apographum Codicis Onoldini* (conf. supra p. 215 sqq.), Panzeri *Editionem Codicis Norimbergensis*, *Editionem antiquiorem* et *Editionem* Fabricii, quas omnes ipse denuo contuli earumque lectiones multas ab illis viris omissas addidi; ceterorum Codicum, quos illi duo viri de Editione huius Confessionis critica meritissimi contulerunt, varias lectiones ex illorum Editionibus adscripsi.

Ad hos Codices Editionesque iam a Webero et Foerstemanno collatos nunc accedit Codex maximi momenti, quem etiam illi viri magnopere quidem, sed frustra quaesiverunt,

Codex Dresdensis (Georgii Spalatini *autographum*).

Hoc Spalatini *autographum*, ex quo Max. Moerlinus duas lectiones in suo exemplo Editionis 1. Melanth. adnotavit (vide supra p. 225 sq.), Weberus. ut l. l. I. p. 80 sq. in descriptione Codicis Wimariensis refert, in tabulario Wimariensi quaesivit, at non invenit. Quapropter Foerstemannus l. l. I. p. 445., ubi eundem Codicem Wimar. descripsit, illius de eo iudicium his verbis affert: „Weber vermuthet, diese Abschrift [Cod. Wim.] sey entweder von der lat. Handschrift der Conf., welche der Kurf. Johann von Sachsen von dem Augsburger Reichstage nach Hause brachte, oder von der längst verloren gegangenen eigenhändigen Abschrift Spalatin's entnommen." Hoc iudicio commotus ipse supra p. 225 sq. hoc Spalatini autographum *deperditum* appellavi. At alio loco eiusdem libri I. p. 312. Foerstemannus de Spalatini *autographo* latinae ac germanicae Confessionis disserens hanc de eo proposuit coniecturam: „Sonach darf man die Vermuthung wohl gestatten, daß Spalatin's vollständige Abschrift der latin. Confessio und dessen vollständige Abschrift der deutschen Confessio gegenwärtig in dem Staatsarchive zu Dresden aufbewahrt werden." Hanc coniecturam sequens scripsi ad Virum Illustrissimum, Liberum Baronem de Falkenstein, Supremum cultus evangelici in Saxonia Praesidem, et ad Virum Perillustrem a Weber, Consiliarium Summi Senatus Saxonici, Praefectum tabularii regii primarii Dresdensis, et ab utroque generosissime in hac re adiutus sum, quapropter his Viris Celeberrimis gratias ago maximas.

Codicem quidem latinum, de quo hic agitur, nondum ipse vidi, quoniam eum ad me transmitti non licebat, et ego ab itinere illuc faciendo variis causis impediebar: sed summa huius Praefecti tabularii benignitate, adiuvante Viro Clarissimo Schladitz, huius tabularii Secretario, varias lectiones, quibus hic Codex ab Editione Melanthonis principe differt, eiusque descriptionem accuratam et specimen imaginis litterarum, quibus exaratus est, accepi.

Hic Codex Confessionis latinae, cuius omnes partes ab una eademque manu scriptae sunt, continet 29 singula folia formae maximae, quorum primum in antica parte hanc habet inscriptionem:

Confessio Caesari exhibita
in Comitijs Augustensibus
Ps. CXVIII.
Et loquebar de testimonijs tuis
in conspectu regum, et
non confundebar
M. D. XXX.

Cantzler.

Haec extrema tituli vox eodem atramento, fortasse etiam ab eadem manu scripta est. Pars postica huius primi folii alba est. In secundo folio ipsa Confessio a Praefatione ad Caesarem Carolum V. orditur. Numeri 21 articulorum fidei non in contextu, sed in margine, qui pollicis latitudinem habet, sunt adscripti. Hic Codex habet plures lituras ab eadem manu, quae Codicem ipsum scripsit, emendatas.

Hoc vere Spalatini *autographum* latinae Confessionis esse, non solum ex specimine imaginis litterarum eius, sed etiam ex eo cognovi, quod inter varias eius lectiones etiam illae duae, quas Moerlinus tanquam lectiones *autographi* Spalatini adnotavit (vide supra p. 225 sq.), reperiuntur, nempe in Art. XX. *docent* (pro: *dicunt*), et in articulo de coniugio Sacerdotum in verbis: »quam vt in ignem deliciis suis cadant« *et* omissum.

Hunc Codicem, qui in Actorum fasciculo sic inscripto: Augsp. Handelung Anno ɒ 30. XLIV. Nr. 1. B. continetur, in mea Editione signabo sigla: *Dresd.*

Ceterae siglae iam supra memoratae, quibus in hac Editione utar, hae sunt: *Cass. 1.* (Codex Casselanus 1.), *Cass. 2.* (Cod. Casselanus 2.), *Dess.* (Cod. Dessavianus), *Ed ant.* (Editio antiquior s. ante-Melanthoniana a. 1530.), *Fabr.* (Editio Fabricii), *Nor.* (Codex Norimbergensis iuxta Editionem Panzeri), *Onold.* (Cod. Onoldinus), *Rat.* (Cod. Ratisbonensis), *Wim.* (Cod. Wimariensis), *Wirc.* (Cod. Wirceburgicus).

CONFESSIO FIDEI

exhibita inuictiss. Imp. Carolo V.

Caesari Aug. in Comicijs

Augustae.

Anno

M. D. XXX. [1])

[2]) PRAEFATIO AD CAESAREM CAROLVM V. [3])

INVICTISSIME Imperator, Caesar Auguste, Domine [4]) clementissime. Cum V. C. M. indixerit conuentum Imperij Augustae, vt deliberetur [5]) de auxilijs contra Turcam atrocissimum haereditarium, atque veterem Christiani [6]) nominis ac religionis [7]) hostem, quomodo illius scilicet [8]) furori et conatibus, durabili et [9]) perpetuo belli apparatu resisti possit. [10]) Deinde et de dissensionibus [11]) in causa nostrae sanctae religionis et [12]) Christianae fidei, et vt in hac causa religionis, partium opiniones, ac [13]) sententiae inter sese, in caritate, lenitate, [14]) et [15]) mansuetudine mutua audiantur coram, intelligantur [16]) et

1) Inscriptiones variorum Codicum ac Editionum in praecedentibus Prolegomenis sunt recensitae.

2) Cod. Dess. *hac tota Praefatione caret.*

3) Praefatio ad Caesarem Carolvm V.] Cass. 1.: Praefacio ad Caesarem Carolum quintum. Wirc.: Praefatio. *in* Nor. *et* Rat. *tota haec Inscriptio deest. Inscriptiones* Editionis Fabricii *eam ob causam omittuntur, quod ab ipso factae sunt.*

4) Domine] *in* Onold. *deest.*

5) deliberetur] Rat. deliberaretur

6) Christiani] *in* Cass. 1. *primum erat scriptum:* Christi, *quod deinde mutatum est in:* Christiani

7) ac religionis] Rat.: et religionis; *in* Ed. ant. *desunt; etiam in* Cass. 1. *in contextu omissa, et deinde in margine nigriori atramento adscripta sunt:* et religionis

8) scilicet] Rat. *et* Wirc. *omittunt.*

9) et] Rat., Wirc. *et* Wim.: ac

10) possit.] Rat. *et* Wirc.: posset.

11) dissensionibus] Ed. ant. *male:* dispositionibus

12) et] Fabr.: ac

13) ac] Onold., Rat. *et* Wirc.: et

14) lenitate] Cass. 1. *primum:* levitate, *quod in* lenitate *correctum est.*

15) et] Dresd., Onold., Wim. *et* Fabr.: ac, *in* Cass. 1. ac, *quod primum erat scriptum, mutatum est in:* et

16) audiantur coram, intelligantur] Nor. *et* Ed. ant.: audiantur, coram intelligantur; Onold.: audiantur coram intelligantur (*sine ulla interpunctione*)

ponderentur, vt illis quae vtrinque, [17]) in scripturis secus [18]) tractata aut intellecta [19]) sunt, [20]) sepositis et [21]) correctis, res [22]) illae [23]) ad vnam simplicem veritatem et Christianam concordiam componantur [24]) et reducantur, vt [25]) de caetero a nobis vna, sincera et vera religio colatur, et seruetur, vt [26]) quemadmodum sub vno Christo sumus et militamus. Ita [27]) in vna etiam [28]) Ecclesia Christiana, in [29]) vnitate et concordia [30]) viuere possimus.

Cumque nos infra scripti Elector et Principes, cum [31]) alijs qui nobis coniuncti [32]) sunt, [33]) perinde [34]) vt alij Electores et [35]) Principes et [36]) Status ad praefata Comitia euocati [37]) simus, vt Caesareo mandato obedienter obsequeremur, mature venimus Augustam. Et quod citra iactantiam dictum volumus inter primos affuimus.

Cum igitur [38]) V. C. M. Electoribus, Principibus et alijs Statibus Imperij, etiam [39]) hic [40]) Augustae sub ipsa initia horum [41]) Comitiorum inter caetera proponi fecerit, quod [42]) singuli Status Imperij vigore Caesarei Edicti, suam opinionem et sententiam in germanica et latina lingua proponere debeant atque offerre. Et [43]) habita deliberatione proxima feria quarta, rursum responsum [44]) est V. C. M. nos proxima feria sexta [45]) Articulos nostrae confessionis pro nostra parte oblaturos esse. Ideo vt V. M. voluntati obsequamur, [46]) offerimus in hac religionis causa [47]) nostrorum Concionatorum, et nostram confessionem, cuiusmodi doctrinam ex scripturis sanctis, et puro verbo dei, hactenus illi in nostris terris, ducatibus, ditionibus, et vrbibus [48]) tradiderint, ac in Ecclesijs tractauerint. [49])

Quod si et caeteri, [50]) Electores, Principes, ac [51]) Status Imperij, similibus [52]) scriptis Latinis [53]) scilicet [54]) et Germanicis, iuxta predictam Caesaream [55]) propositionem, suas opiniones in hac [56]) causa Religionis produxerint, hic [57]) nos coram V. C. M. tanquam domino nostro clementissimo paratos offerimus, [58]) nos [59]) cum praefatis principibus et ami-

---

17) quae vtrinque] Dresd., Onold., Wim.: quae parum forsan probe utrinque, *eadem etiam in* Nor. *primum erant scripta, deinde vero verba*: parum forsan probe *litura sublata sunt, in* Cass. 1. *verba:* parum forsan probe *in margine adscripta sunt.*

18) in scripturis secus] *in* Cass. 1. *primum quidem* secus *scriptum erat, deinde vero deletum est;* Wirc., Fabr.: secus in scripturis; Rat.: sacris in scripturis; Onold., Wim.: in scripturis

19) aut intellecta] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

20) sunt] Cass. 1., Onold., Wim.: sint

21) sepositis et] *in* Rat., Wirc., Fabr. *desunt.*

22) correctis, res] Ed. ant.: correctis. Res

23) illae] Onold.: ille (*sic certe apographum habet*)

24) concordiam componantur] Rat.: componantur concordiam

25) reducantur, vt] Ed. ant.: reducantur. Vt

26) vt] Cass. 1., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: vtque; Ed. ant. *pro* seruetur, vt *habet*: seruetur. Vt

27) militamus. Ita] Dresd., Fabr.: militamus, ita

28) in vna etiam] Fabr.: etiam in vna

29) in] Dresd., Onold., Ed. ant. *omittunt.*

30) Eccl. Chr., in vnitate et concordia] Cass. 1., Nor., Onold., Wim., Ed. ant.: Eccl. Chr., vnitate et concordia : Wirc.: Eccl. Chr., vnitate, concordia; Rat.: Eccl., Chr. vnitate, concordia *Eandem interpunctionem habet* Fabr.: Eccl., Christiana in vnitate, et concordia

31) Principes, cum] Cass. 1. *primum*: princeps, cum *tum emendatum in*: principes, cum; Ed. ant.: Princeps, et cum

32) coniuncti] Cass. 1. *primum*: adiuncti *mutatum in*: coniuncti

33) Elector et Principes, cum alijs qui nobis coniuncti sunt,] *in* Rat., Wirc. *et* Fabr. *desunt.*

34) perinde] Rat., Wirc.: proinde

35) et] Cass. 1., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

36) et] Rat., Wirc.: ac

37) euocati] Ed. ant.: reuocati

38) igitur] Rat., Wirc., Fabr.: autem

39) etiam] Fabr. *omittit.*

40) hic] Ed. ant.: his

41) horum] *haec vox in* Dresd. *prius omissa deinde in ipso contextu addita est.*

42) fecerit, quod] Ed. ant: fecerit. Quod

43) offerre. Et] Dresd., Fabr.: offerre, et; Onold.: offerre et (*sine ulla interpunctione*) *In* Rat. *et* Wirc. *deest*: Et

44) responsum] Wirc.: constitutum

45) feria sexta] Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: sexta; feria in Cass. 1. sexta *litura sublata et in margine signum quoddam adscriptum est.*

46) obsequamur] Cass. 1., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant.: obsequeremur; Rat., Wirc., Fabr.: obtemperemus

47) religionis causa] Rat., Wirc.: causa religionis

48) in nostris terris, ducatibus, ditionibus, et vrbibus] Wirc.: et nos; Rat., Fabr.: apud nos

49) ac in Ecclesijs tractauerint.] Cass. 1., Dresd., Nor., Onold., Wim.: ac in Ecclesijs docuerint, *in* Rat., Wirc., Fabr. *desunt.*

50) Quod si et caeteri] *quaedam huius* Ed. principis Mel. *exempla habent*: Quod si caeteri (*vide supra p.* 257 *sq.*) Cass. 1., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: Si nunc caeteri *item* Dresd. *post* docuerint, *habet*: si nunc caeteri Ed. ant.: Si caeteri

51) ac] Cass. 1., Fabr.: et

52) similibus] Rat., Wirc., Fabr.: similiter

53) Latinis] Rat., Wirc.: et latinis

54) scilicet] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

55) Caesaream] Rat., Fabr.: Caesareae Maiestatis; Wirc.: Caesareae Maiestatis Vestrae

56) hac] *in* Rat., Wirc., Fabr. *deest.*

57) produxerint, hic] Ed. ant.: produxerint. Hic

58) hic nos coram — offerimus,] Rat., Wirc.: offerimus nos paratos cum debita obedientia erga V. C. M. tanquam dominum nostrum clementissimum, Fabr.: offerimus nos paratos cum debita obedientia erga Caesaream vestram Maiestatem, tanquam Dominum nostrum Clementissimum,

59) nos] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.* Ed. ant. *pro* offeri-

cis nostris, [60]) de tollerabilibus modis ac vijs amice conferre. [61]) vt [62]) quantum [63]) honeste fieri [64]) potest, [65]) conueniamus [66]) et re inter nos [67]) partes, citra odiosam contentionem pacifice agitata, [68]) Deo dante, dissensio dirimatur, et ad vnam veram concordem [69]) religionem reducatur, [70]) Sicut omnes sub vno Christo sumus, et militamus, [71]) et [72]) vnum Christum confiteri debemus, iuxta tenorem edicti V. C. M. et omnia ad veritatem dei perducantur, id [73]) quod ardentissimis votis [74]) a deo petimus. [75])

Si autem quod ad caeteros Electores, Principes et Status, vt partem alteram attinet, haec tractatio causae Religionis, eo modo quo V. C. M. agendam et tractandam sapienter duxit, scilicet cum tali mutua praesentatione [76]) scriptorum ac sedata [77]) collatione inter nos [78]) non processerit, nec aliquo fructu [79]) facta [80]) fuerit, nos [81]) quidem testatum clare [82]) relinquimus, [83]) hic nihil nos quod ad Christianam concordiam (quae cum Deo et bona conscientia fieri possit) conciliandam conducere queat, vllo modo detrectare. [84]) Quemadmodum et V. C. M. deinde et caeteri Electores, et Status Imperij, et omnes, quicunque sincero [85]) religionis amore ac studio tenentur, quicunque hanc causam aequo animo audituri sunt, ex hac nostra [86]) et nostrorum confessione hoc clementer cognoscere [87]) et intelligere dignabuntur. [88])

Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus et reliquis [89]) Statibus Imperij non vna vice, sed saepe clementer [90]) significauerit, et in Comitijs [91]) Spirensibus quae [92]) anno domini etc. XXVI. [93]) habita sunt, ex data et praescripta forma vestrae Caesareae instructionis et comissionis [94]) recitari, et publice praelegi [95]) fecerit. Vestram M. [96]) in

---

mus, nos *habet*: offerimus. Nos; Onold. offerimus Nos (*sine interpunctione*)

60) et amicis nostris,] Rat., Wirc.: amicis nostris et statibus Fabr.: amicis, et Statibus

61) de tollerabilibus — conferre,] Rat., Wirc., Fabr.: amice conferre de idoneis et tolerabilibus vijs,

62) vt] Nor., Wim., Ed. ant.: et; Cass. 1. *primum* et, *deinde mutatum in*: vt

63) *Post* quantum Rat. *iterum habet*: amicis nostris et statibus; *at haec verba tanquam delenda lineâ subnotata sunt.*

64) honeste fieri] Rat., Wirc.: fieri honeste; Fabr.: fieri (*omissa voce*: honeste)

65) potest] Dresd., Wim.: posset

66) conueniamus et] Ed. ant.: connenire. Et

67) nos] *in* Rat. *deest.*

68) citra odiosam cont. pacif. agitata,] Rat., Wirc.: de hoc modo vtrinque propositis scriptis agitata, pacifice citra odiosam contentionem, Fabr.: hoc modo vtrinque propositis scriptis, agitata, pacifice citra odiosam contentionem, *In* Dresd. *duae voces* pacifice agitata *ordine quidem inverso scriptae, sed litteris* a, b *superpositis in eundem ordinem, quo in* Ed. principe *leguntur, redactae sunt sic*: agitata (b) pacifice (a)

69) concordem] Rat. *male*: concordam

70) reducatur] Wirc.: reducatis [?] *Scriba* Codicis Onold. *primum* dedu (*voluit igitur scribere*: deducatur), *tum his syllabis obliteratis scripsit*: reducatur

71) sumus, et militamus,] Rat., Wirc., Fabr.: esse, militare,

72) militamus, et] Onold.: militamus. Et

73) id] Dresd.: Id

74) votis] *in* Nor. *deest.*

75) *Post* petimus *habent* Rat. *et* Wirc. *additamentum*: vt hanc rem adiuuet et pacem donet. *Idem legitur in germanica* Confessione: Als wir denn auch — Gott bitten wollen, sein gottlich gnad dazu zuuerleihen. Amen.

76) praesentatione] Ed. ant. *male*: praesententatione

77) sedata] Onold.: se data (*sic seiunctim certe in apographo legitur*)

78) nos] Ed. ant.: nos

79) haec tractatio causae Religionis — non processerit, nec aliquo fructu] Rat., Wirc., Fabr.: non processerit haec tractatio causae, iuxta tenorem edicti C. M. V. (Fabr. *pro* C. M. V. *habet*: vestrae Caesareae Maiestatis), et sine fructu

80) facta] Cass. 1. *primum*: sita *quod deinde mutatum est in*: facta

81) fuerit, nos] Ed. ant.: fuerit. Nos

82) clare] *in* Rat. *et* Wirc. *deest*; Ed. ant.: dare

83) relinquimus,] Nor.: relinquamus, Ed. ant.: relinquimus. (*sequente*: Hic)

84) hic nihil nos, quod — vllo modo detrectare.] Rat., Wirc., Fabr.: nihil nos detrectare, quod vllo modo ad Christianam concordiam (quae cum Deo, et bona conscientia fieri potest) conciliandam conducere potest, Onold. *pro* detrectare *habet*: decretare, (*sic certe in apographo*)

85) sincero] Rat., Wirc., Fabr.: sincerae

86) sunt, ex hac nostra] Ed. ant.: sunt. Et hac nostra

87) cognoscere] Dresd., Onold., Wim., Ed. ant., Rat., Wirc., Fabr.: agnoscere

88) dignabuntur.] Onold.: dignabantur.

89) reliquis] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

90) cognoscere et intelligere dignabuntur. Cum etiam V. C. M. — saepe clementer] *haec in* Nor. *a scribae errore, in quem praecedente voce* clementer *inductus esse videtur, praetermissa sunt.*

91) et in Comitijs] Rat., Wirc.: et ita in Comicijs; Dresd., Onold., Wim., Nor.: et in Comicijs [Dresd., Onold.: Comitijs] etiam; *in* Cass. 1. hoc etiam *primum defuit, sed in margine adscriptum est*

92) quae] Ed. ant. *omittit.*

93) etc. XXVI.] Rat., Wirc.: M. D. XXVI. Fabr. 1526.

94) et comissionis] *in* Rat., Wirc., Fabr. *desunt.*

95) praelegi] Wirc.: perlegi (? *Scriba, qui huius Codicis apographum Foerstemanno missum scripsit, compendium vocis* prae *male voce* per *interpretatus esse videtur.*)

96) fecerit. Vestram M.] Onold.: fecerit vestram Majestatem (*omissa interpunctione*) Cass. 1.: fecerit. V. C. Mtem; Rat., Wirc.: fecerit, quod C. M. V.; Fabr.: fecerit, quod V. C. M.

hoc negocio [97]) religionis ex causis certis [98]) quae V. M. nomine [99]) allegatae [100]) sunt, non velle quicquam [1]) determinare nec concludere posse, [2]) sed apud pontificem Romanum pro officio V. C. M. [3]) diligenter daturam operam de congregando Concilio generali. [4]) Quemadmodum [5]) idem [6]) latius expositum est ante annum in publico proximo [7]) conuentu, qui Spirae congregatus fuit. [8]) Vbi V. C. M. per dominum [9]) Ferdinandum, Boemiae et Vngariae Regem, amicum et [10]) dominum clementem nostrum, Deinde per Oratorem, et [11]) Comissarios [12]) Caesareos, haec inter caetera proponi fecit, [13]) quod V. C. M. intellexisset [14]) et expendisset Locum tenentis, V. C. M. in imperio, et praesidentis et Consiliariorum in Regimine, [15]) et Legatorum ab alijs Statibus qui [16]) Ratisponae conuenerant, deliberationem de Concilio congregando. Et [17]) quod iudicaret etiam V. C. M. [18]) vtile esse, vt congregaretur Concilium. Et quia causae quae tum [19]) tractabantur inter V. C. M. et Ro. Pontificem, vicinae essent [20]) concordiae et Christianae reconciliationi, non dubitaret V. C. M. quin Roma. Pontifex adduci posset ad habendum generale Concilium. [21]) Ideo significabat [22]) se V. C. M. operam daturam [23]) vt praefatus [24]) Ponti. Maximus [25]) vna [26]) cum V. C. M. tale generale Concilium, [27]) primo [28]) quoque tempore emissis literis publicandum [29]) congregare [30]) consentiret.

In euentum ergo talem [31]) quod [32]) in causa religionis, dissensiones inter nos et partes amice et in caritate non fuerint compositae, tunc [33]) coram V. C. M. hic in omni obedientia nos offerimus, ex superabundanti [34]) comparituros [35]) et causam dicturos [36]) in tali [37]) generali libero et Christiano Concilio, [38]) de quo [39]) congregando in omni-

---

97) in hoc negocio] Cass. 1., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant., Fabr.: in negocio hoc

98) ex causis certis] Rat., Wirc., Fabr.: ex certis causis

99) V. M. nomine] Rat., Wirc., Fabr.: tunc

100) allegatae] Ed. ant.: allegata; Cass. 1. *quoque primum habebat*: allegata *quod mutatum est in*: allegatae; Onold.: allegate [*i. q.* allegatae]

1) quicquam] Onold.: quicunque (*haec autem lectio ex errore scribae huius apographi orta esse videtur, qui scriptionis compendium vocis* quicquam *male interpretatus est*: quicunque.)

2) non velle quicquam determinare nec concludere posse,] *pro his exhibent* Rat., Wirc., Fabr.: non vellet determinari,

3) V. C. M.] Nor., Onold., Wim., Ed. ant.: C. V. M. *item* Cass. 1.: Caes. vestrae Ma:

4) sed apud pontificem Rom. — de congreg. Concilio generali.] Rat., Wirc.: sed vellet apud Ro: pontificem laborare pro congregando Concilio. Fabr.: sed vellet apud Pontificem Romanum elaborare pro congregando Concilio,

5) generali. Quemadmodum] Ed. ant.: generali, quemadmodum; Onold.: generali quemadmodum (*omissa interpunctione*)

6) idem] Nor., Rat., Wirc., Ed. ant.: et id; *etiam* Cass. 1. *sine dubio primum habuit*: et id *quod tum erasum et pro eo scriptum est*: idem

7) in publico proximo] Nor.: in proximo publico

8) in publico prox. conu., qui Spirae congregatus fuit.] Rat., Wirc., Fabr.: in proximo Spirensi conuentu,

9) dominum] Dresd., Fabr.: *habent siglam*: D.

10) et] Nor.: ac

11) et] Wirc.: ac

12) Comissarios] Ed. ant.: Comissareos

13) inter caetera proponi fecit,] Rat., Wirc., Fabr.: inter caetera iuxta instructionem proponi fecit:

14) intellexisset] Rat. (*calami errore*): intellexit

15) in Regimine] Rat., Wirc.: regiminis imperialis; Fabr.: Imperialis regiminis.

16) qui] *in* Ed. ant. *deest.*

17) congregando. Et] Dresd.: congregando: et; Onold.: congregando et (*omissa interpunctione*)

18) de Concilio congregando. Et quod iudicaret etiam V. C. M.] Rat., Wirc.: de congregando Concilio generali. Quodque V. C. M. etiam iudicaret: Fabr.: de Concilio generali congregando, quodque iudicaret etiam V. C. M.

19) tum] Rat., Wirc.: tunc

20) essent] Wirc.: inesset [?]

21) adduci posset ad habendum generale Concilium.] Rat., Wirc: ad habendum generale Concilium adduci posset.

22) Ideo significabat] Rat., Wirc., Fabr.: Ideo clementer significabat

23) se V. C. M. operam daturam] Rat., Wirc., Fabr.: V. C. M. se operam esse daturam *In* Cass. 1. *corrector post* se *interposuit*: apud *sic*: se apud V. C. M. operam daturam

24) praefatus] Rat., Wirc. *omittunt.*

25) Ponti. Maximus] Rat., Wirc.: Ro: pontifex Fabr.: Pont. Roma.

26) Maximus vna] Nor.: Maximus. Vna

27) vna cum V. C. M. tale generale Concilium] Onold.: vna cum vestra C. M. tale concilium generale; Rat., Wirc. *habent solas voces*: tale Concilium, *cetera desunt.*

28) Concilium, primo] Ed. ant.: Concilium. Primo

29) emissis literis publicandum] Rat., Wirc., Fabr.: publicandum emissis literis

30) congregare] Onold.: congregarie (*scribae errore pro*: congregari?)

31) In euentum ergo talem] Fabr.: In euentu ergo tali

32) quod] Nor.: quod si

33) compositae, tunc] Onold., Ed. ant.: compositae. Tunc

34) superabundanti] Ed. ant.: super habundanti

35) comparituros] Nor.: nos comparituros; Ed. ant.: comparituros nos

36) et causam dicturos] *pro his verbis habet* Ed. ant.: in eodem casu

37) in tali] Wim.: cum tali

38) quod in causa religionis, dissensiones inter nos — et Christiano Concilio,] Rat., Wirc., Fabr.: si hae dissensiones non fuerint amice compositae inter nos et alteram partem, offerimus nos hic et (et *a* Fabr. *omittitur*) ex superabundanti in omni obedientia coram V. C. M. (Fabr.: Vestra Caesarea Maiestate,) in tali Christiano et libero Concilio generali comparituros, et causam dicturos esse,

39) Concilio, de quo] Dresd.: Concilio. De quo

bus Comitijs [40] Imperialibus, quae quidem [41] annis Imperij, [42] V. C. M. [43] habita [44] sunt per Electores, Principes, et reliquos Status Imperij, semper concorditer actum, et congruentibus suffragijs [45] conclusum est. [46] Ad cuius etiam generalis Concilij conuentum, simul et [47] ad V. C. M. in hac longe [48] maxima et grauissima causa, iam ante etiam debito modo et in forma iuris prouocauimus, et [49] appellauimus. Cui [50] appellationi ad V. C. M. simul et Concilium [51] adhuc adheremus, [52] neque eam per hunc vel alium tractatum (nisi causa inter nos et partes, iuxta tenorem Caesareae proximae Citationis amice in caritate composita, sedata, [53] et ad Christianam concordiam reducta fuerit) deserere [54] intendimus aut possumus, De quo hic etiam [55] solenniter, et [56] publice protestamur. [57]

ARTICULI FIDEI PRAECIPVI. [1]

I. [2]

[3] ECclesiae magno consensu apud nos docent, Decretum Nicenae Synodi, de vnitate essentiae diuinae, et [4] de tribus personis verum et sine vlla dubitatione credendum esse. Videlicet [5] quod sit vna [6] essentia diuina, quae et [7] appellatur et est Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, [8] immensa potentia, sapientia, bonitate, [9] creator et conseruator omnium rerum, visibilium et inuisibilium, et tamen tres sint [10] personae, eiusdem essentiae, [11] et [12] potentiae, et coaeternae, Pater Filius et Spiritus sanctus [13]. Et nomine personae vtuntur ea significatione, qua vsi sunt in hac causa Scriptores Ecclesiastici, vt significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie [14] subsistit.

40) Comitijs] Rat., Wirc., Fabr.: conventibns

41) quae quidem] Rat., Fabr.: qui

42) Imperij,] Ed. ant. *male*: Impeperij, *in* Nor. *deest.*

43) V. C. M.] Nor., Onold., Wim.: M. V.; Fabr.: Maiestatis Vestrae

44) habita] Rat., Wirc., Fabr.: habiti

45) suffragijs] Nor.: suffragibus

46) et reliquos Status Imperij, semper — conclusum est.] Rat., Wirc.: et Status Imperij ex grauissimis deliberationibus semper magno consensu conclusum est. Fabr.: et Status Imperij est grauissimis deliberationibus semper magno consensu conclusum.

47) Ad cuius etiam generalis — simul et] Rat., Wirc., Fabr.: Ad quod Concilium, et

48) longe] Nor.: longa

49) prouocauimus, et] Ed. ant.: prouocauimus. Et; *in* Rat., Wirc., Fabr. *hae voces desunt.*

50) appellauimus. Cui] Fabr.: appellauimus, cui

51) ad V. C. M. simul et Concilium] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

52) adheremus] Onold.: feremus (*sic clare in apographo legitur, nescio igitur, qua ratione Foerstemannus ex eodem apographo afferat, in hoc Cod. legi*: heremus; *item Weberus errat contendens, illud verbum in hoc Cod. prorsus esse omissum, nullam faciens mentionem huius verbi, quod illius loco scriptum est.*)

53) nisi causa inter nos — sedata] Rat., Wirc., Fabr.: nisi causa amice iuxta tenorem citationis Caesareae (Fabr. *pro*: cit. Caes. *habet*: Caesareae Citationis) audita

54) deserere] Wim.: disserere

55) hic etiam] Fabr.: etiam hic

56) solenniter et] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

57) protestamur.] *Post hoc verbum in* Rat. *sequitur additamentum a* Foerstemanno l. l. I. p. 448 sq. *in descriptione huius Codicis allatum*: In disputatione Marpurgensi fuerunt *subsequentibus* 19 *nominibus, nempe* 7 *Principum*, 2 *Civitatum et* 10 *Theologorum, quod scriba nominibus horum decem Theologorum, qui articulos Marpurgenses subscripserunt* (*conf. supra p.* 123.) *falso praefixit nomina Principum ac Civitatum, qui Confessionem Augustanam subscripserunt.*

1) Articuli fidei praecipui] Wirc. *pro hac inscriptione speciali h. l. iterum exhibet hanc generalem:* Confessio aliquorum principum et statuum S. R. imperii, quos Lutheranos vocant, Caes. Maj. per eosdem oblata. Onold. *h. l. habet utramque, generalem et specialem:* M. D. XXX. Confessio exhibita Caesari in Comicijs Augustensibus. Articuli fidei praecipui. Dess. *neutram habet inscriptionem.*

2) I.] *hic et sequentes numeri articulorum fidei in* Dess., Dresd., Onold., Wim. *in margine adscripti sunt, item in* Rat. *ab alia manu in margine nigriori atramento additi sunt, in* Wirc. *desunt.* Fabricius *in singulorum articulorum inscriptionibus ab ipso confectis eamque ob causam h. l. omissis utitur vocibus numeralibus* primus *etc. — In* Ed. ant. *numerus* I. *non h. l., sed demum ante verba:* Et nomine personae *etc. contextui interpositus est.*

3) *In* Cass. 1. *singulis fere articulis loci Scripturae sacrae in margine adscripti sunt; ad hunc.* I. art. *legitur hicce:* In Euangelio Mathei 28. Baptisantes eos in nomine patris etc.

4) diuinae, et] Ed. ant.: diuinae. Et

5) esse. Videlicet] Onold.: esse videlicet

6) vna] Dess. *omittit.*

7) et] Fabr. *omittit.*

8) impartibilis] Ed. ant.: impatibilis

9) bonitate] Rat.: bonitas

10) sint] Dess., Onold., Wim., Rat., Fabr.: sunt

11) creator et conseruator — eiusdem essentiae,] *in* Dess. *desunt.*

12) et] *in* Rat., Wirc. *deest. In* Rat. *vox praecedens*. essentiae *ac subsequens* potentiae *emendatae esse videntur ex*: essentia *et* potentia

13) Spiritus sanctus.] *in* Ed. ant. *post haec verba minus reperitur spatium, in cuius medio numerus* I. *legitur, quasi articulus I demum inciperet a verbis* Et nomine personae *etc*

14) proprie] Rat., Wirc. *corrupte*: trople

Damnant omnes haereses,[15] contra hunc articulum exortas, vt Manicheos, qui duo principia ponebant, Bonum et Malum, item Valentinianos, Arianos, Eunomianos, Mahometistas[16] et omnes horum[17] similes. Damnant[18] et Samosatenos, veteres et[19] Neotericos, qui cum[20] tantum[21] vnam personam esse contendant,[22] de verbo et de[23] spiritu sancto astute et impie rhetoricantur, quod[24] non[25] sint[26] personae distinctae, sed quod verbum significet verbum vocale,[27] et spiritus motum in rebus creatum.[28])

II.

[29]) Item docent quod post lapsum Adae omnes homines secundum naturam propagati,[30] nascantur[31] cum[32] peccato, hoc est sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, et cum[33] concupiscentia, quodque[34] hic morbus,[35] seu vicium originis vere sit peccatum, damnans et afferens[36] nunc quoque aeternam mortem, his[37] qui non renascuntur,[38] per baptismum et spiritum sanctum.

Damnant Pelagianos, et alios qui vicium originis negant esse peccatum, et vt extenuent gloriam meriti, et beneficiorum Christi, disputant hominem proprijs viribus rationis[39] coram Deo iustificari posse.

III.

[40]) Item[41] docent, quod verbum, hoc est, filius Dei, assumpserit humanam naturam[42] in vtero beatae Mariae virginis, vt[43] sint duae[44] naturae, diuina et humana, in vnitate personae inseparabiliter[45] coniunctae,[46] vnus Christus, vere Deus, et vere homo, natus ex virgine Maria, vere passus, crucifixus, mortuus et[47] sepultus, vt reconciliaret[48] nobis Patrem, et hostia esset non[49] tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum[50] peccatis. Idem[51] descendit[52] ad inferos,[53] et vere resurrexit[54] tertia[55] die, deinde ascendit ad coelos, vt sedeat ad dexteram patris[56] et[57] perpetuo regnet et[58] dominetur, omnibus[59] creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum[60] spiritu sancto, qui regat,[61] consoletur ac[62] viuificet[63] eos, ac defendat[64] aduersus diabolum, et vim peccati.

---

15) haereses] Ed. ant.: heraeses
16) Mahometistas] Ed. ant.: Mohemetistas
17) horum] Fabr.: eorum
18) similes. Damnant] Ed. ant.: similes, damnant
19) et] Cass. 1., Wirc.: ac
20) cum] Wim.: non
21) tantum] Cass. 2.: tamen
22) contendant,] Wim.: contendunt, Ed. ant.: contendant.
23) de] Cass. 2., Wirc., Fabr. *omittunt.*
24) quod] Weberus *in sua Ed. male exhibet*: quae
25) non] *in* Cass. 2. *deest.*
26) sint] Onold.: sunt
27) verbum vocale] Cass. 2., Dess., Nor.: aut mentem dei aut certe verbum vocale
28) item Valentinianos, Arianos — motum in rebus creatum.] *haec in* Rat. *desunt.*
29) *Huic articulo II. in* Cass. 1. *in margine adscripti sunt hi loci S. S.*: In Epistola pauli ad Romanos. 5. — In Euangelio Ioannis 3. In Epistola ad Titum. 3.
30) propagati] Ed. ant. *omittit;* Onold.: propagata
31) nascantur] Cass. 2., Dess.: nascuntur
32) cum] Wirc., Fabr.: in
33) et cum] Ed. ant.: et animi
34) concupiscentia, quodque] Dresd.: concupiscentia. Quodque
35) morbus] *in* Dess. *deest.*
36) afferens] Rat. *male:* aufferens
37) his] *in* Cass. 1. *in* hiis *mutatum est.*
38) non renascuntur] Ed. ant.: non renascantur *sic etiam* Cass. 1. *primum habuit, deinde autem* renascantur *in* renascuntur *emendatum est.* Rat., Wirc.: nascuntur (*omisso*: non)
39) rationis] *in* Dresd., Wim. *deest.*
40) *Huic art. III. in* Cass. 1. *in margine adscripti sunt hi loci S. S.*: In Euangelio Ioannis 1. — In Epistola Paulj ad Ephesios. 15. — In Epistola paulj 1a. ad Corinthios. 6. Sed abluti estis etc. — In Epistola Pauli ad Ephesios. 1. et 4. cap.
41) Item] Cass. 1., Ed. ant.: Idem
42) humanam naturam] Cass. 2., Dess., Rat., Wirc.: naturam humanam
43) vt] Ed. ant.: et, *etiam* Cass. 1. *primum habuit* et *quod deinde emendatum est in*: ut
44) duae] Cass. 2. *corrupte*: donae
45) inseparabiliter] Ed. ant. *male*: inseperabiliter
46) coniunctae] Rat., Wirc.: continetur
47) et] Cass. 2., Dess., Rat., Wirc. *omittunt.*
48) reconciliaret] Ed. ant.: conciliaret
49) esset non] Ed. ant.: non esset
50) hominum] Ed. ant.: hominis
51) Idem] Dresd., Nor., Wim.: Item, *etiam in* Cass. 1. Idem *quod primum erat scriptum, emendatum est in*: Item
52) descendit] Onold.: discendit (*sic certe apographum*)
53) ad inferos] Dresd., Wim.: ab inferis Fabr.: ad inferna
54) resurrexit] Fabr.: resurrexit a mortuis
55) tertia] Rat., Wirc.: terna
56) tertia die, deinde ascendit — ad dexteram patris] Dess., Dresd., Wim. *omittunt.*
57) et] Dess., Dresd., Wim.: vt, Cass. 1. *primum quidem habuit*: et, *sed hoc emendatum est in*: vt
58) et] Rat., Wirc.: ac
59) omnibus] Fabr.: in omnibus
60) corda eorum] Fabr.: eorum corda *In* Rat. *deest*: eorum
61) regat] Nor.: reget Dess.: regnat
62) ac] Cass. 2., Rat., Wirc., Fabr.: et
63) viuificet] Onold.: vnificet (*sic apographum*)
64) defendat] Ed. ant.: descendat

Idem Christus palam est rediturus,[65] vt iudicet viuos et mortuos etc.[66] iuxta symbolum Apostolorum.

IIII.

[67] Item[68] docent quod homines non possint iustificari coram Deo proprijs viribus, meritis[69] aut operibus, sed gratis iustificentur propter Christum per fidem, cum credunt se in gratiam recipi, et peccata[70] remitti propter Christum,[71] qui sua morte, pro nostris peccatis satis fecit. Hanc[72] fidem imputat Deus pro iusticia coram ipso. Roma. iij. et .iiij.

V.

[73] Vt hanc fidem consequamur[74] institutum est ministerium docendi Euangelij[75] et porrigendi sacramenta. Nam per verbum et sacramenta, tanquam per instrumenta donatur spiritus sanctus, qui fidem efficit,[76] vbi et quando visum est Deo in ijs[77] qui audiunt Euangelium, scilicet quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum iustificet, hos qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi.[78]

Damnant Anabaptistas et alios, qui sentiunt spiritum sanctum contingere sine verbo externo hominibus per ipsorum preparationes et opera.

VI.

[79] Item[80] docent, quod fides illa debeat bonos fructus parere, et quod oporteat bona opera, mandata a Deo facere, propter voluntatem Dei, non vt confidamus per ea opera[81] iustificationem coram Deo mereri.[82] Nam remissio peccatorum et iustificatio fide apprehenditur, sicut[83] testatur et[84] vox Christi, Cum feceritis haec[85] omnia, dicite, serui inutiles sumus. Idem docent et veteres Scriptores Ecclesiastici. Ambrosius enim inquit, Hoc constitutum[86] est a Deo, vt qui credit in Christum, saluus sit. Sine[87] opere,[88] sola fide, gratis accipiens[89] remissionem peccatorum.[90]

VII.

[91] Item[92] docent quod vna sancta Ecclesia perpetuo[93] mansura sit. Est autem Ecclesia congregatio sanctorum, in qua Euangelium recte[94] docetur, et recte administrantur Sacramenta. Et[95])

---

65) palam est rediturus] Fabr.: est palam rediturus Cass. 2., Rat., Wirc.: palam rediturus est

66) etc.] *in* Rat., Wirc. *deest.*

67) *Huic art. IV. in* Cass. 1. *in margine adscripti sunt hi loci S. S.*: In Epistola ad Ephesios. 2. ad Rom: 3. et tota Epistola ad galathas.

68) Item] Ed. ant.: Idem

69) meritis] Ed. ant.: mentis

70) peccata] Rat.: peccatum

71) propter Christum] Nor.: propter Christum per fidem *sic quoque in* Onold. *primum erat scriptum, deinde vero verba*: per fidem *deleta sunt.*

72) fecit. Hanc] Onold., Ed. ant.: fecit, hanc

73) *Huic art. V. in* Cass. 1. *in margine adscripti sunt hi loci S. S.*: In Epistola ad Romanos. 10. In Euangelio Marci, 16. — In Euangelio Ioannis. 3. Spiritus vbi vult spirat. — In Epistola pauli ad Ephesios. 1. cum audissetis verbum veritatis etc.

74) consequamur] Onold.: consequimur (*sic apographum*)

75) docendi Euangelij] Onold., Rat.: docendi Euangelium Nor.: Euangelium docendi

76) efficit] Ed. ant.: efficiat

77) iis] Cass. 1. 2., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: his

78) recipi] *post hoc verbum* Rat. *habet hocce additamentum*: Gal: 3. vt promissionem spiritus accipiamus per fidem. *sed subnotatione et duobus asteriscis in margine appositis indicatur hoc additamentum esse delendum.* Wirc. *idem fere habet (apographo teste) sic*: Gala. 3°. ut permissionem spiritus accipiat per fidem. Fabr. *exhibet hoc*: vt promissionem spiritus accipiamus, per fidem. *cui in margine haec adnotata sunt*: Hanc clausulam, vt promissionem spiritus accipiamus per fidem., prima exemplaria Voittenbergensium intermiserunt.

79) *Huic art. VI. in* Cass. 1. *in margine hi loci S. S. adscripti sunt*: In Euangelio Mathej. 7. arbor bona etc. In epistola Pauli ad Gal: 5: fructus aut spiritus. In Epistola pauli ad Ephesios 4, deponite vos secundum pristinam. etc.

80) Item] Cass. 1., Ed. ant.: Idem

81) per ea opera] Dess.: per ea Fabr.: per bona opera

82) coram Deo mereri.] Dess., Dresd., Wim.: mereri coram Deo. Cass. 2. *pro*: non vt confidamus — coram Deo mereri. *habet*: non vt per ea opera graciam coram deo mereamur.

83) sicut] Ed. ant.: sic

84) et] Weberus *in sua Ed. male omisit.*

85) haec] *pro hac voce in* Cass. 2. *prima manus scripsit*: bonam *quod altera manus delevit et superscripsit*: hoc

86) constitutum] Onold.: institutum

87) sit. Sine] Fabr.: sit, sine

88) opere] Onold.: opera (*sic apographum*)

89) accipiens] Ed. ant.: accipietis

90) Idem docent et veteres Scriptores — remissionem peccatorum.] Dess. *omittit.*

91) *Huic art. VII. in* Cass. 1. *in margine adscripti sunt hi loci S. S.*: In Epistola pauli ad Ephesios. 5. — In Euangelio Mathei. 16.

92) Item] Ed. ant.: Idem *etiam* Cass. 1. *primum habuerat* Idem *quod deinde emendatum est in* Item

93) perpetuo] Rat. perpetua

94) recte] Rat., Wirc, Fabr.: pure

95) Sacramenta. Et] Ed. ant.: Sacramenta, et Onold.: Sacramenta et (*sine ulla interpunctione*)

ad veram vnitatem Ecclesiae, satis est consentire de doctrina Euangelij et administratione [96]) Sacramentorum. Nec [97]) necesse est vbique esse similes [98]) traditiones humanas, seu [99]) ritus aut ceremonias ab hominibus institutas. Sicut [100]) inquit Paulus, Vna fides, vnum [1]) baptisma, vnus Deus et [2]) pater [3]) omnium etc. [4])

VIII.

Quanquam [5]) Ecclesia proprie sit congregatio sanctorum, et vere credentium, tamen cum in hac vita multi hypocritae et mali admixti sint, [6]) licet vti sacramentis, quae per malos administrantur iuxta vocem Christi, Sedent Scribae et Pharisaei in Cathedra Mosi [7]) etc. [8]) Et sacramenta et verbum propter ordinationem et mandatum Christi sunt [9]) efficacia, [10]) etiamsi [11]) per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas et similes, qui negabant licere vti [12]) ministerio malorum in Ecclesia, et sentiebant ministerium malorum [13]) inutile et inefficax esse.

IX.

[14]) De Baptismo docent, quod sit necessarius ad salutem, quodque per Baptismum offeratur [15]) gratia Dei, Et quod pueri sint Baptisandi qui per Baptismum oblati Deo recipiantur [16]) in gratiam Dei.

Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum et [17]) affirmant pueros [18]) sine baptismo [19]) saluos fieri.

X.

[20]) De Coena Domini docent, quod corpus et sanguis Christi [21]) vere [22]) adsint, et distribuantur vescentibus [23]) in coena Domini, et improbant secus docentes.

XI.

[24]) De confessione docent, quod absolutio priuata in Ecclesijs retinenda sit, quanquam in confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. [25]) Est enim impossibilis iuxta Psalmum, Delicta quis intelligit? [26])

XII.

[27]) De poenitentia [28]) docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit, remissio peccatorum, quocunque tempore [29]) cum conuertuntur. Et [30])

---

96) et administratione] Cass. 2., Dess., Dresd., Nor., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: et de administratione
97) Nec] Wirc.: non
98) esse similes] Cass. 1. 2., Rat., Wirc.: similes esse
99) seu] Fabr.: ceu
100) institutas. Sicut] Onold., Fabr.: institutas, sicut Ed. ant.: institutas, sic
1) vnum] Wirc.: uoicum
2) et] Onold., Ed. ant. *omittunt, in* Cass. 1. *ab alia manu in margine additum est.*
3) pater] Wirc. (*apographo teste*): per (*verosimiliter Codex habet scriptionis compendium*: pr̄. (*i. e.* pater) *quod scriba apographi male interpretatus est*: per)
4) etc.] *in* Rat. *deest.*
5) Quanquam] *sic etiam* Cass. 2. *per emendationem, primum autem aliam vocem habuit, quae deinde ita deleta est, ut nunc legi non possit.*
6) sint] Dess.: sunt *sic etiam primum* Cass. 2. *quod deinde deletum et pro eo scriptum est*: sint
7) Mosi] Dresd.: Moisi Onold: Moysi
8) etc.] Dess., Onold., Wirc. *omittunt.*
9) sunt] Dresd., Wim.: sint Cass. 1. *primum habuit*: sunt *quod emendatum est in*: sint
10) efficacia] Onold., Ed. ant. *male*: efficatia Rat. *calami errore*: eficia
11) etiamsi] Wirc.: etiam, et si
12) licere vti] Fabr.: vti licere
13) in Ecclesia, et sentiebant ministerium malorum] *haec in* Cass. 2. *ab alia manu in margine addita sunt.*
14) *Huic art. IX. in* Cass. 1. *in margine hi loci S. S. adscripti sunt*: In Epistola ad Titum 3. per lavacrum regenerationis etc. — In Euangelio Matthej. 19. Talis est regnum celorum.
15) offeratur] Rat., Wirc.: operatur
16) recipiantur] Cass. 2., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: recipiuntur
17) et] Onold. *omittit.*
18) pueros] Nor., Ed. ant. *omittunt.*
19) pueros sine baptismo] Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: sine baptismo pueros
20) *Huic art. X. in* Cass. 1. *in marg. adscripti sunt hi loci S. S.*: In Euangelio Matthei. 26. In Epistola pauli ad Corint: 1. cap: 11.
21) Christi] Fabr.: domini
22) vere] *in* Onold. *post hanc vocem a manu recentiore supra lineam addita sunt*: et realiter
23) vescentibus] *in* Cass. 1., Ed. ant. *deest.*
24) *Huic art. XI. in* Cass. 1. *in marg. adscripti sunt hi loci S. S.*: In Euangelio Mathei. 18. In Euangelio Ioannis. 20.
25) enumeratio] Rat.: enuntiato
26) intelligit] Wirc. *post hanc vocem addit*: etc.
27) *Huic art. XII. in* Cass. 1. *in marg. hi loci S. S. adscripti sunt*: In Euangelio Luce. 15. de oue centesima dragma decima et filio prodigo. — In Epistola ad Hebreos. 4. Accedamus ergo etc. = Etzechiel. 8.
28) poenitentia] Dess.: penitencijs
29) tempore] Wirc.: semper (?)
30) conuertuntur. Et] Ed. ant.: conuertuntur, et Onold.: conuertuntur et

quod Ecclesia talibus redeuntibus ad poenitentiam [31]) absolutionem impartiri debeat. [32])

Constat [33]) autem poenitentia proprie his duabus partibus. Altera est, contricio seu [34]) terrores incussi conscientiae agnito peccato. Altera est, [35]) fides quae concipitur ex Euangelio seu absolutione, et credit propter Christum remitti peccata, et consolatur conscientiam, et ex terroribus liberat. Deinde [36]) sequi debent [37]) bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.

Damnant Anabaptistas, qui negant semel iustificatos [38]) posse amittere spiritum sanctum Item qui contendunt quibusdam tantam perfectionem in hac vita [39]) contingere, vt peccare non possint. Damnantur et Nouatiani, qui nolebant absoluere lapsos post Baptismum redeuntes ad poenitentiam. Reijciuntur et isti, [40]) qui non docent remissionem peccatorum per fidem contingere, sed iubent nos mereri gratiam [41]) per satisfactiones nostras.

XIII.

De vsu sacramentorum docent, quod sacramenta instituta sint, [42]) non modo vt sint notae [43]) professionis [44]) inter homines, sed magis vt sint signa et testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam et confirmandam fidem in his qui vtuntur proposita. [45]) Itaque vtendum est sacramentis ita, [46]) vt fides accedat, quae credat [47]) promissionibus, quae per sacramenta exhibentur et ostenduntur. [48])

Damnant igitur illos qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificent, nec docent fidem requiri in vsu sacramentorum, quae credat remitti peccata [49])

XIIII.

[50]) De ordine Ecclesiastico docent, quod nemo debeat in Ecclesia publice docere, aut sacramenta administrare, nisi rite vocatus. [51])

XV.

[52]) De ritibus [53]) Ecclesiasticis docent, quod ritus illi seruandi sint, [54]) qui sine peccato seruari possunt, [55]) et prosunt [56]) ad tranquillitatem et bonum ordinem in Ecclesia, sicut certae [57]) feriae, festa et similia. [58])

De talibus rebus tamen [59]) admonentur homines, ne conscientiae onerentur, tanquam talis cultus ad salutem necessarius sit.

Admonentur etiam, quod traditiones humanae

31) redeuntibus ad poenitentiam] Cass. 2., Rat., Wirc.: ad poenitentiam redeuntibus Ed. ant. *pro* poenitentiam *habet male*: poetentiam

32) absolutionem impartiri debeat.] Cass. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc.: debeat absolutionem impartiri. Fabr.: debeat Absolutionem impertiri. *In* Cass. 1. *verbum* debeat *a prima manu omissum ab alia in margine scriptum est tanquam ante vocem* absolutionem *inserendum.*

33) Constat] *haec vox praecedentem*: debeat *in* Dresd. *proxime sequitur intervallo non interposito.*

34) seu] Fabr.: ceu

35) est] Fabr. *omittit.*

36) liberat. Deinde] Ed. ant.: liberat, deinde

37) debent] Rat.: debeant

38) qui negant semel iustificatos] Nor.: qui semel iustificatos negant

39) tantam perfectionem in hac vita] Fabr.: tantam in hac vita perfectionem

40) isti] Ed. ant.: ipsi

41) gratiam] Rat.: gratias Cass. 2.: remissionem peccatorum

42) sint] Dess.: sunt, *in* Rat. *deest.*

43) notae] *in* Rat. *primum erat scriptum*: nole (*i. e.* nomine), *quod emendatum est in*: note (*i. q.* notae)

44) notae professionis] Nor.: notae promissionis Wirc.: signa nostrae professionis

45) proposita] Ed. ant.: propositis

46) ita] Cass. 2. *omittit.*

47) quae credat] Cass. 2.: qui credat Dess., Fabr.: quae credit

48) quae per sacramenta exh. et ostenduntur] Fabr. *omittit.*

49) Damnant igitur illos — remitti peccata.] *in* Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant. *desunt*; *in* Rat. *haec omissio in margine longa linea cum asterisco indicata est.* Fabr. *habet*: Damnant igitur illos, qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificent. *quasi haec in prototypo suo invenisset; at in sua animadversione ad hunc articulum p.* 292. *extr. contendit, haec in primo exemplari Caesari oblato defuisse, et demum mox altero anno* (1531.) *in exemplari octavae formae adiecta esse.*

50) *Huic art. XIV.* in Cass. 1. *in marg. adscripti sunt hi loci S. S.*: In Euangelio Mathei. 10. ad Hebreos. 5. et passim Paulus Apostolus etc.

51) vocatus] Nor.: vocatis

52) *Huic art. XV.* in Cass. 1. *in marg. appositi sunt hi loci S. S.*: In prima Epistola Pauli ad Corinthios. 14. omnia honeste etc. — In Euangelio Mathej. 15. In 1a. ad Corinthios. 7. Non vt vobis laqueum Inijciam etc. — In Epistola ad Coloss. 2. Nemo vos Iudicet. .

53) ritibus] Cass. 2. *primum calami errore habuit*: tribus *quae vox tum deleta est et illa*: ritibus *superscripta.*

54) sint] Fabr.: sunt

55) possunt] Cass. 2., Rat.: possint

56) et prosunt] *in* Ed. ant. *desunt*; *in* Cass. 1. *haec in contextu omissa ab alia manu in margine addita sunt.*

57) certae] Wirc.: rectae (?)

58) festa et similia] Ed. ant.: festa similia.

59) rebus tamen] Dess., Dresd.: tamen rebus Rat., Ed. ant. rebus (*omisso*: tamen)

institutae ad placandum Deum, ad promerendam [60]) gratiam et satisfaciendum [61]) pro peccatis, aduersentur Euangelio et doctrinae fidei. Quare vota et traditiones de cibis et diebus, etc. institutae ad promerendam gratiam, et satisfaciendum pro peccatis inutiles sint [62]) et contra Euangelium.

XVI.

[63]) De rebus ciuilibus docent, quod legitimae ordinationes ciuiles, sint bona opera Dei, quod [64]) Christianis liceat gerere [65]) Magistratus, exercere iudicia, iudicare res [66]) ex Imperatorijs, et alijs praesentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iusiurandum postulantibus Magistratibus dare, [67]) ducere vxorem, nubere. [68])

Damnant Anabaptistas, qui interdicunt haec ciuilia officia [69]) Christianis, Damnant et [70]) illos, qui Euangelicam perfectionem non collocant [71]) in timore Dei et fide, sed in deserendis [72]) ciuilibus officijs, quia Euangelium tradit iusticiam aeternam cordis. Interim [73]) non dissipat Politiam aut [74]) Oeconomiam, sed maxime postulat conseruare tanquam ordinationes [75]) Dei, et [76]) in talibus ordinationibus exercere caritatem. Itaque necessario debent Christiani obedire Magistratibus suis et [77]) legibus. Nisi [78]) cum [79]) iubent [80]) peccare, tunc [81]) enim [82]) magis debent [83]) obedire Deo [84]) quam hominibus. Act. v. [85])

XVII.

[86]) Item docent, quod [87]) Christus apparebit in consumatione mundi ad iudicandum, et mortuos omnes resuscitabit, pijs et electis dabit vitam aeternam et perpetua gaudia, impios [88]) autem homines ac diabolos condemnabit, ut [89]) sine fine crucientur.

Damnant Anabaptistas, [90]) qui sentiunt hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum esse. Damnant et alios qui nunc spargunt [91]) Iudaicas opiniones, [92]) quod ante resurrectionem mortuorum, pij regnum mundi occupaturi sint, vbique oppressis impijs.

XVIII.

[93]) De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam [94]) ciuilem iusticiam, et deligendas [95]) res

---

60) promerendam] Onold.: promerendum

61) et satisfaciendum] Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Fabr.: et ad satisfaciendum

62) sint] Cass. 2., Fabr.: sunt

63) *Huic art. XVI. in* Cass. 1. *in marg. adnotati sunt hi loci S. S.*: In Epistola pauli ad Rom: 13. Item in 1ª. Epistola petri cap: 2.

64) quod] Wirc.: et

65) gerere] Ed. ant.: agere

66) res] Wim.: eos

67) iusiurandum postulantibus Magistratibus dare] Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: iurare postulantibus Magistratibus

68) nubere] *in* Rat., Wirc., Ed. ant. *deest.*

69) officia] Cass. 1., Ed. ant.: iudicia

70) Damnant et] Cass. 1. 2., Dess., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: Damnant etiam Ed. ant.: etiam (*omisso*: Damnant)

71) collocant] Wirc.: tollerant (?)

72) deserendis] Ed. ant.: deferendis

73) cordis. Interim] Onold., Fabr.: cordis, interim

74) aut] Fabr.: et

75) ordinationes] Dess., Nor., Wim.: ordinationem

76) et] Cass. 2. *in margine habet.*

77) et] *in* Rat., Wirc. *deest.*

78) legibus. Nisi] Dresd., Fabr.: legibus, nisi Onold.: legibus nisi

79) cum] Rat.: v. (*i. q.* vero?)

80) iubent] Rat.: iubeant, *in* Dess. *deest, spatium autem, quod in apographo Dessaviensi hic reperitur, denotare videtur, a scriba vocem omissam legi non potuisse.*

81) peccare, tunc] Dresd.: peccare. Tunc Wirc.: peccare, hinc

82) enim] *sic recte* Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., (et ceteri Codd.?) Ed. ant., Fabr.; *in* Ed. principe Mel. *hoc quidem loco typogr. errore legitur*: etiam, *sed hic error ab ipso* Melanthone *in* Apologiae Confessionis *titulo sic emendatur*: In pagina B iiij. in tergo versu sexto, lege Tunc enim magis, Non, tunc etiam. *quapropter* enim *in textum recepi.*

83) magis debent] Fabr.: debent magis Rat.: magis debeant

84) Deo] *in* Rat. *deest.*

85) Act. V.] Cass. 2. *omittit.*

86) *Huic art. XVII. in* Cass. 1. *in marg. adscripti sunt hi loci S. S.*: In prima Epistola paulj ad Timothe: cap. 4. Et in prima ad Corinth: cap. 15. In Euangelio Mathei. cap. 15.

87) quod] *in* Rat. *deest.*

88) gaudia, impios] Fabr.: gaudia. Impios

89) ut] Ed. ant.: et

90) Anabaptistas] Onold.: Anabaptistitas (*sic apographum*)

91) spargunt] Rat. *omittit.*

92) spargunt Iudaicas opiniones] Wirc.: inductas (*verosimiliter calami error pro*: iudaicas) tenent opiniones

93) *Huic art. XVIII. in* Cass. 1. *in marg. hi loci S. S. adnotati sunt*: In 2ª. Epistola ad Corinthios. cap. 3. Non qui sufficientes simus In prima Epistola paulj ad Corinth: cap: 15. Non ego autem sed gratia dej etc.

94) efficiendam] Rat.: reficiendam

95) deligendas] Cass. 2.: delegendas

rationi subiectas. Sed non habet [96]) vim sine spiritu sancto efficiendae iusticiae Dei. seu iusticiae spiritualis, quia animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei, sed haec [97]) fit in cordibus, cum per verbum spiritus sanctus [98]) concipitur. Haec totidem verbis dicit Augustinus lib. iij. Hypognosticon. Esse fatemur [99]) liberum arbitrium omnibus hominibus. habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in ijs [100]) quae [1]) ad Deum pertinent. sine Deo aut inchoare aut certe peragere, sed tantum [2]) in operibus vitae [3]) praesentis tam bonis quam etiam malis, Bonis dico, quae de bono [4]) naturae oriuntur, id est, velle laborare [5]) in agro, velle manducare et bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, [6]) velle fabricare domum, vxorem velle ducere, [7]) pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, [8]) velle quicquid bonum ad praesentem pertinet vitam. Quae [9]) omnia non sine diuino gubernaculo [10]) subsistunt, imò ex ipso et per ipsum sunt, et [11]) esse coeperunt. Malis vero dico, vt est velle Idolum colere, [12]) velle homicidium etc. [13])

Damnant Pelagianos, et alios [14]) qui docent, quod sine spiritu sancto, solis naturae viribus possimus Deum super omnia diligere. Item praecepta Dei facere, quoad substantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit, [15]) potest enim continere manus à furto, a cede, tamen interiores motus non potest efficere, vt timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, pacientiam etc. [16])

XIX.

[17]) De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat [18]) et conseruat [19]) naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum videlicet [20]) diaboli et impiorum, quae [21]) non adiuuante Deo, auertit se à Deo, sicut Christus ait Ioan. viij. [22]) Cum loquitur mendacium ex seipso [23]) loquitur.

XX. [24])

Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta [25]) eorum quae extant de decem praecepti., et alia simili argumento [26]) testantur, quod vtiliter [27]) docuerint de omnibus vitae generibus et officijs, quae genera vitae, quae opera in qualibet vocatione Deo placeant. De qui-

---

96) habet] Cass. 2.: habeat
97) haec] Dess.: hoc
98) per verbum spiritus sanctus] Ed. ant.: uerbum spiritus sancti Fabr.: per verbum spiritus
99) fatemur] Wirc.: fatentur
100) ijs] Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: his
1) quae] Wim.: qui
2) tantum] Wim.: tamen
3) vitae] *in* Cass. 1. *in margine scriptum est.*
4) bono] Ed. ant.: bonis
5) laborare] Nor.: labore
6) indumenta] Wirc.: iudicamenta (?)
7) vxorem velle ducere] Rat., Fabr.: velle vxorem ducere
8) bonarum] Wirc.: bonarumque
9) Quae] *in* Rat. *uncinis inclusum est.*
10) diuino gubernaculo] Rat.: gubernaculo diuino
11) et] Cass. 1. *primum habuit:* vt *quod deinde correctum est in:* et
12) Idolum colere] Nor.: colere idolum
13) etc.] *in* Rat. *deest.*
14) Damnant Pelagianos, et alios] Melanthon *in hac* Ed. *principe primum imprimi iusserat:* Damnant igitur Pelagianos *sic enim h. l. legitur in illo exemplo* Bibliothecae Norimbergensis *supra p.* 251 *sqq. memorato (quod nunc in manibus habeo), in quo haec plagula C ea formâ exstat, qua primum erat excusa; cetera exempla hanc plagulam ea formâ partim mutatâ exhibent, qua auctor, antequam Editio princeps publicabatur, eam denuo imprimi iussit, in qua eius retractatione illa verba sic mutavit, ut supra in contextu leguntur.* Kaiser *l. l. minus accurate sola verba:* et alios *in hac retractione addita memorat, illius vocis igitur in hac iterata impressione omissae nullam faciens mentionem.*
15) possit] *in eodem* exemplo Norimbergensi *h. l. typothetae errore legi:* possint *supra p.* 251 *sqq. relatum est.*
16) Damnant Pelagianos, et alios — pacientiam etc.] *haec articuli XVIII. antithesis integra deest in* Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr., Ed. ant. *In* Rat. *serius asterisco indicatum est hanc antithesin abesse.*
17) *Huic art. XIX. in* Cass. 1. *in marg. adnotati sunt hi loci S. S.:* In Euangelio Ioannis cap: 1. omnia per ipsum facta sunt. In Epistola ad Hebreos. I. portans omnia verbo virtutis suae. — In Epistola pauli ad Rom. 10. tradidit illos in desiderio cordis illorum. In Epistola Pauli ad Corinthios 2ª. cap: 4. In quibus deus huius seculj.
18) creat] Onold. *calami errore primum habuit:* queat *hoc autem deletum et superscriptum est:* creat
19) conseruat] Cass. 1. *primum habuit calami errorem:* conseruit *qui autem correctus est in:* conseruat
20) videlicet] *in quibusdam huius* Ed. principis Mel. *exemplis (etiam in exemplo Norimb.) eius loco legitur:* et *(vide quae supra p.* 257 sq. *de eius exemplorum generibus dicta sunt) item* Ed. ant. *habet:* et, Cass. 1. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc.: vt.
21) quae] Cass. 2.: Quare
22) viij.] Wim.: vij Nor., Fabr.: VI.
23) ex se ipso] Cass. 2, Rat, Wirc.: ex propriis
24) *Hic articulus in* Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant. *(et* Fabr.) *habet inscriptionem:* De fide et bonis operibus. *Numerus* XX. *in* Onold. *et* Ed. ant. *deest, in* Nor. *infra hanc inscriptionem legitur.* Rat. *in margine primum habuit numerum:* 19. *qui deinde deletus et post eum scriptus est num.:* 20. — *In* Cass. 1. *hic articulus integer deest et praecedentem articulum XIX. subsequitur articulus XXI.* de cultu sanctorum, *numero XX. insignitus*
25) scripta] Dess.: scriptura
26) simili argumento] Ed. ant.: similia argumenta
27) vtiliter] Rat. *calami errore habet:* virillter

bus rebus olim parum docebant Concionatores, [28] tantum puerilia et non necessaria opera vrgebant, vt certas ferias, certa ieiunia, [29] fraternitates, peregrinationes, cultus Sanctorum, rosaria, monachatum et similia. Haec aduersarij nostri [30] admoniti nunc [31]) dediscunt, nec perinde praedicant haec inutilia [32] opera, vt olim. Preterea incipiunt [33] fidei mencionem facere, de qua olim mirum erat silentium. [34] Docent nos [35] non tantum operibus [36] iustificari, sed coniungunt fidem et opera, et dicunt [37] nos fide et operibus iustificari. [38] Quae doctrina tolerabilior est priore, et plus afferre [39] potest [40] consolationis [41] quam [42] vetus ipsorum doctrina.

Cum igitur doctrina de fide, quam oportet in Ecclesia praecipuam esse, tam diu iacuerit ignota, [43] quemadmodum [44] fateri omnes [45] necesse est, de fidei iusticia altissimum silentium fuisse [46] in concionibus, tantum doctrinam [47] operum versatam esse in ecclesijs, [48] nostri de fide sic [49] admonuerunt Ecclesias.

Principio, quod opera nostra non possint [50] reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum et gratiam et iustificationem, [51] sed hanc tantum fide consequimur, [52] credentes quod propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus [53] est mediator et propiciatorium, per quem reconcilietur pater. Itaque qui confidit operibus, [54] se mereri gratiam, is [55] aspernatur Christi meritum et gratiam, et querit [56] sine Christo humanis viribus viam ad Deum, cum Christus de se [57] dixerit, Ego sum via, veritas et vita.

Haec doctrina de fide [58] vbique in Paulo [59] tractatur Ephes. ij. [60] Gratia salui facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus, etc. [61]

Et ne quis cauilletur, [62] à nobis nouam Pauli interpretationem excogitari, tota haec causa habet testimonia Patrum. Nam Augustinus multis voluminibus defendit gratiam et iusticiam fidei contra [63] merita operum. Et similia docet Ambrosius de vocatione Gentium, et alibi. Sic enim inquit de vocatione Gentium, [64] Vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiae [65] Dei humanorum operum praerogatiua succumberet, [66] si iustificatio quae fit per gratiam, meritis praecedentibus deberetur, [67] vt non munus [68] largientis, sed merces esset operantis.

Quanquam autem haec doctrina contemnitur [69] ab imperitis, tamen experiuntur piae ac [70] pauidae conscientiae, plurimum [71] eam consolationis af-

---

28) docebant Concionatores,] Ed. ant.: docebant, Concionatores
29) ieiunia] Cass. 1. *primum calami errore habuit*: Iunia *quod deinde correctum est in*: ieiunia
30) nostri] *in* Dess., Dresd. *deest.*
31) admoniti nunc] Rat., Wirc.: admoniti iam Fabr.: iam admoniti
32) inutilia] Rat.: puerilia
33) Preterea incipiunt] Cass. 1., Dess., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: Incipiunt etiam Dresd.: Incipiunt
34) vt olim. Preterea — mirum erat silentium.] Ed. ant.: ut olim mirum erat silentium.
35) nos] Ed. ant.: interim
36) tantum operibus] Dess., Wim.: operibus tantum Dresd.: operibus^{b} tantum^{a} (*superscriptis litteris indicatur, has voces esse transponendas*)
37) dicunt] Dess., Dresd., Wim.: docent
38) sed coniungunt fidem — operibus iustificari.] Rat., Wirc. *omittunt.*
39) afferre] Rat.: aufferre
40) plus afferre potest] Fabr.: potest plus afferre
41) potest consolationis] Wirc.: consolationis potest
42) quam] Onold.: qua (*sic apographum*)
43) ignota] Onold. *omittit.*
44) quemadmodum] Dresd. *calami errore*: Quenadmodum
45) fateri omnes] Fabr.: omnes fateri Rat.: fateri (*omisso*: omnes)
46) silentium fuisse] Fabr.: fuisse silentium
47) doctrinam] Rat. *male*: doctrina
48) in ecclesijs,] Ed. ant.: in ecclesijs. Rat., Wirc.: in ecclesia,
49) sic] *in* Onold. *deest.*
50) possint] Rat., Wirc.: possent Cass. 1.: possunt
51) et iustificationem] *in* Cass. 1., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant., Fabr. *desunt.*
52) consequimur,] Ed. ant.: consequimur. Dess.: consequuntur, Rat., Wirc.: assequimur,
53) positus] *in* Rat. *deest.*
54) confidit operibus,] Fabr.: confidit, operibus
55) is] Rat., Wirc.: et
56) et querit] Dess.: quaerit
57) de se] *in* Ed. ant. *desunt.*
58) de fide] Fabr.: fidei
59) vbique in Paulo] Wirc.: ubiquam a Paulo
60) Ephes. ij.] Rat., Wirc.: ad Ephes. ij. Fabr.: Ephes. ij. Gal. ij.
61) etc.] *in* Nor., Wirc. *deest.* Dess., Dresd., Wim. *eius loco habent*: ne quis glorietur
62) cauilletur] Fabr.: videatur cauillari posse
63) contra] Wirc.: non
64) et alibi. Sic enim inquit de vocatione Gentium,] Rat., Wirc., Ed. ant. *omittunt.*
65) nec misericordiae] Cass. 1.: nec misericordia *attamen* nec *deletum et superscriptum est*: ex
66) succumberet] Dess., Wim.: succumbit
67) deberetur,] Wirc.: deberetur?
68) munus] Nor.: minus
69) contemnitur] Wirc.: contemnatur
70) ac] Cass. 1., Dess., Nor., Onold., Wim., Fabr.: et
71) plurimum] *in* Rat. *deest.*

ferre, [72]) quia conscientiae non possunt reddi tranquillae per vlla opera, [73]) sed tantum [74]) fide, cum certo statuunt, quod propter Christum habeant [75]) placatum Deum. [76]) Quemadmodum Paulus docet Rom. v. Iustificati per fidem, pacem habemus apud Deum. Tota haec doctrina, ad illud certamen perterrefactae conscientiae referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare male iudicant de ea re [77]) homines [78]) imperiti, et prophani, qui Christianam iusticiam nihil esse somniant, nisi ciuilem et [79]) philosophicam iusticiam.

Olim vexabantur conscientiae [80]) doctrina operum, non audiebant ex Euangelio consolationem, Quosdam conscientia expulit [81]) in desertum, in Monasteria, sperantes ibi se [82]) gratiam merituros esse [83]) per vitam monasticam, Alij alia excogitauerunt opera, ad promerendam gratiam et satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus, hanc doctrinam [84]) de fide in Christum tradere, et renouare, [85]) ne deesset consolatio pauidis conscientijs, sed scirent fide in Christum [86]) apprehendi gratiam et remissionem peccatorum et iustificationem. [87])

Admonentur etiam [88]) homines, quod hic nomen fidei non significet [89]) tantum historiae noticiam, qualis est in impijs [90]) et diabolo, [91]) sed significet fidem quae credit non tantum [92]) historiam, sed etiam effectum historiae, videlicet hunc [93]) articulum, Remissionem peccatorum, quod videlicet per Christum habeamus gratiam, iusticiam et remissionem peccatorum. [94])

Iam [95]) qui [96]) scit se per Christum habere propitium [97]) patrem, is vere nouit Deum, [98]) scit se ei curae esse, inuocat eum. Denique, [99]) non est sine Deo sicut Gentes. Nam diaboli et impij non possunt hunc [100]) articulum credere, Remissionem peccatorum. Ideo Deum tanquam hostem oderunt, non innocant eum, nihil [1]) boni ab eo expectant. Augustinus etiam de fidei nomine [2]) hoc modo admonet lectorem, et docet in scripturis nomen fidei accipi, non pro noticia, qualis est in impijs, [3]) sed pro fiducia quae consolatur et erigit [4]) perterrefactas mentes.

Praeterea docent nostri, quod necesse sit bona opera facere, non vt confidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum ac [5]) gratia. Et quia [6]) per fidem accipitur spiritus sanctus, iam corda renouantur, [7]) et induunt [8]) nouos affectus, vt parere bona opera [9]) possint. Sic enim ait [10]) Ambrosius, Fides bonae voluntatis, et iustae actionis genitrix [11]) est. Nam humanae vires, sine spiritu sancto, plenae sunt impijs affectibus, et sunt imbecilliores quam vt bona opera possint [12]) efficere coram Deo. Ad haec, sunt in potestate diaboli qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmo-

---

72) afferre] Rat.: aufferre
73) per vlla opera] Fabr.: per vlla bona opera
74) tantum] Dess.: tamen
75) habeant] Fabr.: habent
76) habeant placatum Deum.] Rat.: placatum Deum habeant.
77) iudicant de ea re] Nor.: iudicant ea de re Rat., Wirc.: de ea iudicant
78) homines] Fabr. *omittit.*
79) et] Wirc.: seu
80) vexabantur conscientiae] Rat., Wirc.: conscientiae vexabantur
81) expulit] Cass. 1. *male*: expuliet
82) ibi se] Cass. 1., Fabr.: se ibi Rat. *male*: ibi spe
83) esse] Fabr. *omittit.*
84) hanc doctrinam] Fabr.: doctrinam hanc
85) renouare] Ed. ant.: reuocare
86) fide in Christum] Ed. ant.: fidem Christum
87) et iustificationem] Cass. 1., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant., Fabr. *omittunt.*
88) etiam] Cass. 1. *in margine habet.*
89) significet] *utroque loco* Cass. 1., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant., Fabr. *habent*: significat
90) in impijs] *in quibusdam huius* Ed. principis Mel. *exemplis legitur*: im ijs (*vide quae supra p. 257 sq. de variis generibus exemplorum huius Ed. diximus*) Cass. 1., Nor., Rat., Ed. ant. et in impijs
91) et diabolo] Nor., Wirc.: et in diabolo
92) tantum] Rat., Wirc. solum
93) videlicet hunc] Fabr.: hunc videlicet
94) quod videlicet per Chr. — remissionem peccatorum.] *in* Rat. *desunt.*
95) Iam] Nor.: Item
96) qui] Rat.: quis
97) propitium] Wirc.: proprium (?)
98) Deum] Rat. *omittit.*
99) eum. Denique,] Ed. ant.: eum denique, Fabr. Deum, denique Onold.: eum, deinde
100) hunc] *in* Dess., Dresd., Wim. *deest.*
1) nihil] Onold.: nil
2) de fidei nomine] Rat., Wirc.: de nomine fidei
3) in impijs] Nor.: impiis
4) erigit] Wim. *primum habuit* regit *hoc autem deletum et superscriptum est*: erigit
5) ac] Rat., Wirc.: et
6) quia] Onold.: quod *at superscriptum est*: quia
7) renouantur] Cass. 1. *primum habuit*: renouant *quod autem correctum est in*: renouantur Ed. ant.: renocantur
8) induunt] Fabr.: induerunt
9) parere bona opera] Fabr.: bona opera parere
10) ait] Fabr. *omittit.*
11) genitrix] Ed. ant. genetrix
12) bona opera possint] Fabr.: possint bona opera

dum est videre [13]) in philosophis, qui [14]) et ipsi conati honeste viuere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt, multis manifestis [15]) sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide et sine [16]) spiritu sancto, et [17]) tantum humanis viribus se gubernat.

Hinc facile apparet hanc doctrinam [18]) non esse accusandam quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, [19]) quod ostendit [20]) quomodo [21]) bona opera facere possimus. [22]) Nam sine fide, nullo modo potest humana natura primi aut secundi praecepti opera facere. Sine [23]) fide non inuocat Deum, [24]) à Deo nihil expectat, [25]) non tollerat crucem, sed querit humana praesidia, confidit humanis praesidijs. Ita regnant in corde [26]) omnes cupiditates, et humana consilia cum abest fides et fiducia erga Deum. Quare et Christus dixit, Sine me nihil potestis facere, Ioan. xv. Et Ecclesia canit, Sine tuo [27]) numine, nihil est in homine, [28]) nihil est innoxium. [29])

XXI. [30])

[31]) De cultu Sanctorum docent, quod memoria Sanctorum proponi potest, vt imitemur [32]) fidem eorum, et bona opera iuxta vocationem, Vt Caesar [33]) imitari [34]) potest exemplum Dauidis [35]) in bello gerendo ad depellendos Turcas [36]) à patria. [37]) Nam uterque rex est. Sed scriptura non docet inuocare Sanctos, seu [38]) petere auxilium â Sanctis, Quia vnum Christum nobis proponit [39]) mediatorem, propiciatorium, [40]) Pontificem, et intercessorem. Hic inuocandus est, et promisit [41]) se exauditurum esse preces nostras, et hunc cultum maxime probat, videlicet, vt inuocetur in omnibus afflictionibus. 1. Ioan. ij. [42]) Si quis peccat, habemus [43]) aduocatum apud Deum etc. [44])

Haec fere summa est [45]) doctrinae [46]) apud nos, in qua cerni [47]) potest, nihil inesse [48]) quod discrepet [49]) a scripturis, vel ab Ecclesia Catholica [50]) vel ab Ecclesia Romana, [51]) quatenus ex scriptoribus nota est, [52]) quod cum ita sit, inclementer iudicant [53]) isti, qui nostros pro haereticis haberi postulant. [54]) Sed dissensio est de quibus-

---

13) videre] *in* Ed. ant. *deest, item defuit in* Cass. 1. *in contextu quidem, sed in margine additum est.*

14) qui] Weberus *in sua Ed. male exhibet:* quod

15) manifestis] *in* Rat., Wirc. *deest.*

16) sine] Cass. 1., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant., Fabr. *omittunt.*

17) et] Fabr.: sed

18) hanc doctrinam] Fabr.: doctrinam hanc

19) laudandam] Rat. *male:* laudanda

20) ostendit] Fabr.: ostendat

21) quomodo] Ed. ant.: quod

22) possimus] Wim., Rat., Ed. ant.: possumus

23) facere. Sine] Ed. ant., Fabr.: facere, sine

24) inuocat Deum,] Ed. ant.: inuocat, demum

25) a Deo nihil expectat,] Cass. 1., Dess., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: nihil a Deo expectat, Dresd.: nihil expectat a Deo

26) Ita regnant in corde] Fabr.: ita in corde regnant

27) tuo] Wirc.: suo

28) in homine] Nor.: homine

29) nihil est innoxium] *in* Dess., Dresd., Wim. *desunt.*

30) XXI.] Ed. ant. *hunc numerum omittit, ita ut hic articulus videatur esse continuatio antecedentis. In* Cass. 1. *hic articulus propter articulum XX. in hoc Codice omissum numero* XX. *insignitus est, vide supra p.* 284 *notam* 24.

31) *Huic art. XXI. in* Cass. 1. *in marg. adscripti sunt hi loci S. S.:* In prima Epistola Pauli ad Thimot. cap. 1. In Epistola pauli ad Phill. 3. Imitatores mei estote. — Dauid, Invoca me in die tribulacionis etc. Ioannis. 16. Ad Romanos. 6. In prima Epistola Ioannis. 2.

32) imitemur] Ed. ant.: imitentur; *etiam* Cass. 1. *primum habuit:* imitentur *quod deinde correctum est in:* imitemur

33) Vt Caesar] Wirc.: et ut Caesar

34) imitari] Rat. *male:* imitare

35) Dauidis] Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant., Fabr.: Dauid

36) Turcas] Nor.: Thurcos

37) a patria] *in* Cass. 2. *desunt.*

38) seu] Fabr.: aut

39) nobis proponit] Dess., Fabr.: proponit nobis

40) propiciatorium] Dess., Fabr.: propiciatorem

41) et promisit] Cass. 2. *male:* Hic protrusit

42) 1. Ioan. ij.] Wirc.: Ioh. 2°. Ed. ant.: Ioann. 2.

43) habemus] Fabr.: habeamus

44) I. Ioan. ij. Si — apud Deum etc.] *in* Cass. 2 *desunt.* — *Pro* etc. Dess., Dresd., Wim. *habent:* Iesum iustum (Dess.: Ihesu chrm [i. q. Christum]), qui est propitiatio pro peccatis nostris, neque solum nostris, sed et (et *in* Dresd. *deest*) totius mundi.

45) summa est] Dess.: est summa

46) doctrinae] Wirc., Ed. ant., Fabr.: doctrina

47) cerni] Onold.: discerni

48) inesse] Fabr.: esse

49) discrepet] Ed. ant.: discrepat

50) vel ab Ecclesia Catholica] *haec verba in* huius Editionis principis exemplo Bibliothecae Norimbergensis, *in quo haec plagula, qualis primum excusa est, continetur, omissa sunt* (*vide supra p.* 251 sq. *de hoc exemplo dicta*).

51) vel ab Ecclesia Romana] Rat.: vel Romana

52) ex scriptoribus nota est,] Cass. 2., Fabr.: nobis ex scriptoribus nota est, Cass. 1., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant.: ex (Nor. *pro* ex *habet:* a) scriptoribus nobis nota est, *Eadem verba etiam in illo* exemplo Norimbergensi *leguntur, unde elucet, ipsum quoque Melanthonem hunc locum sic primum imprimi sivisse.* Kaiserum *haec varietas huius exempli fugit.*

53) iudicant] Rat. *primum habuit:* iudicantur *quod autem deinde emendatum est in:* iudicant

54) postulant] *in* Rat. *primum erat scriptum:* postulantur *quod autem correctum est in:* postulant

10) iudicent] *in* Rat. *primum erat scriptum*: videretur quod *deinde correctum est in*: iudicent

11) esse necessarios] Dresd., Wim.: necessarios esse

12) ac sentiant — violant] *in* Rat., Wirc., Fabr. *desunt.*

13) vt] Fabr.: et

14) in Ecclesia interpretes] Rat., Wirc.: interpretes in Ecclesia

15) etc.] *in* Rat. *deest.*

16) Tales ordinationes] Rat., Wirc., Fabr.: Talibus ordinationibus

17) caritatem] Wirc.: raritatem (?)

18) caritatem et] Rat. *omittit.* Fabr. *pro* et *habet*: ac

19) seruare] Rat., Wirc., Fabr.: obtemperare easque seruare

20) ne alius alium offendat] Rat., Wirc., Fabr.: ne alij offendant alios Onold.: ne alium offendat

21) vt] Rat., Wirc., Fabr.: sed vt

22) omnia fiant] Rat.: fiant omnia Wirc.: fiant officia (? *verosimiliter scriba apographi compendium*: oia [*i. e.* omnia] *falso interpretatus est*: officia)

23) ne conscientiae onerentur] Rat., Wirc.: onerantur conscientiae

24) res] Wirc. *omittit.*

25) res esse] Dresd., Nor., Wim., Fabr.: esse res, Onold. *habet*: res esse (b a) *litteris superscriptis indicatur has voces ordine inverso esse legendas*: esse res

26) necessarias] *post hanc vocem in* Cass. 2. *iterum scriptum erat*: esse *quod autem deinde deletum est.*

27) eas] Ed. ant.: eos

28) cum violant eas sine aliorum offensione] Rat., Wirc.: cum sine scandalo violant Fabr.: cum violant eas sine scandalo

29) procedit, sine offensione hominum.] Rat., Wirc.: sine scandalo procedit

30) Talis] Onold. *falso*: Tales (*sic apographum*)

31) diei] *post hanc vocem scriba Cod.* Rat. *scripsit*: ob, *verosimiliter enim volebat iterum scribere*: obseruatio, *tum autem errorem suum animadvertens hanc syllabam delevit.*

32) Dominici] Rat.: dominice (*i. e.* dominicae)

33) Pentecostes] Ed. ant. *male*: Penthecostes, Dess. *hanc vocem omittit.*

34) iudicant] Onold.: indicant

35) longe errant] Rat., Wirc., Fabr.: non recte sentiunt

36) Scriptura abrogauit — — omitti posse.] Rat., Wirc., Fabr.: scriptura abrogauit sabbatum (Fabr.: sabbathum), non Ecclesia. Nam post reuelatum Euangelium omnes ceremoniae Mosaicae omitti possunt. *Hic locus in* Rat. *linea subnotatus et in margine asterisco signatus est.*

uenire deberet, [37]) apparet [38]) Ecclesiam [39]) ei rei destinasse diem Dominicum, qui [40]) ob hanc quoque causam uidetur magis [41]) placuisse, vt haberent homines exemplum Christianae libertatis, et scirent nec sabbati nec alterius diei obseruationem necessariam [42]) esse.

Extant prodigiosae disputationes de mutatione legis, de ceremonijs nouae legis, [43]) de mutatione sabbati, quae [44]) omnes ortae sunt ex falsa persuasione, quod oporteat [45]) in Ecclesia cultum esse similem Leuitico. Et [46]) quod Christus commiserit Apostolis et Episcopis [47]) excogitare nouas ceremonias, quae sint [48]) ad salutem necessariae. Hi [49]) errores serpserunt in Ecclesiam, cum iusticia fidei non satis clare [50]) docerentur. Aliqui [51]) disputant diei Dominici obseruationem non quidem iuris diuini esse, sed quasi iuris diuini, praescribunt de ferijs, quatenus liceat operari. Huiusmodi disputationes quid sunt aliud [52]) nisi [53]) laquei conscientiarum? Quanquam enim [54]) conentur epikeizare [55]) traditiones, tamen nunquam potest aequitas deprehendi, [56]) donec manet [57]) opinio necessitatis, quam manere necesse est, [58]) vbi ignorantur [59]) iusticia fidei, et libertas Christiana.

Apostoli iusserunt abstinere a sanguine, [60]) quis nunc obseruat? neque tamen peccant qui non obseruant, [61]) quia ne ipsi quidem Apostoli voluerunt onerare [62]) conscientias tali seruitute, sed ad tempus prohibuerunt propter scandalum. [63]) Est enim [64]) perpetua voluntas Euangelij consideranda in decreto. [65]) Vix [66]) vlli Canones seruantur accurate, et multi [67]) quotidie [68]) exolescunt apud illos etiam, [69]) qui diligentissime [70]) defendunt traditiones. Nec potest conscientijs consuli, [71]) nisi haec aequitas seruetur, vt sciamus eos [72]) sine opinione necessitatis seruari, nec ledi conscientias etiamsi traditiones exolescant. [73])

Facile autem possent [74]) Episcopi legitimam [75]) obedientiam retinere, si non vrgerent seruare traditiones, quae bona conscientia seruari [76]) non possunt. Nunc imperant coelibatum, nullos recipiunt nisi iurent se puram Euangelij doctrinam nolle docere. Non petunt Ecclesiae [77]) vt Episcopi honoris sui iactura [78]) sarciant concordiam, quod [79]) tamen decebat [80]) bonos pastores facere. Tantum petunt vt iniusta [81]) onera remittant, quae noua sunt, et praeter consuetudinem Ecclesiae catholicae recepta. Fortassis [82]) initio quaedam constitutiones habuerunt [83]) probabiles causas, [84]) quae tamen

---

37) deberet] Dresd., Onold., Wim.: debeat

38) deberet, apparet] Ed. ant.: deberet. Apparet

39) Ecclesiam] Rat. *falso*: ecclesia

40) qui] Fabr.: quia

41) magis] Wim.: magis quoque

42) obseruationem necessariam] Rat., Wirc.: necessariam obseruationem

43) de ceremonijs nouae legis,] Ed. ant.: de ceremonijs, nouae leges

44) quae] *in* Rat. qui, *quod primum erat scriptum, emendatum est in*: que (*i. q.* quae)

45) oporteat] Dess.: oportet

46) Leuitico. Et] Onold., Fabr.: Leuitico, et

47) Apostolis et Episcopis] Dess.: episcopis et apostolis

48) sint] Fabr.: sunt

49) Hi] Rat.: hij, Ed. ant.: Ij

50) clare] *in* Rat. *deest.*

51) Aliqui] Dess.: aliquid, Fabr.: Alli

52) aliud] Wirc.: aliquid, Dresd., Wim. *hanc vocem omittunt.*

53) nisi] Rat., Wirc., Fabr.: quam

54) enim] Rat. *hanc vocem in margine habet.*

55) epikeizare] Dess.: epikejzare (? Weberus *h. l. sic adnotavit*: Dess. ej) Rat.: Epi keisere, Wirc.: epiikeisare, Ed. ant., Fabr.: epikizare

56) deprehendi] Ed. ant.: comprehendi

57) manet] Wim.: maneat

58) est] Rat. *non habet.*

59) ignorantur] Dresd., Nor., Onold., Wim., Rat., Wirc., Ed. ant.: ignoratur

60) a sanguine,] Dess.: a sanguine suffocato, Rat., Wirc., Fabr.: a sanguine etc.

61) peccant qui non obseruant] Rat., Wirc.: peccat sanguine qui non obseruat

62) onerare] Dess.: onerari

63) scandalum] Fabr.: scandala

64) enim] Wirc.: nobis (? *conf. supra p.* 315. *nota* 75.)

65) consideranda in decreto.] Rat.: in decreto consideranda Wirc.: in decreta (?) consideranda Ed. ant.: consyderanda directe

66) consideranda in decreto. Vix] Onold.: consideranda. In decreto vix

67) multi] Rat., Wirc.: multae

68) quotidie] Onold.: quidem

69) etiam] *in* Dess. *deest.*

70) diligentissime] Rat., Wirc. *omittunt.*

71) consuli] *in* Rat. *calami error*: consulti *correctus est in*: consuli

72) eos] Nor., Onold.: eas

73) etiamsi traditiones exolescant.] Nor.: etiamsi traditiones exolescunt. Rat., Wirc.: eciam si quid mutet vsus hominum in re tali. Fabr.: etiamsi quid immutet vsus hominum in tali re.

74) possent] Fabr.: possunt

75) legitimam] *in* Dess. *deest.*

76) seruari] Rat.: seruare

77) Ecclesiae] Rat., Wirc., Fabr.: ecclesiae nostrae

78) iactura] Rat. *male*: iacturam

79) quod] Dess. *omittit.*

80) decebat] Onold.: docebat

81) iniusta] Fabr.: iusta

82) Fortassis] Wirc.: Fortasse

83) quaedam constitutiones habuerunt] Rat., Wirc., Fabr.: habuerunt illae (Fabr.: istae) constitutiones

84) probabiles causas] Rat., Wirc.: causas probabiles

posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam quasdam errore receptas esse, [85]) quare Pontificiae [86]) clementiae [87]) esset, illas nunc [88]) mitigare, quia talis mutatio non labefacit Ecclesiae vnitatem. Multae enim [89]) traditiones humanae tempore mutatae sunt, vt ostendunt [90]) ipsi [91]) Canones. Quod si non potest impetrari, [92]) vt relaxentur obseruationes, quae sine peccato non possunt praestari, oportet nos regulam Apostolicam [93]) sequi, quae [94]) praecipit. [95]) Deo magis obedire quam hominibus. Petrus vetat Episcopos dominari, et Ecclesijs imperare. [96]) Nunc non id [97]) agitur vt dominatio eripiatur Episcopis, [98]) sed hoc vnum petitur, vt [99]) patiantur Euangelium pure doceri, [100]) et relaxent paucas quasdam obseruationes, quae sine peccato seruari [101]) non possunt. Quod si nihil remiserint, [102]) ipsi viderint, [103]) quo modo Deo rationem reddituri sint, quod pertinacia sua [104]) causam schismati [105]) praebent. [106])

EPILOGVS. [1])

Hi [2]) sunt praecipui articuli, [3]) qui videntur habere controuersiam, quanquam enim [4]) de pluribus abusibus dici poterat, tamen, vt fugeremus prolixitatem, [5]) praecipua complexi sumus, ex quibus caetera facile iudicari [6]) possunt. [7]) Magnae querelae fuerant de indulgentijs, de peregrinationibus, de abusu excomunicationis. [8]) Parochiae multipliciter vexabantur per stationarios. Infinitae contentiones erant [9]) pastoribus cum Monachis, de iure parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de extra ordinarijs concionibus, [10]) et de [11]) alijs innumerabilibus rebus. Huiusmodi negocia praetermisimus, vt illa quae sunt in hac causa praecipua, breuiter proposita, facilius cognosci possent. [12]) Neque hic [13]) quicquam ad ullius contumeliam [14]) dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quae videbantur necessario dicenda esse, vt intelligi possit [15]) in doctrina ac ceremonijs, apud nos nihil [16]) esse receptum contra scripturam aut Ecclesiam catholicam,

---

85) esse] Nor. *omittit.*

86) Pontificiae] Wim.: Pontifice

87) Pontificiae clementiae] Rat., Wirc.: clementiae Episcoporum

88) esset, illas nunc] Rat., Wirc.: esset, nunc illas, Fabr.: nunc esset illas

89) enim] Wirc.: nostrae (? *conf. supra p.* 315. *nota* 75.)

90) ostendunt] Rat.: ostennde (*i. q.* ostenderunt?)

91) ipsi] Rat.: ipe (*i. q.* ipse *s.* ipsae)

92) impetrari] *in* Rat. *deest*

93) Apostolicam] Fabr.: Apostolorum

94) quae] Rat. *falso*: qui

95) praecipit] Wirc.: praecepit

96) Ecclesijs imperare] Cass. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Wirc., Fabr.: Ecclesias cogere

97) Nunc non id] Wirc., Fabr.: Non id nunc Cass. 2., Dess., Dresd., Nor., Onold., Wim., Ed. ant.: Nunc non (*omisso*: id)

98) vt dominatio eripiatur Episcopis,] Wirc., Fabr.: vt de dominatione sua cedant Episcopi

99) vt] Ed. ant.: et

100) pure doceri] Wirc.: doceri pure

101) seruari] Onold.: seruare

102) nihil remiserint] Dess., Dresd., Onold., Wim.: nihil remittent Wirc., Fabr.: non facient]

103) viderint] Onold.: viderunt (*sic apographum*)

104) pertinacia sua] Wirc., Fabr.: hac pertinacia Onold.: pertinatia (*omisso*: sua)]

105) causam schismati] Dess. *omittit;* Ed. ant. *habet*: schismatis causam Christianis]

106) praebent.] Dess.: probent. *In* Rat. *deest locus*: Petrus vetat Episcopos — causam schismati praebent.]

1) Epilogvs.] *haec inscriptio in* Rat., Wirc., Fabr. *deest.* — Codex Dessavianus *caret* Epilogo, *neque in* Cass. 1. *invenitur, conf. quae supra p.* 215 sq. *de hoc Cod. diximus.*

2) Hi] Ed. ant.: Ij

3) Hi sunt praecipui articuli] Rat., Wirc., Fabr.: Recensuimus praecipuos Articulos

4) enim] Wirc.: nobis (? *conf. supra p.* 315. *nota* 75.)

5) vt fugeremus prolixitatem] Rat., Wirc.: fugiendae prolixitatis causa

6) indicari] Ed. ant.: indicari

7) ex quibus caetera facile iudicari possunt.] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

8) excommunicationis] Rat. *male*: excommunicationes

9) erant] Rat., Wirc., Fabr.: fuerunt

10) de extra ordinarijs concionibus] *in* Rat., Wirc., Fabr. *desunt.* Wim. *pro* concionibus *habet*: confessionibus

11) de] Rat., Wirc., Fabr. *omittunt.*

12) possent] Nor.: possint

13) hic] *in* Dresd., Onold., Wim. *deest.*

14) contumeliam] Fabr.: contemptum, vel contumeliam

15) possit] Cass. 2., Onold., Wim., Rat., Wirc., Fabr.: posset

16) apud nos nihil] Fabr.: nihil apud nos Rat.: apud nos nichil

quia manifestum est [17]) nos diligentissime cauisse, ne qua [18]) noua et impia [19]) dogmata in Ecclesias nostras [20]) serperent.

Hos articulos supra scriptos, [21]) voluimus [22]) exhibere iuxta edictum C. M. [23]) in quibus confessio nostra extaret, et [24]) eorum qui [25]) apud nos docent doctrinae summa cerneretur. Si quid in hac confessione desiderabitur, parati sumus latiorem informationem, Deo volente, iuxta scripturas exhibere. [26])

Caesareae Maiest. V. [27])

Fideles et [28]) subditi. [29])

Ioannes [30]) dux Saxoniae [31]) Elector.
Georgius [32]) Marchio Brandenburgensis. [33])
Ernestus dux Luneburgensis. [34])
Philippus Landgrauius Hessorum. [35])
Ioannes [36]) Fridericus dux Saxoniae. [37])
Franciscus dux Luneburgensis. [38])
Volfgangus [39]) Princeps ab [40]) Anhalt.
Senatus Magistratusque Nurnbergensis. [41])
Senatus Reutlingensis. [42])

17) est] Rat.: et
18) qua] Rat., Wirc.: quae
19) impia] Onold.: turpia
20) in Ecclesias nostras] Rat., Wirc.: in Ecclesiis nostris
21) supra scriptos] *in* Rat., Wirc. *desunt.*
22) voluimus] Rat.: volumus
23) C. M.] Onold.: Caesareae Maiestatis
24) et] Nor.: vt
25) qui] Rat.: que (*i. q.* quae)
26) latiorem informationem — exhibere.] Fabr.: latiorem exhibere, Deo volente, iuxta scripturas informationem
27) V.] Nor., Onold., Wim., Fabr.: Vestrae, Dess. *omittit.*
28) et] Dess.: ac
29) subditi] *post hanc vocem* Rat. *pro nominibus subscriptis habet verba*: vt supra sunt memoratj. (*Confessorum enim nomina in hac latina Confessione prius in eius prooemio erant collocata, conf. supra p.* 211 sq. nota *).)

30) Ioannes] Wim.: Iohannes
31) Saxoniae] Nor., Onold., Wim.: Saxo:
32) Georgius] Nor., Wim.: Georg.
33) Brandenburgensis] Dess.: Brandenburg. Onold.: Branden:
34) dux Luneburgensis.] Dess.: Dux a linenburg Dresd., Onold., Wim.: a Lunenburg (*omissa voce*: dux) Cass. 2., Nor., Ed. ant.: a Luneburg Fabr. *omittit*: dux Luneburgensis *In* Wirc., *si apographo fides habenda est, non tantum hae voces, sed etiam nomen* Ernestus *desunt.*
35) Philippus Landgrauius Hessorum.] Dess.: Philipss Landtgraf zu hess. Cass. 2., Dresd., Wim.: Philips. L. z. Hessenn (Dresd.: z. Hessen) Nor.: Philips L z Hessen Onold.: Philippus lantgr: Hassiae Ed. ant.: Philippus dux Cattorum. Fabr.: Philippus Hassiae cum suis.
36) Ioannes] Wim.: Iohannes Onold.: Io:
37) Saxoniae] Dess., Nor., Wim.: Saxo.
38) Luneburgensis] Wim., Fabr.: Lunenburgensis Dess.: Luneburgens. Onold.: Laueburgen
39) Volfgangus] Onold., Wim.: Vuolfgangus Dess., Nor., Fabr.: Wolfgangus
40) ab] Fabr.: de
41) Senatus Magistratusque Nurnbergensis] Dess.: Magistratus Nurnberg. Onold. *pro* Nurnbergensis *habet*: Nurmbergensis
42) Reutlingensis] Dess.: Reutling. Weissenburg hailssbrunens. kempten Wienshaimens. (*conf. quae supra p.* 215 sq. *de huius Cod. subscriptionibus diximus*).

Nota. Pluribus lectionibus imprimis Codicis Wirceburgici apposui interrogationis signum eam ob causam, quod in dubio sum, utrum illae lectiones in Codice ipso vere inveniantur, an a scriba apographi errore factae sint.

Confessio latina, quam modo ex Melanthonis *Editione principe* edidi p. 263—336., illa est, quae vulgo *invariata* nominatur. Ab hac progredimur ad eiusdem auctoris Editiones latinas *variatas* quae dicuntur, cuiusmodi *tres* edidit: 1. *anno* 1531. 8°, 2. *annis* 1535—1540. 4°, 3. *annis* 1541—1542. 8°. *)

*) De *Editionibus Conf. latinae variatis* Bertramus in Wöchentl. Hallischen Anzeigen vom J. 1767. Num. 25. p. 461—465. in dissert. sua continuata: Historische Untersuchungen zum Concordienbuch, §. 14. hanc proposuit sententiam: „Bei der lateinischen Confession kann man eine vierfache Abänderung unterscheiden, an statt daß es bey der teutschen nur eine zwiefache war. Jedoch sind diese Aenderungen von ungleichem Umfang. Die erste getraue ich mich von der ersten Melanchthonischen Ausgabe selbst, und folglich auch von dem jetzigen Abdruck im Concordienbuch, der auf der wittenbergischen Ausgabe von 1531 in 4. beruhet, zu behaupten; ob sie gleich die geringste seyn mag. Die zweyte ist in der Octavedition desselben Jahres 1531. geschehen, und diese ist so lange als die unveränderte nachgedruckt worden, bis man in der zweyten lateinischen Ausgabe des Concordienbuchs 1584. die Quartedition vorgezogen, und jenes der ersten Ausgabe zum Fehler angerechnet hat. Die dritte ist die berühmte und so viel bestrittene Umarbeitung und bis aufs *duplum* gebrachte Erweiterung, die 1540. zu Worms und 1541. zu Regenspurg in den colloquiis zum Grunde gelegt und vertheidigt worden, und von welcher nach den oben angeführten Nachrichten noch zu untersuchen ist, ob sie nicht schon 1538. herausgekommen sey. Die vierte betrifft den 21sten Artikel, de cultu Sanctorum, und wird sowol im corpore doctrinae, als in der Ausgabe des Jahres 1542. gefunden, in welcher derselbe anders als im Jahr 1540. lautet; und hieraus wird es herzuleiten seyn, daß man von dieser eigentlichsten variata so oft in alten Nachrichten das Jahr 1542. an statt 1540. oder mit demselben zugleich angegeben findet. Wenigstens hat Hr. D. Feuerlein diese Aenderung nicht frühzeitiger gefunden, auch nicht mehrere bemerket." Haec et annotationibus huic §. subscriptis, et in sequent. §§. accuratius explicuit.

1. *De Melanthonis Editione anni* 1531. *octavae formae.*

Iam supra p. 247 sq. memoravi, Melanthonem, Editione principe vix publicata, Confessionem retractasse, atque ex epistola ab auctore ad Brentium d. 7. Iunii scripta illic probavi, hanc novam Editionem fere ineunte Iunio a. 1531. esse inceptam. Idem intelligitur ex hocce loco epistolae ab eodem ad Frid. Myconium d. 14. Iunii 1531. datae (in huius Corp. Vol. II. p. 506.): „Apologia mea recuditur nunc, et ego locum de iustificatione magis etiam illustrare conor; quaedam enim in solutionibus argumentorum mihi displicent.", atque affirmatur initio Praefationis ad lectores in hac Editione sic mutato: „Haec Confessio prorsus ignorantibus Principibus qui eam Caesari exhibuerunt, ab auaro aliquo typographo, *ante semestre* publicata est." Pro *ante semestre* in Praefatione Editionis principis supra p. 259 sq. recusa legitur: *ante duos menses.* Hanc alteram Melanthonis Editionem fere mense Septembri esse finitam *), colligere licet ex hocce loco epistolae ab eo ad Io. Brentium d. 30. Sept. 1531. scriptae (Corp. II. p. 547.): „Tu subtiliter et procul ex praedestinatione colligis cuilibet suum gradum distributum esse, et recte ratiocinaris. Sed ego in tota Apologia fugi illam longam et inexplicabilem disputationem de praedestinatione. Ubique sic loquor, quasi praedestinatio sequatur nostram fidem et opera. Ac facio hoc certo consilio: non enim volo conscientias perturbare illis inexplicabilibus labyrinthis. Ideo ita constituo, homines acceptos esse propter Christum, fide, hoc est autem, esse iustos. Deinde accedit legis impletio, quae habet sua praemia. Iustitia autem, hoc est acceptatio simul habet vitam aeternam, quare fides sola vivificat, cum pacificat cor. haec sunt plana et facilia intellectu, quae utrum tibi satisfaciant, velim te quam primum mihi significare." Ex his, quae spectant ad eius de iustificatione et legis impletione doctrinam in hac Editione retractatam, cognoscitur, hanc Ed. modo esse finitam, quoniam de hac retractatione tanquam de re praesenti, modo pertractata loquitur.

Haec Editio, quae solam Confessionem latinam cum Apologia complectitur, sic inscripta est:

CONFES
SIO FIDEI EX=
HIBITA INVICTISS.
Imp. Carolo V. Caeſari Aug.
in Comicijs Auguſtae.
ANNO
M. D. XXX.

Addita eſt Apologia Cõfeſsionis
Pſalm. 119.
Et loquebar de teſtimonijs
tuis in conſpectu Regum,
et non confundebar.

WITEBERGAE.

Hic titulus cinctus est figuris ligne incisis, inter quas in superiore parte caput laureatum fronde inclusum, in dextra et sinistra parte singula columna, atque in inferiore parte duo capita galeata iuxta sese posita et tribus circulis cincta conspiciuntur.

Haec Ed. continet 28 plagulas 8° minori, quarum 4½ priores, litteris a—e (e½ plag.) signatae, 36 folia non numerata, quorum ultimum album est, *Confessionem latinam*, ceterae 23½ plagg. litteris f—n, A—Q

*) Idem refert Weberus l. l. II. p. 56 his verbis: „— — so muß, nimmt man auch den längsten Termin an, die verbeßerte lateinische Octavausgabe doch noch vor Michaelis 1531 erschienen seyn."

(Q ½ plag.) signatae, 64 folia numerata, et 123 folia non numerata (post quae folium album, Q 4 sequitur) *Apologiam latinam* exhibent, quae orditur ab hocce titulo peculiari:

APOLO=
GIA
CONFES=
SIONIS.

Hic titulus cinctus est figuris aeri incisis, quarum superior pars caput coronatum, dextra et sinistra singulam columnam, inferior duos angelos continet, qui intra sese scutulum Georgii Rhaw typographi tenent, in quo sunt quatuor litterae: G litteram R circumcludens, infra quas litterae K K expressae sunt. Pars postica huius tituli aeque ac tituli illius generalis vacat. In fine Apologiae, fol. Q 3ᵇ medio legitur haecce Clausula:

IMPRESSVM VITEBERGAE
per Georgium Rhau.

M. D. XXXI.

Haec Ed. quae in meis libris est, accuratius descripta est a Webero l. l. II. p. 82 sqq. In Conventu Numburgi a. 1561. habito haec Ed. tanquam authentica subscripta, atque in Ienensis Operum latinorum Lutheri Editionis Tomo IV. Rorarii cura, (Ihenae 1558. Fol.), in Wittembergensis Operum Melanthonis Editionis, quam Peucerus curavit, Parte I., (Witebergae 1562. Fol.), in Corpore Thuringico latino (Ienae 1571. Fol.); in prima Nic. Selnecceri Editione libri latini Concordiae (Lips. 1580. 4⁰) atque in Phil. Mulleri libro lat. Concordiae (Ienae 1705. 4⁰) et alibi (de quibus alio loco disseram) recusa est.

Haec Ed. inprimis in doctrina *de iustificatione*, *de dilectione et impletione legis*, in *responsione ad argumenta adversariorum* atque in articulis XI. *de confessione*, XII. *de poenitentia* etc. retractata ac variata est.

2. *De Melanthonis Editione a.* 1535—1540. *quaternariae formae.*

Melanthon, Confessionis germanicae Editione variata anno 1533. modo finita, consilium cepit *latinae* Confessionis *iterum* retexendae. Nam d. 25. Iun. 1533. ad Ant. Corvinum sic scripsit (Corp. II. p. 657.): „In Theologicis assuefacito te ad methodum. Ad hanc, vides, me omnes controversias diligenter revocare in Romanis et in quibusdam Apologiae locis. Spero, tibi quaedam mea exempla profutura esse. *Latinam Apologiam totam* retexam.“ Voce *Apologia* enim h. l. et in sequentibus significatur Confessio, quippe quod Apologia proprie sic dicta post Editionem anni 1531. octavae formae non denuo ab auctore est retractata. Anno 1535. hoc opere occupatus fuit, id quod ex hisce epistolarum locis intelligitur: 1. epistolae ad Camerarium d. 11. Martii 1535. datae (Corp. II. p. 861.): „Recudo *Apologiam* et *locos*, et certe cupio simpliciter explicare praecipuos locos, sed ad rem tantum opus erat quadam communicatione καὶ ξυνομιλίαις. Rogo te, ut graecum Epigramma mihi componas praefigendum Apologiae, et, si libet, alterum locis.“; 2. epistolae ad Io. Lachmannum d. 25. April. 1535. scriptae (ibid. p. 871.): „Ego nunc recudo et *locos communes* et *Apologiam*, et spero me plerisque disputationibus plus luminis allaturum esse.“; 3. epistolae ad Fr. Myconium m. April. 1535. scriptae (ibid. p. 872.): „*Apologiam* recudo et fere totam novam facio, ut habeat minus Sophistices. Eduntur et *Loci communes*.“ Ob hanc et *Confessionis* et *Locorum communium* eodem anno factam retractationem Bertramus in l. *Wöchentliche Hallische Anzeigen vom J.* 1776. p. 834 sqq. recte indicat et exemplis demonstrat utrumque librum intimo nexu esse coniunctum, ut alter ex altero explicari possit. *)

*) Etiam Lindanus in *Concordia discorde* p. 183. hoc proposuit iudicium: „Anno 35. primum facta videtur esse articuli decimi depravatio.“

Ad illos epistolarum locos, ex quibus elucet, novam lat. Confessionis Editionem ab auctore *a.* 1535. *esse confectam,* accedit denique locus, qui demonstrat, *eam hoc quoque anno prodiisse.* In epistola enim ad Iustum Menium fere hoc tempore (teste quidem Bretschneidero Corp. II. p. 872 sq.) data Melanthon haec scripsit: „Mea *apologia* renata est, et melior facta in loco Iustificationis, quam lege, et scribe tuum mihi iudicium cum legeris.“ Ex his verbis patet, hunc librum illo tempore, quo haec scripsit, iam excusum et in amici manibus fuisse. Idem affirmari videtur hoc loco epistolae ad Lutherum, Ionam, Bugenhagium et Crucigerum d. 1. Nov. 1536. a Melanthone scripta,*) in qua de quibusdam suis verbis, in quibus dicebatur falsa tradidisse de doctrina operum, se purgat: „Sed cum initio viderem a multis, praesertim alibi, sic accipi hanc propositionem: Sola fide iusti sumus, in hanc sententiam, Novitate illa seu infusis donis iusti sumus (Id erat dicere, non sola fide); necesse fuit mihi, in *Apologia* transferrem rem ad imputationem gratuitam et quaedam distinctius dicere. Inde oriuntur, ut scitis, quaestiones, si tantum per misericordiam sumus accepti, ad quid igitur aut quo requiritur nova obedientia. Extant scripta. Nec defugio vestrum iudicium, ne quidem Amsdorfii. Nec unquam aliud spectavi, quam ut quam propriissime ea, quae vos docetis, explicarem, quia sciebam, multas habere incommodas de tantis rebus opiniones.“ Ex his enim item colligere licet, auctorem de loco *Confessionis variatae iam impressae* se defendere.

Ut de tempore, quo haec Editio typis descripta sit, certior fierem, omnes epistolas inde ab initio Maii 1535. usque ad finem anni 1540. in huius Corporis Vol. II. et III. accuratius perlustravi, at nullum inveni locum, in quo auctor de hac Ed. vel elaboranda vel divulganda dissereret. Ex quibus colligo, et elaborationem et impressionem eius *anno* 1535. esse finitam.

Eo magis mirandum est, quod a nemine hucusque ullum exemplum Editionis Wittembergensis latinae Confessionis anni 1535. est inventum. Exstant quidem Editiones eius duae huius anni, quarum altera *Augustae Vindelicorum* 4° **), altera *Haganoae* 8° ***) impressa est, at utraque non ad Ed. Wittembergensem adhuc desideratam, sed ad Ed. Wittembergensem anni 1531. octavae formae spectat, quippe ex qua recusa est. †)

Peucerus, gener Melanthonis, hanc novam Editionem *anno* 1538. *scriptam* esse contendit. ††) Nam in epistola dedicatoria ad Maximilianum Regem Bohemiae etc., quam Parti I. Operum Melanthonis ab ipso editorum praefixit, haec refert: „Confessionis Augustanae formulas duas inserui. Primam quae exhibita est Carolo V. Imperatori in Comitiis Augustanis anni 1530. Et postremam *scriptam Anno tricesimo octavo,* proxime ante colloquia Wormatiense et Ratisponense, quae fusiorem habet et clariorem explicationem eorum, quae in priore brevius ceu indicantur. Fuit autem posterior scripta a Philippo, mandante, recognoscente, et approbante Luthero, et necesse fuit eam scribi propter adversarios, quod multa cavillarentur illi, quae oportuit explicari, ut occasiones et argumenta talium cavillationum, si denuo ad disputationum conflictus deventum esset, eis adimerentur. Deinde quod ex priore multa mutuarentur, quibus sua pingerent, sicut res ostendit, multa eos in plerisque controversiis leniisse, usos formulis nostrorum, ut imponerent imperitis. Fuit ergo declaratione uberiore opus.“ Haec retractatio Confessionis in illa Parte I. fol. 39., ubi orditur, a Peucero sic inscripta est: „Iidem Articuli copiosius et explicatius declarati Wormatiae anno M.D.XXXX. propter adversariorum calumniosas interpretationes et Sophisticas elusiones, non mutata rerum sententia.“ †††)

Cum autem neque anni 1535., neque anni 1538. ullum exemplum Editionis Wittembergensis variatae latinae Confessionis hucusque inventum sit, progrediamur ad eius Editionem Wittembergensem anni 1540. accuratius describendam. Haec sic inscripta est:

---

*) Haec epistola in huius Corporis Vol. III. p. 179 sqq. recusa est.

**) Hanc Ed. ex Bibliotheca senat. Norimb. in manibus habeo.

***) Haec Ed. in meis libris est.

†) Conf. Feuerlinus l. l. I. p. 45. et Weberus l. l. II. p. 99 sq., ubi hae Editt. recensentur.

††) Ad eundem annum refertur a Nicol. Selneccero, qui in *libello synodorum praecipuarum* fo. 91. haec scripsit: „Anno 1538. recognita est Augustana confessio posterior, relegente et approbante Luthero, ut vivi adhuc testes affirmant, ut prorsus necesse non sit fidem habere iis, qui cavillantur discrepare exemplaria, cum tantum limnisco et fasciola opus sit notante dissimilitudinem in verbis horumque copia et non in sententia, quod Philippus in colloquio Wormatiensi Eccio obiicienti dissimilitudinem exemplorum Confessionis Augustanae respondit, rerum eandem esse sententiam, etsi quaedam alicubi in posteriore editione vel explicatiora sint propter adversarios, vel magis mitigata. Et hoc responso Eccium acquievisse constat.“

†††) Ob haec a Peucero utroque loco relata Feuerlinus l. l. I. p. 46. haesitat, an haec Ed. ad annum 1538. sit referenda. Sic enim in Editionum Confessionis recensione secundum annorum ordinem digesta l. l. scripsit: „a. 1538. Quaer., an forte hoc anno iam impressa primum fuerit Editio valde variata et corrupta, quae ad a. 1540. referri solet? Ratio mea dubitandi haec est, quod nonnunquam ad a. 1538 refertur, e. g. in Hoornbeckii Summa Controvers. p. 623 et in Indice Voluminis I. Operum Phil. Melanchthonis his verbis: Aug. Confessionis editio postrema, quae repetita est a. 1538, ante colloquia Wormatiense et Ratisponense, quamvis in Inscriptione ipsius huius mutatae Confessionis fol. 39. dicantur Iidem Articuli copiosius et explicatius declarati Wormatiae a. 1540, propter advers. calumn. interprett. etc.“

CONFESSIO

FIDEI EXHIBITA
INVICTISS. IMP. CAROLO
V. Caefari Aug. in Comicijs
AVGVSTAE.
ANNO. M. D. XXX.

Addita eft Apologia Confeffi=
onis diligenter recognita.

PSALMO. CXIX.
*Et loquebar de teftimonijs tuis in
confpectu Regum, et non con=
fundebar.*

VITEBERGAE. 1540.

Hic titulus figuris ligno incisis cinctus est. Infra titulum Davides depictus est Goliathum lapide prostratum eius gladio perfodiens; a dextra tituli conspicitur oppidum in montis pede situm, a sinistra est arx in alto monte exstructa; titulo frons aedium imposita est. Huius primi folii pars postica alba est. — Haec Editio quaternariae formae continet 45½ plagulas litteris A—Z, a—y (y 1½ plagg.) signatas, quarum 11 priores (A—L), 44 foll. num. Confessionem exhibent; reliquae 34¼ plagg. (M—Z, a—y), 137 foll. num. (ultimum folium, y 6, album est) Apologiam continent, quae huncce peculiarem titulum habet:

APOLO=
GIA
CONFES=
SIONIS.

Hic titulus cinctus est iisdem figuris ligno incisis ac titulus Apologiae germanicae Editionis principis, cuius figuras supra p. 241 sq. descripsimus. Pars postica huius tituli vacat. Apologia finitur fol. 137ᵃ (fol. y vᵃ) supra medium; in media autem pagina exstat haecce Clausula:

IMPRESSVM VITEBERGAE
per Georgium Rhau.
M. D. XL.

Fol. 137ᵇ exhibetur Praecipvorvm Articvlorvm Apologiae Catalogvs, in quo cuique articulo numerus folii, in quo orditur, adscriptus est. Ultimum folium (y 6) vacat. *)

De hac Ed. Weberus l. l. II. p. 103—107. accuratius disserit. Ab Ed. Mel. principe anni 1531. 4° atque Ed. altera a. 1531. 8° inprimis hisce differt:

1. *in titulo*, verbis: Addita est Apologia Confessionis *diligenter recognita*, quamquam Apologia huius Editionis eadem est, ac Editionis a. 1531. 8°.
2. *in ipso opere*, eo quod plurimi fidei articuli, praesertim IV. V. VI. XVIII. XX. XXI. prolixius retractati, XI. et XII. transpositi sunt atque art. X. mutatus est; item eo, quod quinque priores articulorum, in quibus recensentur abusus mutati, non solum retractati, sed etiam alio ordine dispositi sunt. Hi enim in illis prioribus Editt. Mel. sic collocati sunt: I. De utraque specie. II. De Coniugio sacerdotum. III. De Missa. IV. De Confessione. V. De discrimine ciborum. In hac vero Ed. a. 1540. eorum ordo est hicce: I. De Missa. II. De utraque specie sacramenti. III. De Confessione. IV. De discrimine ciborum et similibus traditionibus pontificiis. V. De Coniugio sacerdotum.

3. *De Melanthonis Editione a.* 1541—1542. *octavae formae.*

Illam Editionem quaternariae formae, quae *inter variatas primaria* iudicatur (quam ob rem vulgo *invariata anni* 1530. et *variata anni* 1540. sibi opponuntur) annis 1541—1542. subsecuta est *tertia variata*, quippe quae a. 1541. imprimi coepta atque a. 1542. finita est, cum hocce titulo:

CONFESSIO
FIDEI EXHIBITA IN=
VICTISS. IMP. CAROLO V.
Caefari Aug. in Comicijs
AVGVSTAE.
ANNO M. D. XXX.

Addita eft Apologia Confefsionis
diligenter recognita.
Pfalm. 119.
Et loquebar de teftimonijs tuis
in confpectu Regum, et non
confundebar.

Hic titulus est intra propylaeum ligno incisum, quod in dextra et sinistra parte singulas columnas quadratas habet, in quibus stat vir nudus altera manu sagittam, altera clypeum tenens. In dextro clypeo est Melanthonis Insigne: Anguis aheneus crucem circumplicans, in sinistro Lutheri Insigne: Rosa alba, in cuius corde est crux. Infra titulum stant duo viri nudi, altera manu clavam, altera clypeum intra eos positum tenentes, in quo est Insigne Electoris Saxonici. Huius tituli pars postica alba est. — Haec Editio formae octavae minoris continet 31½ plagulas, quarum 8 priores litteris a—h signatae, 64 foll. non num., Confessionem latinam exhibent, quae fol. h 8ᵃ finitur, fol. h 8ᵇ continet Insigne Electoris Saxonici, infra quod haec leguntur: „ERRATA *sic corrige in litera f.* | 16. *Pag. uersu* 18. *lege, habet obscuri, pieta-* | *ti et bonitati tuae etc. Deinde deletis his uerbis,* | *Et res tota posita in arbitrio eorum qui praesunt,* | *Nam. lege, Nam iniustam legem*

*) Haec Ed., quae in meis libris est, recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 46. addito hocce iudicio: „Haec est illa editio, quae maxime *variata* dici solet, et cui *non variata* opponitur. Duplo maiorem esse non variata, numerus paginarum utriusque in Operibus Melanchthonis luculenter ostendit; transpositi hic sunt art. XI et XII: in art. X omissa sunt verba: *vere adsunt, et improbant secus docentes.* Mutati etiam sunt art. XVIII et V in gratiam Synergistarum et Antinomiorum. In Praefatione tamen haec editio, aeque ac Hagenoensis et Augustana, retinet semestre ex editione Witteb. 1531. 8."

abolere guber- | *natores et possunt et debent. Et leges de celiba-* | *tu etc.«* — Sequentes $23\frac{1}{2}$ plagulae litteris A—Z, Aa (Aa $\frac{1}{2}$ plag.) signatae, 187 foll. num. (ultimum folium, Aa 4, album est) exhibent Apologiam latinam cum hocce peculiari titulo:

APOLO-
GIA
CONFES-
SIONIS.
DILIGENTER RE-
COGNITA.
ANNO XLI.

Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, quarum inferiores duo Lutheri Insignia: Agnum tenentem vexillum, et Rosam albam, in cuius corde crux est, depingunt, iuxta quae a dextrâ femina nuda, a sinistrâ vir nudus stant; supra titulum magna avis alas expandens vasi insidet. Huius tituli pars postica vacat. Haec Apologia finitur fol. 187b (Aa iijb) subscriptâ voce τέλος. Infra quam est haecce Clausula:

IMPRESSVM VITEBERGAE

per Georgium Rhau.

M. D. XLII.

Ultimum folium Aa 4 album est. *)

Haec Ed., de qua Weberus l. l. II. p. 108 sqq. disserit, a praecedenti anni 1540. differt in art. XXI. articulorum fidei, atque in hisce articulis, in quibus recensentur abusus mutati: De coniugio sacerdotum, De discrimine ciborum, et praesertim De potestate ecclesiastica.

Ut de tempore, quo haec extrema Confessionis latinae retractatio ab auctore suscepta atque edita sit, indicium quoddam invenirem, omnes annorum 1541. et 1542. epistolas eius amicorumque perlustravi, at nihil de hac Ed. inveni praeter Ioh. Brentii hoc de ea iudicium: »Ego soleo hanc posteriorem editionem Apologiae cum priori conferre, ut videam, quid mutatum sit, et invenio pleraque esse mutata. Scio autem Philippum citra iudicium nil temere mutare. Quare dum confero et expendo caussas mutationis, mirum quanto cum fructu a lectione discedam.« etc. Bretschneiderus hanc epistolam sic inscriptam: »Iohann. Brentius ad Vitum Theodorum de Confessione Augustana et huius Apologia recognita a Philip. Melanth. Anno 1541.« cui neque dies, neque annus adnotatus est, ad annum 1541. in huius Corporis Vol. IV. p. 736 sq. retulit; cum vero haec Ed., certe Apologia eius demum a. 1542. finita sit, censeo hanc epistolam ad a. 1542. esse referendam, nisi sumamus, Confessionem (quippe quae illa epistolae voce *Apologia* significatur) seiunctam anno 1541., quo verosimiliter erat excusa, ab auctore ad Brentium amicum esse missam.

Haec Ed. et aliis locis, et *Witebergae*, vivo auctore, recusa est sic inscripta:

*) Haec Ed., quae in meis libris est, recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 47. nr. 272. cum hac annotatione: „Sequitur in Confessione editionem valde variatam et corruptam 1540. 4; nisi quod recedit ab illa in art. XXI, cuius initium hic est: De veneratione Sanctorum docent; cum editio a. 1540 hoc habeat initium: Invocatio est honos." — Propter varios annorum numeros, qui in Apologiae fronte ac fine leguntur, von der Hardt in *Autogr. Luth. et al.* Tom. I. hanc Ed. bis recenset: primum p. 413. sub a. 1541., deinde p. 431. sub a. 1542. (Conf. Weber l. l. II. p. 111.).

Confessio | *fidei exhibita in*= | *victiss. Impe. Carolo V.* | *Caesari Aug. in Comicijs* | *Avgvstae.* | *Anno M. D. XXX.* | *Addita est Apologia Confessionis* | *diligenter recognita.* | *Et* | *Confessio doctri*= | *nae Ecclesiarvm Sa*= | *xonicarum scripta Anno* 1551, | *Vt Synodo Tridentinae* | *exhiberetur.* | *Psal. CXIX.* | *Et loquebar de testimonijs tuis in con*= | *spectu Regum, et non confundebar.* | *Anno M. D. LIX.* — In fine libri: *Wittembergae ex* | *officina Petri Seitz.* | *Anno M. D. LIX.* | *Idib. April.* 41½ plagg. 8⁰ min., quarum 8 priores litteris A—H signatae, 64 foll. non num., Confessionem continent, 23⅔ sequentes litteris a—z, Aa (fol. 1—3.) signatae, 187 foll. num. Apologiam cum hoc peculiari titulo: *Apolo*= | *gia* | *Confes*= | *sionis.* | (Insigne typogr.: Ionas e piscis faucibus proiectus) | *Diligenter re*= | *cognita.* | (Asteriscus) | *Anno XLI.* Seqq. plagulae Aa (fol. 4—8), Bb—Ii, Kk (fol. 1. 2.), fol. 188—257. et 2 foll. non num. exhibent Confessionem doctrinae Saxonicarum Ecclesiarum cum hoc peculiari titulo: *Sequitvr* | *Confes*= | *sio doctrinae Sa*= | *xonicarvm Ecclesiarvm* | *scripta anno Domini* | *M. D. LI. vt Synodo* | *Tridentinae* | *exhibere*= | *tvr.* | (Asteriscus) | *Psalm. CXIX.* | *Loquebar de testimonijs tuis in conspectu* | *Regum et non confundebar.* Sequentia 9 folia non num., fol. Kk iij^a—Ll 3^b continent scripta aliarum Ecclesiarum sic inscripta: *Seqvvn*= | *tvr aliarvm Ec*= | *clesiarvm et Regionvm,* | *approbatoria scripta,* | *qvibvs eadem Confes*= | *sio et approbatvr* | *et confirma*= | *tvr.*, quorum fini Clausula subiuncta est; ultimum fol. (Ll 4) album est. *)

Hanc Ed., quae Confessionem lat. ex Editione a. 1541—1542. recusam continet, h. l. eam ob causam recensui, ne quis opinetur, praeter illas tres eius Editiones ab auctore variatas prodiisse etiam quartam hic omissam.

Quamquam Melanthon in his tribus Editionibus Confessionem Editionis principis permultis locis mutavit, tamen sibi ipsi in hoc studio articulos eius magis magisque explicandi non satisfecit. In epistola enim d. 1. Sept. 1547. ad Camerarium data (Corp. VI. p. 659.) sic de illis iudicat: *Confessionem Augustanam* eo te in graecam linguam transfundere gaudeo, quia pro nostris horride scriptis, habebunt studiosi tua illa nitidius scripta, et legent plures. Te tamen optarim brevia illa κεφάλαια longioribus explicationibus ornare. Nemo tunc nos adiuvabat Et erat non exigua confusio disputationum. Nunc aliquanto aliter res easdem instituerem, et recitarem quaedam prolixius.«

Has *tres Editiones variatas* nunc denuo sic edo, ut textum *Editionis a.* 1535—1540. tanquam primariae illarum, recudendum curem, atque locos, quibus reliquae duae atque Ed. princeps ab hac differunt, in margine inferiore adscribam. In his annotationibus *Editionem principem Mel. a.* 1531. 4⁰. signabo *Ed.* 1., *Editionem a.* 1531. 8⁰. (*primam variatam*): *Ed.* 2.; *Editionem a.* 1535—1540. 4⁰. (*secundam variatam*): *Ed.* 3., *Editionem a.* 1541—1542. 8⁰. (*tertiam variatam*): *Ed.* 4.

Praefatio ad lectores in Editt. 2—4. ab Ed. 1. tantum eo differt, quod in eius principio verba: *ante duos menses* mutata sunt in: *ante semestre.* Haec enim, etsi ad solam Ed. 2. quadrant, tamen etiam in serioribus Editt. 3. 4. repetita sunt.

CONFESSIO
FIDEI EXHIBITA
INVICTISS. IMP. CAROLO
V. Caesari Aug. in Comicijs
AVGVSTAE.
ANNO. M. D. XXX.

Ex *variata* Editione Wittembergensi a. 1540. 4⁰ (Ed. 3.) recusa,
et cum Editione Mel. principe a. 1531. 4⁰ (Ed. 1.), ac *variatis*
Editionibus Wittembergensibus annorum 1531. 8⁰
(Ed. 2.) et 1541—1542. 8⁰ (Ed. 4.) collata.

PRAEFATIO AD CAESAREM CAROLVM V.

(Haec Praefatio h. l. praetermittitur eam ob causam, quod cum illa, quae supra p. 263—272. ex Ed. 1.

*) Haec Ed., quae item in meis libris est, Feuerlinum fugit. A Webero l. l. II. p. 113. nr. 2. recte inter eas Editiones recensetur, in quibus *Editio Wittembergensis a.* 1541—1542. repetita est.

recusa est, omnino congruit, exceptis duobus locis: Pag. 266. lin. 16. ex quibusdam Editionis 1. exemplis suscepta est lectio: *Quod si et caeteri*, quae etiam in Editt. 2. et 4. reperitur; in aliis Editionis 1. exemplis legitur: *Quod si caeteri* (vide p. 266. notam 50.), hanc alteram lectionem etiam Ed. 3. habet. — Pag. 269. lin. 10. 11. in Ed. 1. leguntur verba: *dominum clementem nostrum*, sic etiam in Ed. 2.; at in Editt. 3. et 4. eorum ordo sic mutatus est: *dominum nostrum clementem*.)

ARTICVLI FIDEI PRAECIPVI.

I.

Ecclesiae magno consensu apud nos docent Decretum Nicenae Synodi, de vnitate essentiae diuinae. et de tribus personis verum et sine vlla dubitatione credendum esse. Videlicet quod sit vna essentia diuina, quae et appellatur et est Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate. creator et conseruator omnium rerum, visibilium et inuisibilium, et tamen tres sint personae eiusdem essentiae, et potentiae, et coeternae, Pater, Filius et Spiritus sanctus. Et nomine personae vtuntur ea significatione, qua vsi sunt in hac causa Scriptores Ecclesiastici, vt significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie subsistit.

Damnant omnes haereses, contra hunc articulum exortas, vt Manicheos, qui duo principia ponebant, Bonum et Malum, item Valentinianos, Arrianos, Eunomianos, Mahometistas et omnes horum similes Damnant et Samosatenos, veteres et Neotericos, qui cum tantum vnam personam esse contendant, de verbo et de Spiritu sancto astute et impie rhetoricantur, quod non sint personae distinctae, sed quod verbum significet verbum vocale, et spiritus motum in rebus creatum.

II.

Item docent, quod post lapsum Adae, omnes homines [1]) naturali modo propagati, nascentes habeant peccatum originis, Intelligimus autem peccatum originis, quod sic vocant sancti patres. et omnes orthodoxi et pie eruditi in Ecclesia, videlicet reatum, quo nascentes propter Adae lapsum, rei sunt irae Dei et mortis aeternae, et ipsam corruptionem humanae naturae propagatam ab Adam. Et haec naturae humanae corruptio, defectus insticiae seu integritatis, seu obedientiae originalis, et concupiscentiam complectitur.

Estque defectus, horribilis caecitas et inobedientia, scilicet carere illa luce ac noticia Dei, quae fuerat futura in natura integra, item carere illa rectitudine, hoc est, perpetua obedientia, vera, pura ac summa dilectione Dei, et similibus donis integrae naturae Quare defectus illi et concupiscentia, sunt res damnata, et sua natura digna morte. Estque vicium originis vere peccatum, damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem, his, qui non renascuntur per Baptismum et Spiritum sanctum.

Damnant Pelagianos, qui negant peccatum originis. et sentiunt defectus illos seu concupiscentiam esse res indifferentes seu poenas tantum, nec esse res sua natura damnatas, et somniant hominem legi Dei satisfacere posse, et propter hanc propriam obedientiam coram Dec iustum pronunciari. [1])

III.

Item, docent quod verbum, hoc est filius Dei, assumpserit humanam naturam in vtero beatae Mariae virginis, ut sint duae naturae, diuina et humana, in vnitate personae inseparabiliter coniunctae, vnus Christus, vere Deus, et vere homo, natus ex virgine Maria, vere passus, crucifixus, mortuus et sepultus, vt reconciliaret nobis Patrem, et hostia esset, non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus peccatis hominum. [2]) Item descendit ad inferos, et vere resurrexit tertia die, deinde ascendit ad coelos, vt sedeat ad dextram Patris, et perpetuo regnet et dominetur omnibus creaturis. sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum Spiritu sancto, et sanctificatis det vitam aeternam. [3]) Idem Christus palam est rediturus, vt iudicet viuos, et mortuos resuscitatos, [4]) iuxta Symbolum Apostolorum.

IIII.

[5]) Vt autem consequamur haec beneficia Christi, scilicet remissionem peccatorum, iustificatio-

1) naturali modo propagati — — coram Deo iustum pronunciari] *sic* Editt. 3. 4.: Ed 2. = Ed. 1.: secundum naturam propagati — — coram Deo iustificari posse (*vide supra* p. 273. *lin.* 11. — *p.* 274. *lin.* 2.)

2) peccatis hominum.] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: hominum peccatis.

3) et sanctificatis det vitam aeternam] *sic* Editt. 3. 4., Ed. 2. = Ed. 1.: qui regat, consoletur ac viuificet eos, ac defendat aduersus diabolum, et vim peccati.

4) resuscitatos,] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: etc.

5) Vt autem consequamur — — peccatorum et vita aeterna.] *sic totus hic art.* in Editt. 3. 4. *mutatus est;* Ed. 2. = Ed. 1.: Item docent — — Roma iij] et iiij (*vide supra* p. 275 *lin.* 5—12.)

nem, et vitam aeternam, dedit Christus Euangelium, in qao haec beneficia nobis proponuntur, sicut scriptum est Lucae vltimo, Praedicari poenitentiam in nomine eius, et remissionem peccatorum inter omnes Gentes. Cum enim omnes homines naturali modo propagati habeant peccatum, nec possint vere legi Dei satisfacere, Euangelium arguit peccata, et ostendit nobis mediatorem Christum, et sic docet nos de remissione peccatorum.

Cum Euangelium arguit peccata nostra, corda perterrefacta statuere debent, quod gratis nobis propter Christum donentur remissio peccatorum, et iustificatio per fidem, qua credere et confiteri [6]) debemus, haec nobis donari propter Christum, qui pro nobis factus est hostia, et placauit patrem. Quanquam igitur Euangelium requirit poenitentiam, tamen vt remissio peccatorum certa sit, docet eam gratis donari, hoc est, non pendere ex conditione dignitatis nostrae, nec dari propter vlla praecedentia opera, aut dignitatem sequentium, Fieret enim incerta remissio, si ita sentiendum esset, tum demum nobis contingere remissionem peccatorum, postquam eam praecedentibus operibus meriti essemus, aut satis digna esset poenitentia.

Conscientia enim in veris pauoribus, nullum inuenit opus, quod possit opponere irae Dei, et Christus nobis donatus et propositus est, vt sit propiciator. Hic honos Christi non debet transferri in nostra opera, Ideo Paulus dicit, Gratis saluati estis. Item, Ideo ex fide gratis, vt sit firma promissio, hoc est, Ita erit certa remissio, cum sciemus eam non pendere ex conditione nostrae dignitatis, sed donari propter Christum. Haec est firma et necessaria consolatio, pijs et perterrefactis mentibus, Atque ita docent et S. Patres, Et extat apud Ambrosium memorabilis et insignis sententia, his verbis. Hoc constitutum est a Deo, vt qui credit in Christum saluus sit, sine opere, sola fide, gratis accipiens remissionem peccatorum.

Et fidei vocabulum, non solum cognitionem historiae de Christo significat, sed etiam credere et assentiri huic promissioni, quae est Euangelij propria, in qua propter Christum nobis promittuntur remissio peccatorum, iustificatio et vita aeterna. Nam et haec promissio ad historiam de Christo pertinet, sicut et in Symbolo additus est historiae hic articulus, Credo remissionem peccatorum. Et ad hunc articulum, reliqui de historia Christi referri debent. Nam id beneficium est finis historiae, Ideo Christus passus et resuscitatus est, vt propter ipsum nobis donarentur remissio peccatorum et vita aeterna.

6) confiteri] Ed. 4. confidere

V.

[7]) Itaque instituit Christus ministerium docendi Euangelij, quod praedicat poenitentiam et remissionem peccatorum. Estque vtraque praedicatio vniuersalis, Omnium peccata arguit, et omnibus credentibus promittit remissionem peccatorum, vt non sit incerta remissio, sed vt omnes perterrefactae mentes, sciant se debere credere, quod certo donetur nobis [8]) remissio peccatorum propter Christum, non propter nostra [9]) merita, aut dignitatem. [10]) Et cum hoc modo consolamur nos promissione seu Euangelio, et erigimus nos fide, certo consequimur remissionem peccatorum, et [11]) simul datur nobis spiritus sanctus. Nam spiritus sanctus datur et est efficax per verbum Dei et per Sacramenta. Cum Euangelium audimus aut cogitamus, aut Sacramenta tractamus, et fide nos consolamur, simul est efficax spiritus sanctus, iuxta illud Pauli ad Galatas 3. [12]) Vt promissio ex fide Iesu Christi detur credentibus. Et ad Corinthios, Euangelium est ministerium spiritus. Et ad Roma. Fides ex auditu est. Cum igitur fide nos consolamur, et liberamur a terroribus peccati per spiritum sanctum, concipiunt corda caeteras virtutes, agnoscunt vere misericordiam Dei, concipiunt veram dilectionem, verum timorem Dei, fiduciam, spem auxilij diuini, inuocationem, et similes fructus spiritus.

Damnantur illi qui de hac fide, qua remissio peccatorum accipitur, nihil docent, sed iubent conscientias dubitare, an consequantur remissionem. Et addunt hanc dubitationem non esse peccatum. Item, docent homines consequi remissionem peccatorum, propter propriam dignitatem, non docent credendum esse, quod gratis propter Christum, remissio peccatorum donetur.

Damnantur item phanatici spiritus, qui fingunt spiritum sanctum dari, aut efficacem esse, sine verbo Dei. Et ob eam causam contemnunt ministerium Euangelij et Sacramentorum, et querunt illuminationes sine verbo Dei et extra Euangelium, atque ita abducunt animos a verbo Dei, ad proprias opiniones, quod est perniciosissimum. Tales

7) Itaque instituit Christus — — et efficiunt infinitam dissipationem.] *sic totus hic art. in* Ed. 3. *mutatus est;* Ed. 4. *habet eadem verba paucis denuo mutatis* (*vide notas seqq.* 8—12.) Ed. 2. = Ed. 1.: Vt hanc fidem — — preparationes et opera. (*vide supra p.* 275. *lin.* 14. — *p.* 276. *lin.* 3.).

8) nobis] Ed. 4.: ipsis

9) nostra] Ed. 4.: ipsorum

10) dignitatem.] *post hanc vocem* Ed. 4. *addit*: Hi omnes certo consequuntur remissionem peccatorum.

11) certo consequimur remissionem peccatorum, et] *in* Ed. 4. *h. l. omissa sunt ob illa verba paulo superiori loco addita.*

12) 3.] Ed. 4.: tertio,

olim fuerunt, Manichaei, Enthusiastae. et nunc sunt Anabaptistae. Huiusmodi furores constanter damnamus, Abolent enim verum vsum verbi Dei et falso somniant sine verbo Dei accipi spiritum sanctum, et freti suis opinionibus comminiscuntur impia dogmata, et efficiunt infinitam dissipationem. 7)

VI.

[13]) Item docent, quod cum fide reconciliamur, necessario sequi debeat, iusticia bonorum operum, quae Deus nobis mandauit, sicut et Christus praecepit. Si vis in vitam ingredi, serua mandata. Sed quia tanta est infirmitas humanae naturae, vt nemo legi satisfacere possit, necesse est docere homines, non solum quod legi obediendum sit, sed etiam quomodo placeat haec obedientia, ne conscientiae incidant in desperationem, cum intelligant [14]) se non satisfacere legi. Placet igitur haec obedientia, non quia legi satisfacit, Sed quia persona est in Christo reconciliata fide, et credit sibi reliquias peccati condonari. Semper igitur sentiendum est, nos consequi remissionem peccatorum, et personam pronunciari iustam, id est acceptari gratis propter Christum, per fidem. Postea vero placere etiam obedientiam erga legem et reputari quandam iusticiam, et mereri praemia. Non enim potest conscientia opponere iudicio Dei propriam mundiciem aut opera, sicut Psalmus testatur, Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur coram te omnis viuens. Et Ioannes ait, Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Si confiteamur peccata nostra fidelis et iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, Et Christus inquit, Cum feceritis omnia, dicite, serui inutiles sumus. Postquam autem persona reconciliata et iusta fide, id est, accepta est, placet et obedientia et reputatur esse quaedam iusticia. Sicut Ioannes inquit. Omnis qui in eo manet non peccat Et 2. Corinth. primo. [15]) Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae.

Ac debet haec obedientia repugnare prauis cupiditatibus et subinde spiritualibus exercitijs fieri purior, et cauere, ne quid committamus contra conscientiam, Iuxta illud, Summa legis est dilectio ex puro corde et conscientia bona, et fide non ficta. Qui vero obtemperant prauis cupiditatibus et agunt contra conscientiam, versantur in peccatis mortalibus, nec fidei iusticiam, nec iusticiam bonorum operum retinent. Iuxta illud Pauli, Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. [15])

VII.

Item docent, quod vna sancta Ecclesia perpetuo mansura sit. Est autem [16]) Ecclesia Christi proprie, congregatio [17]) membrorum Christi, hoc est, sanctorum, qui vere credunt et obediunt Christo, etsi in hac vita huic congregationi multi mali et hypocritae admixti sunt, vsque ad nouissimum iudicium. Habet autem Ecclesia proprie dicta, signa sua, scilicet puram et sanam Euangelij doctrinam, et rectum vsum Sacramentorum. [16]) Et ad veram vnitatem Ecclesiae satis est consentire de doctrina Euangelij, et administratione Sacramentorum. Nec necesse est vbique similes esse [18]) traditiones humanas, seu ritus ab hominibus institutos. [19]) Sicut et Paulus docet, cum ait. Vnus Dominus, vna fides, [20]) vnum Baptisma, vnus Deus et pater omnium. etc.

VIII.

[21]) Cum autem in hac vita admixtae [22]) sint Ecclesiae multi mali et hypocritae, qui tamen societatem habent externorum signorum cum Ecclesia, [21]) licet vti Sacramentis quae per malos administrantur, iuxta vocem Christi, Sedent scribae et Pharisei in Cathedra Moisi, [23]) etc. Et Sacramenta et verbum Dei [24]) propter ordinationem et mandatum Christi sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas et similes, qui negabant licere populo [25]) vti ministerio malorum in Ecclesia, et sentiebant ministerium malorum inutile et inefficax esse.

---

13) Item docent, quod cum fide — — regnum Dei non possidebunt.] *sic totus hic art. mutatus legitur in* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: Item docent, quod fides — — accipiens remissionem peccatorum. (*vide supra p.* 276. *lin.* 5—16.)

14) intelligant] Ed. 4.: intelligunt

15) primo.] Ed. 4. 1

16) Ecclesia Christi proprie, — — rectum vsum Sacramentorum.] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: Ecclesia congregatio sanctorum, in qua Euangelium recte docetur, et recte administrantur Sacramenta.

17) Christi proprie, congregatio] Ed. 4.: Christi, proprie congregatio

18) similes esse] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: esse similes

19) ritus ab hom. institutos.] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: ritus aut ceremonias ab hom. institutas.

20) Sicut et Paulus — vna fides,] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: Sicut inquit Paulus, Vna fides,

21) Cum autem in hac vita — — signorum cum Ecclesia,] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2 = Ed. 1.: Quanquam Ecclesia proprie sit congregatio sanctorum, et vere credentium, tamen cum in hac vita multi hypocritae et mali admixti sint,

22) admixti] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: admixtae

23) Moisi] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: Mosi

24) verbum Dei] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: verbum

25) licere populo] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: licere

IX.

De Baptismo docent, quod necessarius sit [26]) ad salutem, tanquam ceremonia a Christo instituta. [27]) Et quod [28]) per Baptismum offeratur gratia Dei, Et quod infantes [29]) sint baptizandi, Et quod Infantes per baptismum Deo commendati, recipiantur [30]) in gratiam Dei, [31]) et fiant filij Dei, sicut Christus testatur, loquens de paruulis in Ecclesia Matth. xviij. Non est voluntas patris vestri qui in coelis est, vt pereat vnus ex paruulis istis. [31])

Damnant Anabaptistas, qui improbant Baptismum infantum, [32]) et affirmant infantes [32]) sine Baptismo et extra Ecclesiam Christi [33]) saluos fieri.

X.

De Coena Domini docent, [34]) quod cum pane et vino vere exhibeantur corpus et sanguis Christi, vescentibus in Coena Domini. [34])

XI. [35])

De Poenitentia docent, quod lapsis post Baptismum contingere possit remissio peccatorum, quocunque tempore, cum conuertuntur. Et quod Ecclesia talibus, redeuntibus ad Poenitentiam, impertire absolutionem [36]) debeat.

Constat autem Poenitentia, hoc est, conuersio impij, [37]) proprie his duabus partibus. Altera est contritio, hoc est [38]) terrores incussi conscientiae agnito peccato, [39]) in quibus et iram Dei agnoscimus, et dolemus nos peccasse, et peccata detestamur ac fugimus. Sicut Ioel concionatur, Scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, et conuertimini ad Dominum Deum vestrum, etc. [39]) Altera pars [40]) est fides, quae concipitur ex Euangelio seu Absolutione, et credit propter Christum certo remitti [41]) peccata et consolatur conscientiam, et ex terroribus liberat. [42]) De qua fide Paulus loquitur, cum ait, Iustificati fide, pacem habemus. [42]) Deinde sequi debent boni fructus poenitentiae [43]), [44]) hoc est, obedientia erga Deum, iuxta illud. Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus, Si enim secundum carnem viuetis, moriemini, Sed si spiritu actiones corporis mortificabitis, viuetis. [44])

[45]) Damnant Nouatianos, qui nolebant absoluere eos, qui lapsi post baptismum, redibant ad poenitentiam.

Damnant et illos, qui non docent remissionem peccatorum per fidem gratis propter Christum contingere, Sed contendunt remissionem peccatorum contingere propter dignitatem contricionis, dilectionis, aut aliorum operum, et iubent dubitare conscientias in poenitentia, an consequantur remissionem, et affirmant hanc dubitationem non esse peccatum.

Damnant et istos, qui Canonicas satisfactiones docent necessarias esse ad redimendas poenas aeternas aut poenas purgatorij, et si fatemur bonis operibus mitigari presentes calamitates, sicut Esaias docet, Capi. 58. Frange esurienti panem tuum, etc. Et requiem tibi dabit Dominus semper. Reijciunt et indulgentias, qui sunt condonationes commenticiarum satisfactionum. [46])

---

26) necessarius sit] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 2. = Ed. 1.: sit necessarius

27) tanquam ceremonia a Christo instituta.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt*, *in* Editt. 1. 2. *non leguntur.*

28) Et quod] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: quodque

29) infantes] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: pueri

30) Et quod infantes per bapt. Deo comm., recipiantur] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: qui per Baptismum oblati Deo recipiantur

31) et fiant filii Dei, — — ex paruulis istis.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt*, *in* Editt. 1. 2. *non exstant.*

32) infantum . . . infantes] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: puerorum . . . pueros

33) et extra Ecclesiam Christi] *in* Editt. 3. 4. *inserta sunt*, *in* Editt. 1. 2. *desunt.*

34) quod cum pane — — in Coena Domini.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: quod corpus et sanguis Christi vere adsint, et distribuantur vescentibus in coena Domini, et improbant secus docentes.

35) XI.] *Articulus in* Editt. 3. 4. *numero* XI. *insignitus*, *in* Editt. 1. 2. *habet numerum* XII.

36) impertire absolutionem] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: absolutionem impartiri

37) hoc est, conuersio impij,] *haec*, *quae in* Editt. 1. 2. *non leguntur*, *in* Editt. 3. 4. *inserta sunt.*

38) hoc est] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: seu

39) in quibus et iram — — Deum vestrum, etc.] *in* Editt. 3. 4. *addita sunt*, *in* Editt. 1. 2. *nondum exstant.*

40) Altera pars] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Altera

41) certo remitti] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: remitti

42) De qua fide — pacem habemus.] *in* Editt. 3. 4. *inserta sunt.*

43) boni fructus poenitentiae,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.

44) hoc est, obedientia — — mortificabitis, viuetis.] *haec addita sunt in* Editt. 3. 4.

45) Damnant Nouatianos, — — possint iterum peccare.] *sic* Ed. 3. *et* (*uno loco excepto, vide notam* 46.) *etiam* Ed. 4.; Ed. 1. *pro his habet verba*: Damnant Anabaptistas, qui — — sed iubent nos mereri gratiam per satisfactiones nostras. (*vide supra p.* 279. *lin.* 3—19.) Ed. 2. *habet eadem verba ac* Ed. 1., *exceptis extremis*: sed iubent — satisfactiones nostras., *quae in hac* Ed. 2. *sic mutata sunt*: sed docent remissionem peccatorum contingere propter nostram dilectionem et opera. Reijciuntur et isti qui Canonicas satisfactiones docent necessarias esse ad redimendas poenas aeternas, aut poenas purgatorij.

46) Reijciunt et indulgentias, qui sunt cond. comm. satisfactionum.] *haec in* Ed. 4. *omissa sunt.*

Damnant et Anabaptistas, qui negant semel iustificatos, iterum posse amittere Spiritum sanctum. Damnant et illos, qui contendunt aliquibus tantam perfectionem in hac vita contingere, vt ne quidem possint iterum peccare. [45])

XII. [47])

De Confessione peccatorum [48]) docent, quod Absolutio priuata in Ecclesijs retinenda sit, quanquam in Confessione non sit necessaria delictorum [49]) enumeratio. [50]) Est enim impossibilis enumeratio omnium delictorum, iuxta illud, [50]) Delicta quis intelligit?

XIII.

De vsu Sacramentorum docent, Sacramenta instituta esse, non modo vt sint notae professionis inter homines, sed multo magis, [51]) vt sint signa et testimonia voluntatis Dei erga nos, proposita ad excitandam et confirmandam fidem in his qui vtuntur eis. [52]) Itaque vtendum est Sacramentis ita, vt accedat fides [53]) quae credat promissionibus, quae per Sacramenta exhibentur et ostenduntur. [54]) Hac fide accipimus promissam gratiam, quam Sacramenta significant, et spiritum sanctum. [54])

[55]) Damnant igitur Pharisaicam opinionem, quae obruit doctrinam de fide, nec docet fidem in vsu Sacramentorum requiri, quae credat propter Christum nobis gratiam dari. Sed fingit homines iustos esse propter vsum Sacramentorum ex opere operato, et quidem sine bono motu vtentium. [55])

XIIII.

De Ordine Ecclesiastico docent, quod nemo debeat in Ecclesia publice docere aut Sacramenta administrare, nisi rite vocatus, [56]) Sicut et Paulus praecipit Tito, vt in ciuitatibus presbyteros constituat. [56])

XV.

[57]) De ritibus Ecclesiasticis, qui sunt humana autoritate instituti, docent, ritus illos seruandos esse, qui sine peccato seruari possunt, et ad tranquillitatem et bonum ordinem in Ecclesia conducunt, vt certae feriae, certae cantiones piae, et alij similes ritus.

Sed de hoc ipso genere docent, non esse onerandas conscientias superstitiosis opinionibus, hoc est, non est sentiendum, ordinationes illas humanas esse iusticiam coram Deo, aut mereri remissionem peccatorum, aut cultus necessarios esse ad iusticiam Euangelij, Sed sentiendum est, quod sint res adiaphorae, quae extra casum scandali omitti possint, Sed illi peccant, qui cum scandalo eas violant, vt qui suarum Ecclesiarum tranquillitatem temere perturbant, etc.

Reijciuntur igitur traditiones, quae sine peccato non possunt obseruari, vt traditio de coelibatu. Reijcitur et impia opinio, de traditionibus et votis, in qua fingitur, cultus humana autoritate excogitatos, mereri remissionem peccatorum, esse satisfactiones pro peccatis, etc. Cuiusmodi falsae persuasiones de votis, de certis ieiunijs, etc. in Ecclesia ab indoctis sparsae sunt. [57])

XVI.

De rebus ciuilibus docent, quod legitimae ordinationes ciuiles, sint bona opera et ordinationes Dei, [58]) sicut Paulus testatur. Quae sunt potestates, a Deo ordinatae sunt. Docent igitur, [59]) quod Christianis liceat magistratus gerere, [60]) exercere iudicia, iudicare res ex Imperatorijs et alijs praesentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iusiurandum postulantibus magistratibus dare, contrahere legitima coniugia, artes probatas legibus exercere. [61])

---

47) XII] *Articulus, qui in* Editt. 3. 4. *hunc numerum* XII. *habet, in* Editt. 1. 2. *numero* XI. *signatus est.*

48) Confessione peccatorum] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: confessione

49) delictorum] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: omninm delictorum

50) Est enim impossibilis — iuxta illud,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Est enim impossibilis iuxta Psalmum.

51) multo magis,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: magis

52) proposita ad excitandam . . . in his qui vtuntur eis.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ad excitandam . . . in his qui vtuntur proposita.

53) accedat fides] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: fides accedat,

54) Hac fide accipimus — et spiritum sanctum.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt.*

55) Damnant igitur Pharisaicam — — bono motu vtentium.] *sic* Editt. 3 4.; Editt. 1. 2.: Damnant igitur illos — — remitti peccata. (*vide supra* p. 280. *lin.* 4 –7.).

56) Sicut et Paulus — presbyteros constituat.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt.*

57) De ritibus Ecclesiasticis, qui — — ab indoctis sparsae sunt.] *sic totus hic art. in* Editt. 3. 4. *mutatus est*; Editt. 1. 2.: De ritibus Ecclesiasticis docent — — et contra Euangelium. (*vide supra* p. 280. *lin.* 13. — p. 281. *lin.* 6.)

58) bona opera et ordinationes Dei,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: bona opera Dei,

59) sicut Paulus testatur. — Docent igitur,] *haec in* Editt. 3. 4. *inserta sunt.*

60) magistratus gerere,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: gerere Magistratus,

61) contrahere legitima coniugia, artes probatas legibus exercere.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ducere vxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas qui interdicunt haec ciuilia officia Christianis.

Damnant et illos qui Euangelicam perfectionem [62]) collocarunt in desertione ciuilium officiorum, cum Euangelica perfectio sit spiritualis, hoc est, consistat in motibus cordis, in timore Dei, fide, dilectione, obedientia. Euangelium enim concionatur de quadam aeterna iusticia cordis, Nec abolet interim politiam aut Oeconomiam. Sed maxime postulat eas in hac vita corporali conseruari, tanquam ordinationes Dei, et in talibus ordinationibus exercere caritatem. Itaque Christiani necessario debent obedire praesentibus magistratibus ac legibus, [62]) nisi cum iubent peccare, Tunc enim magis debent obedire Deo quam hominibus, Actorum. 4. [63])

XVII.

Item docent, quod Christus apparebit in consummatione mundi, ad iudicandum. et mortuos omnes resuscitabit, et hominibus pijs [64]) dabit vitam aeternam et gaudia perpetua, [65]) Impios autem homines et [66]) diabolos condemnabit, vt sine fine crucientur.

[67]) Damnamus Anabaptistas, qui nunc Iudaicas opiniones spargunt, fingunt ante resurrectionem, [68]) pios regna mundi occupaturos esse, vbique deletis aut oppressis impijs. Scimus enim quod pij debeant obedire praesentibus magistratibus, non eripere eis imperia, non dissipare politias per seditionem, quia Paulus precipit, Omnis anima magistratui suo subdita sit, Scimus item, quod Ecclesia in hac vita subiecta sit cruci, et primum post hanc vitam glorificabitur, Sicut Paulus inquit, Oportet nos similes fieri imaginis filij Dei, Quare Anabaptistarum amentiam [69]) et diabolicum furorem prorsus damnamus et execramur.

Damnamus et Origenistas, qui finxerunt Diabolis et damnatis finem poenarum futurum esse. [67])

XVIII.

De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam ciuilem iusticiam, et deligendas [70]) res rationi subiectas, Sed non habet [71]) vim sine Spiritu sancto efficiendae iusticiae spiritualis, [72]) quia Paulus dicit, Animalis [73]) homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei, [74]) Et Christus dicit, Sine me nihil potestis facere, Efficitur autem spiritualis iusticia in nobis, cum adiuuamur a spiritu sancto. Porro Spiritum sanctum concipimus, cum verbo Dei assentimur, vt nos fide in terroribus consolemur, Sic ut Paulus docet cum ait, Vt promissionem spiritus accipiatis per fidem. [74]) Haec totidem verbis dicit Augustinus libro tertio Hypognosticon.

Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in ijs quae ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certe peragere, sed tantum in operibus vitae praesentis, tam bonis, quam malis, Bonis dico, quae de bono naturae oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare et bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, vxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad praesentem pertinet vitam, quae omnia non sine diuina gubernatione [75]) subsistunt, imo ex Deo [76]) et per ipsum sunt et esse ceperunt. Malis vero dico, vt est, velle idolum colere, velle homicidium etc. [77]) Haec Augustini sententia preclare docet, quid libero arbitrio tribuendum sit, et diserte discernit ciuilem disciplinam seu exercitia rationis humanae, a spiritualibus motibus, vero timere, pacientia, constantia, fide, inuocatione, in asperrimis tentationibus inter insidias

---

62) collocarunt in desertione — — magistratibus ac legibus,] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 1.: non collocant in timore Dei et fide, — — Magistratibus suis et legibus. (*vide supra p.* 282. *lin.* 18. — *p.* 283. *lin.* 1.). Ed. 2. *cum* Ed. 1. *omnino congruit exceptis verbis*: Politiam aut Oeconomiam, *quae in* Ed. 2. *mutata sunt in*: Politiam et Oeconomiam,

63) Actorum. 4.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Act. v.

64) et hominibus pijs] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: pijs et electis

65) gaudia perpetua,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: perpetua gaudia,

66) et] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ac

67) Damnamus Anabaptistas, qui — — finem poenarum futurum esse.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Damnant Anabaptistas, qui — — vbique oppressis impijs. (*vide supra p.* 282. *lin.* 11—16.).

68) resurrectionem,] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: resurrexionem,

69) amentiam] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typ. err.*: amentium

70) deligendas] *sic recte* Editt. 1. 2. 4.; Ed. 3. *typ. err.*: diligendas

71) habet] *sic* Editt. 1. 3. 4.; Ed. 2.: habeat

72) iusticiae spiritualis,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: iusticiae Dei, seu iusticiae spiritualis,

73) quia Paulus dicit, Animalis] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: quia animalis

74) Et Christus dicit, Sine — — accipiatis per fidem.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: sed haec fit in cordibus, cum per verbum spiritus sanctus concipitur.

75) diuina gubernatione] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: diuino gubernaculo

76) ex Deo] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ex ipso

77) Haec Augustini sententia — — adiuuat infirmitatem nostram.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt*.

Diaboli, in terroribus peccati, In his certe opus est, regi nos et iuuari a Spiritu sancto, Sicut Paulus inquit, Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. [77])

Damnamus [78]) Pelagianos et similes, [79]) qui docent, quod sine Spiritu sancto, solis naturae viribus possimus Deum super omnia diligere, legem Dei facere, [80]) quo ad substantiam actuum. [81]) Haec somnia ingenue et necessario reprehendimus, obscurant enim beneficia Christi, Nam ideo proponitur in Euangelio mediator Christus, et promittitur misericordia, quia humana natura non potest satisfacere legi, Sicut Paulus testatur, cum ait Rom. 8. Sensus carnis inimicicia est aduersus Deum, Legi enim Dei non est subditus, ac ne potest quidem subijci. [81]) Quanquam enim externa opera aliquo modo potest efficere humana natura per sese, [82]) potest enim continere manus a furto, a cede, tamen interiores motus, [83]) vt, verum timorem, veram fiduciam, patientiam, castitatem, non potest efficere [83]), [84]) nisi Spiritus sanctus gubernet et adiuuet corda nostra. Et tamen in hoc loco illud etiam docemus, Dei mandatum esse, vt etiam carnales cohereeantur diligentia rationis et illa ciuili disciplina, sicut Paulus inquit, Lex est paedagogus in Christum. Item, Lex est iniustis posita. [84])

XIX.

De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat et conseruat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli et impiorum hominum, [85]) quae auertit se a Deo, ad alias res contra mandata Dei, Ideo Christus inquit de Diabolo, [86]) Cum loquitur mendacium, ex proprijs [87]) loquitur.

XX.

[88]) Quod aduersarij criminantur nos, negligi a nobis doctrinam de bonis operibus, manifesta calumnia est. Extant enim libri nostrorum, in quibus pie et vtiliter docent de bonis operibus, quae opera in qualibet vocatione Deo placeant, Cumque in Ecclesijs magnum olim fuerit silentium de precipuis operibus, scilicet de exercicijs fidei, et de laude politicorum operum, et magna ex parte consumerentur omnes conciones in laudibus traditionum humanarum, in ferijs, ieiunijs, Monachatu, fraternitatibus, peregrinationibus, cultu sanctorum, Rosarijs et alijs inutilibus cultibus ornandis, nunc Dei beneficio reuocatur Ecclesia ad veros, et vtiles cultus, quos Deus probat et requirit. Prophetae grauissimis concionibus deplorant hanc Ecclesiae calamitatem, quod veris cultibus extinctis, in Ecclesia regnaturae sint humanae ceremoniae et impia fiducia ceremoniarum. Et ab hoc errore reuocant Ecclesiam ad veros cultus, ad vere bona opera. Quid potest dici grauius concione illa Psalmi 49. Deus Deorum Dominus locutus est, et vocauit terram, Hic Deus vniuerso generi humano concionatur, damnat ceremoniarum fiduciam, et alios cultus proponit, et significat se valde irasci his, qui in Ecclesia ita praedicant ceremonias, vt veros cultus obruant, Similes extant multae conciones in Prophetis, vt Esaiae 58. Et Zachariae 7. et Micheae 6. et Oseas clamitat, Misericordiam volo, non sacrificium, et noticiam Dei plus quam holocausta. Nec obscurum est, multos bonos et doctos viros etiam ante hanc aetatem desiderasse doctrinam de consolatione conscienciarum et de operum discrimine meliorem. Debet enim in Ecclesia extare vtraque doctrina, videlicet Euangelium de fide, ad erudiendas et consolandas consciencias, debet etiam proponi, quae sint vere bona opera, qui sint veri cultus Dei. Sed aduersarij, quia corrumpunt doctrinam de fide, primum

---

78) Damnamus] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 1. 2.: Damnant

79) similes] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: alios

80) legem Dei facere,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Item praecepta Dei facere,

81) Haec somnia ingenue — — ne potest quidem subijci.] *in* Editt. 3. 4. *addita sunt.*

82) potest efficere humana natura per sese,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: efficere natura possit,

83) vt, verum timorem — non potest efficere,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: non potest efficere, vt timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, pacientiam etc.

84) nisi Spiritus sanctus gubernet — — Lex est iniustis posita.] *haec in* Editt. 3. 4. *addita sunt.*

85) malorum hominum] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: malorum

86) quae auertit se a Deo — inquit de Diabolo,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: quae non adiuuante Deo, auertit se a Deo, sicut Christus ait Ioan. viij.

87) ex proprijs] *sic* Editt. 3. 4.: Editt. 1. 2.: ex seipso

88) Quod aduersarij criminantur nos, — — et quomodo sint meritorij.] *sic totus hic art. in* Editt. 3. 4. *mutatus est*; Ed. 1. *habet verba*: Falso accusantur nostri, — — nihil est innoxium. (*vide supra p.* 284. *lin.* 13. — *p.* 289. *lin.* 20.). Ed. 2. *cum* Ed. 1. *omnino congruit exceptis hisce quatuor locis*: 1) *Pro verbis*: Docent nos non tantum — — quam vetus ipsorum doctrina. (*quae exstant p.* 285. *lin.* 9—14.) *in* Ed. 2. *leguntur haec*: Etsi non desinunt obscurare doctrinam fidei cum relinquunt dubias conscientias, et iubent mereri remissionem peccatorum operibus. Nec docent quod sola fide propter Christum certo accipiamus remissionem peccatorum. 2) *Verba* Editionis 1.: mediator et propiciatorium, (*vide supra p.* 286. *lin.* 4.) *in* Ed. 2. *mutata sunt in*: mediator et propiciator, 3) *Verba* Ed. 1.: inuocat eum (*vide supra p.* 288. *lin.* 7.) *in* Ed. 2. *sic aucta sunt*: diligit et inuocat eum. 4) *Pro verbis* Ed. 1.: remissio peccatorum ac gratia. (*vide supra p.* 288. *lin.* 20.) *in* Ed. 2. *leguntur haec*: remissio peccatorum et pax conscientiae.

non possunt conscientijs firmam consolationem proponere, Iubent enim dubitare de remissione peccatorum. Et tamen postea iubent querere remissionem per propria opera, affingunt Monachatus, et alia opera. Deinde abolent et veros cultus, Nam inuocatio et caetera spiritualia exercitia excutiuntur animis, non confirmatis fiducia Christi. Preterea nec placent Deo opera secundae tabulae, nisi fides accedat, quod propter Christum placeat haec inchoata et imperfecta obedientia. Tertio obscurant opera a Deo mandata, et longe anteferunt humanas traditiones, Has ornant speciosissimis titulis, Vocant eas Euangelicam perfectionem, Interim de officijs vocationis, magistratu, coniugio, ita frigide docuerunt, vt multi graues viri dubitauerint, an haec vitae genera placerent Deo, Itaque concionatores nostri, bono studio, vtrumque doctrinae genus illustrauerunt, Proponunt Euangelium de fide, et addunt piam doctrinam de operibus.

DE FIDE.

Primum igitur de fide et iustificatione sic docent, Christus apte complexus est Summam Euangelij, cum Lucae vltimo, iubet predicari in nomine suo poenitentiam et remissionem peccatorum. Nam Euangelium arguit peccata, et requirit poenitentiam, et simul offert remissionem peccatorum propter Christum, gratis, non propter nostram dignitatem. Et sicut vniuersalis est poenitentiae predicatio, ita et promissio gratiae vniuersalis est, et omnes credere iubet et accipere beneficium Christi, sicut Christus inquit, Venite ad me omnes qui onerati estis. Et Paulus ait, Diues est in omnes etc. Quanquam igitur contritio aliqua, seu poenitentia, necessaria est, tamen sentiendum est donari nobis remissionem peccatorum, et fieri nos ex iniustis iustos, id est, reconciliatos seu acceptos et filios Dei gratis, propter Christum, non propter dignitatem contritionis aut aliorum operum precedentium aut sequentium, Sed fide hoc beneficium accipiendum est, qua credere nos oportet, quod propter Christum nobis donentur remissio peccatorum et iustificatio. Haec sententia firmam consolationem perterrefactis mentibus affert. Et quam necessaria sit Ecclesiae, peritae conscienciae facile iudicare possunt. Et nihil habet absurdi, nihil perplexum, nihil Sophisticum. Non est hic opus disputationibus de predestinatione aut similibus. Nam promissio est vniuersalis, et nihil detrahit operibus, imo exuscitat ad fidem, et vere bona opera. Nam remissio peccatorum transfertur a nostris operibus ad misericordiam, vt sit beneficium certum, non vt nos nihil agamus, Sed multo magis, vt sciamus, quomodo placeat Deo nostra obedientia in tanta infirmitate nostra. Hanc sententiam, qua et illustratur honos Christi, et pijs mentibus consolatio dulcissima et firmissima proponitur, quae veram misericordiae [89] diuinae cognitionem continet, et veros cultus, et aeternam vitam parit, aspernari ac damnare, plus quam Pharisaica coecitas est. Olim cum haec consolatio non proponeretur, multae pauidae conscienciae mederi sibi conabantur operibus, alij confugiebant ad monasticam vitam, alij alia opera eligebant, quibus mererentur remissionem peccatorum et iustificationem, Sed nulla est firma consolatio praeter hanc doctrinam Euangelij, quae iubet credere, quod gratis nobis propter Christum donentur remissio peccatorum et iustificatio, Estque haec tota doctrina comparata ad verum illud certamen perterrefactae conscientiae.

Sed addemus aliquot testimonia. Paulus Rom. 3. Iustificamur gratis ipsius gratia, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propiciatorem, per fidem in sanguine suo.

Roma. 4. Ei autem qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iusticiam.

Ephes. 2. Gratia saluati estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. In his sententijs et similibus, diserte docet Paulus, gratis nobis donari remissionem peccatorum et iustificationem, non propter nostrorum operum dignitatem. Et in capite quarto ad Romanos, copiose disputat, quare hac consolatione nobis opus sit, Si enim promissio penderet ex dignitate nostrorum operum, fieret incerta, Vt igitur aduersus terrores peccati et mortis, habeamus certam et firmam consolationem, et fides consistere possit, necesse est eam sola misericordia niti, et non nostra dignitate, Propterea Paulus inquit, Ideo ex fide secundum gratiam, vt sit firma promissio, Neque enim opponi iudicio Dei possunt opera nostra, iuxta illud, Si iniquitates obseruaueris, quis sustinebit? Ideoque mediator nobis donatus est, Christus, Nec transferendus est eius honos in nostra opera.

Cum igitur dicimus, fide iustificamur, non hoc intelligimus, quod iusti simus propter ipsius virtutis dignitatem, [90] Sed haec est sententia, Consequi nos remissionem peccatorum et imputationem iusticiae per misericordiam propter Christum, Verum haec misericordia non potest accipi nisi fide,

89) misericordiae] *sic* Ed. 4.; Ed. 3.: misericordie

90) dignitatem,] *sic* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: dignitaten,

Et fides hic non tantum historiae noticiam significat, sed significat credere promissioni misericordiae quae nobis propter mediatorem Christum contingit. Et cum hoc modo fides intelligitur de fiducia misericordiae, non dissentiunt inter se Iacobus et Paulus. Quod enim inquit Iacobus, Daemones credunt et contremiscunt, intelligit fidem de noticia historiae, haec non iustificat, Norunt enim historiam etiam impij ac diaboli, Paulus vero, cum inquit, Fides reputatur ad iusticiam etc. loquitur de fiducia misericordiae promissae propter Christum, Estque sententia, Homines iustos pronunciari, id est, reconciliari, per misericordiam, non propter dignitatem propriam. Sed hanc misericordiam promissam propter Christum, oportet fide accipi, Iam bonas mentes nihil offendet nouitas huius Paulinae figurae, Fide iustificamur, Si intelligant proprie de misericordia dici, eamque veris et necessarijs laudibus ornari. Quid potest enim esse gratius conscienciae afflictae ac pauidae, in veris doloribus, quam audire, hoc esse mandatum Dei, hanc esse vocem sponsi Christi, vt statuant certo donari remissionem peccatorum seu reconciliationem, non propter nostram dignitatem, sed gratis per misericordiam, propter Christum, vt beneficium sit certum. Significat autem iustificatio in his Pauli sententijs, remissionem peccatorum, seu reconciliationem seu imputationem iusticiae, hoc est, acceptationem personae.

Nec afferimus nonum dogma in Ecclesiam. Nam hanc de fide doctrinam scriptura copiose tradit, Et Paulus hunc locum precipue tractat in aliquot Epistolis, Et docent idem S. Patres. Sic enim inquit Ambrosius de vocatione gentium, Vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiae Dei humanorum operum praerogatiua succumberet, si iustificatio quae fit per gratiam, meritis praecedentibus deberetur, vt non munus largientis, sed merces esset operantis. Et multae sunt integrae, hac de re, apud Augustinum, disputationes, Huius haec sunt verba. Quandoquidem per legem ostendit homini infirmitatem suam, vt ad eius misericordiam per fidem confugiens, sanaretur, Dictum est enim quod legem et misericordiam in lingua portet, Legem scilicet, qua reos faciat superbos. Misericordiam vero, qua iustificet humiliatos. Iusticia ergo Dei per fidem Iesu Christi in omnes qui credunt etc.

Et Synodus Milenitana scribit. Nonne satis ostenditur hoc actum esse per legem, vt peccatum cognosceretur, et sic aduersus victoriam peccati ad diuinam gratiam, quae in promissionibus proposita est, confugeretur, vt ad liberationem quererentur promissiones Dei, hoc est, gratia Dei, et incipiat esse in homine iusticia, non sua, sed Dei.

DE BONIS OPERIBVS.

Cum necessariam de fide doctrinam et consolationem Ecclesijs proponimus, additur et doctrina de bonis operibus, Quod videlicet necessaria sit in reconciliatis, obedientia erga legem Dei. Nam Euangelium concionatur de noua vita, iuxta illud, Dabo legem meam in cordibus eorum, Haec igitur noua vita, debet esse obedientia erga Deum. Et euangelium praedicat poenitentiam, Nec existere fides potest, nisi in his qui poenitentiam agunt, quia fides consolatur corda in contritione et terroribus peccati, sicut Paulus docet, Iustificati fide pacem habemus, Et de poenitentia dicit. Rom. 6. Vetus noster homo simul crucifixus est, vt aboleatur corpus peccati, ne peccato deinceps seruiamus, Et Esaias inquit, Vbi habitabit Dominus? In Spiritu contrito et humiliato etc.

Secundo, Inter bona opera, praecipuum est et summus cultus Dei, fides ipsa, et parit multas alias virtutes quae existere non possunt, nisi prius corda fidem conceperint, Paulus enim dicit, Quomodo inuocabunt, nisi crediderint? Donec animi dubitant, an a Deo exaudiantur, donec sentiunt se a Deo reijci, non vere inuocant Deum. Sed cum fide agnoscimus misericordiam, confugimus ad Deum, diligimus, inuocamus, speramus, expectamus auxilium, obedimus in afflictionibus, quia iam scimus nos esse filios, et placere Deo nostrum sacrificium,[91] nostras afflictiones, Hos cultus parit fides, Preclare igitur inquit Ambrosius, Fides bonae voluntatis, et iustae actionis genitrix est, Aduersarij videri volunt magnifice ornare doctrinam bonorum operum. Et tamen de his spiritualibus operibus, de fide, de exercicijs fidei in inuocatione, in omnibus vitae negocijs, consilijs et periculis, nihil dicunt, Ac ne potest quidem recte dici de his exercicijs, Si conscienciae relinquantur in dubitatione, Si nesciant Deum requirere fidem, tanquam precipuum cultum, Et cum offunditur oculis illa ingens species externorum operum, mentes praesertim non satis institutae, abducuntur a conspectu horum exercitiorum interiorum. Necesse est autem in Ecclesia de his interioribus operibus, et fructibus spiritus doceri homines. Nam haec opera discrimen faciunt inter pios et hypocritas, Externos cultus, externas ceremonias, et alia externa opera praestare etiam hypocritae possunt. At hi cultus tantum sunt verae Ecclesiae, vera poenitentia, timor, fides, inuocatio, etc. Hi cultus precipue requiruntur, et laudantur in scripturis, vt Psalmo 49. Immola Deo sacrificium laudis, Inuoca me in die tribulationis etc.

---

91) nostrum sacrificium,] *sic* Ed. 3.; Ed. 4. hoc nostrum sacrificium.

Tertio. Et hac fide, quae consolatur corda in poenitentia, accipimus spiritum sanctum, qui datur, vt gubernet et adiuuet nos, vt peccato et diabolo resistamus, et magis magisque agnoscamus infirmitatem nostram, et in nobis crescant agnitio Dei, timor, fides. Quare debet in nobis obedientia erga Deum et noua vita crescere, sicut Paulus docet, renouari nos debere, ad agnitionem Dei, vt efficiatur in nobis noua lux et imago eius qui condidit nos etc.

Quarto.[92]) Docemus etiam quando[93]) haec inchoata obedientia placeat Deo. Nam in hac tanta infirmitate et immundicie[94]) naturae, Sancti non satisfaciunt legi, opus igitur est pijs consolatione, vt sciant quomodo haec exigua et imperfecta obedientia Deo placeat. Non enim ideo placet, quia legi satisfaciat, sed quia personae reconciliatae et iustae sunt propter Christum, et credunt sibi condonari imbecillitatem suam. Sic Paulus docet, Nulla nunc est condemnatio his, qui sunt in Christo etc. Quanquam igitur haec noua obedientia, procul abest a perfectione legis, tamen est iusticia, et meretur premia, ideo quia personae reconciliatae sunt. Atque ita de operibus iudicandum est, quae quidem amplissimis laudibus ornanda sunt, quod sint necessaria, quod sint cultus Dei et sacrificia spiritualia et mereantur premia. Sed tamen de persona prius tenenda est haec consolatio, necessaria in certamine conscienciae, quod fide gratis habeamus remissionem peccatorum, et persona iusta, id est reconciliata sit, et haeres vitae aeternae, propter Christum, postea vero placere obedientiam, iuxta illud, Nunc non estis sub lege, sed sub gratia, Non enim possunt opponi irae ac iudicio Dei nostra opera, sed terrores peccati et mortis vincendi sunt fiducia mediatoris Christi, Sicut scriptum est, O mors, ero mors tua, Et Ioan. 6. ait Christus. Haec est voluntas patris qui misit me, vt omnis qui videt filium et credit in eum, habeat vitam aeternam, Et Paulus, iustificati fide, pacem habemus, Et Ecclesia semper orat, Dimitte nobis debita nostra, Atque ita de imbecillitate sanctorum, et de fide docent, et ipsi Sancti[95]) Patres, Augustinus in enarratione Psalmi 30. inquit. In tua iusticia erue me, Nam si attendas ad iusticiam meam, damnas me. In tua iusticia me erue, Est enim iusticia Dei, quae et nostra fit, cum donatur nobis. Ideo autem Dei iusticia dicitur, ne homo sese putet a seipso habere iusticiam, Sicut enim dicit Apostolus Paulus. Credenti in eum qui iustificat impium, id est, qui ex impio facit iustum, Si agat tanquam ex regula legis proposita, damnandus est peccator. Hac regula, si ageret, quem liberaret? Omnes enim peccatores inuenit, Hoc ait Apostolus, Omnes peccauerunt et egent gloria Dei. Quid est, Egent gloria Dei? Vt ipse liberet, non tu, Quia tu non potes liberare, indiges liberatore, Quid est quod te iactas? quid est quod de lege, et iusticia presumis? Non vides quid intus tecum pugnet? Non audis decertantem, et confitentem et adiutorium in pugna desiderantem. Miser ego homo etc. Facile autem iudicari potest, necessariam esse Ecclesiae hanc doctrinam, vt sciant homines se non satisfacere legi, et tamen habeant consolationem, quomodo haec imperfecta obedientia placeat. Hanc doctrinam horribiliter obruerunt olim quaedam absurdae persuasiones, in quibus indocti contra autoritatem scripturae et veteris Ecclesiae, finxerunt homines legi Dei satisfacere, Item, iustos esse propter legis impletionem etc. Et Monachos perfectos esse, et ampliora et prestantiora opera prestare, quam lex Dei flagitat, interim altissimum silentium erat, quomodo fide apprehendendus sit mediator Christus, Sed iubebant dubitare, aut confidere proprijs operibus.

Caeterum de hac obedientia etiam docemus, eos qui admittunt peccata mortalia, non esse iustos, quia Deus requirit hanc obedientiam, vt resistamus viciosis affectibus, Qui autem non repugnant, sed obtemperant eis contra mandatum Dei, et admittunt actiones contra conscienciam, hi sunt iniusti, et neque spiritum sanctum, neque fidem, id est, fiduciam misericordiae, retinent. Nam in his qui delectantur peccatis, nec agunt poenitentiam, ne potest quidem fiducia existere, quae quaerat remissionem peccatorum.

Quinto, Necesse est hoc quoque docere, quomodo facere homines bona opera possint. Modo dictum est, quomodo placeant Deo, hic addimus etiam quomodo fieri possint, Etsi enim homines suis viribus externa honesta opera utcunque efficere possunt, et hanc disciplinam debent prestare, tamen homines sine fide sunt in potestate diaboli, qui impellit eos ad manifestam turpitudinem, occupat animos eorum impijs et plasphemis opinionibus, id enim est regnum et tyrannis diaboli. Ad haec natura per sese infirma est, et non potest sine auxilio Dei se erigere, et spiritualia opera efficere, Ideo docentur homines, in Euangelio promitti spiritum sanctum, qui animos eorum, qui agunt poenitentiam et Euangelio assentiuntur, adiuuet et gubernet. Quare in omni vita, in tanta infirmitate naturae, inter has diaboli insidias, in omnibus periculis exercenda est fides in inuocatione, vt perseuerare in fide et obedientia erga Deum possi-

---

92) Quarto] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3.: Quarta.
93) quando] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: quomodo
94) immundicie] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typ. errore*: immundiciae
95) Sancti] Ed. 3. *habet scriptionis compendium*: Sa. Ed. 4.: S.

mus, Itaque Sacharias [96]) inquit. Effundam super domum Dauid, et super habitatores Ierusalem spiritum gratiae et precum, [97]) Ideo enim vocat spiritum gratiae, quod spiritus sanctus erigat et consoletur perterrefactas mentes, et testetur nos habere Deum placatum, Et vocat spiritum precum, vt fidem assidue in inuocatione exerceamus, Vt per haec exercitia confirmetur fides, et crescat noua vita.

Et verae virtutes sine vlla dubitatione sunt dona Dei, Fides, perspicatia iudicij in discernendis dogmatibus, Magnitudo animi, qualem esse necesse est in his, qui Euangelium docent et confitentur, vera diligentia in regendis Ecclesiis, vera humilitas, non appetere potentiam, non frangi populari fauore aut odio, vera castitas etc. Has heroicas virtutes Paulus vocat dona Dei, Roma. 12. Habentes dissimilia dona secundum gratiam nobis datam. Et de his inquit ad Corinthios, Haec efficit vnus et idem spiritus, distribuens singulis etc. Debet autem ad haec dona accedere exercitatio nostra, quae et conseruat ea et meretur incrementum, Iuxta illud, Habenti dabitur. Et Augustinus preclare dixit, Dilectio meretur incrementum dilectionis, cum videlicet exercetur. Habent enim bona opera, premia, cum in hac vita, tum post hanc vitam in vita aeterna. Quia enim Ecclesia in hac vita subiecta est cruci et morti corporali, differuntur praemia pleraque ad futuram vitam, quae etiamsi per misericordiam certo propter Christum contingit, his qui fiducia Christi iustificati sunt, tamen etiam est compensatio bonorum operum, iuxta illud, Merces vestra copiosa est in coelis.

Ex his satis liquet, doctrinam bonorum operum Dei beneficio, pie et recte doceri in nostris Ecclesiis. Quanta fuerit olim obscuritas, quanta confusio doctrinae de bonis operibus, bonae mentes satis norunt, Nemo monebat de discrimine humanarum traditionum et legis diuinae. Nemo docebat, quomodo placerent bona opera, in tanta nostra infirmitate. Denique altissimum silentium erat de fide, qua opus est in remissione peccatorum. At explicatis nunc his rebus, tenent piae conscientiae, consolationem, et certam spem salutis, et intelligunt veros cultus, et norunt quomodo placeant Deo, et quomodo sint meritorij. [88])

XXI.

[98]) Inuocatio est honos qui tantum Deo [99]) omnipotenti prestandus est, videlicet, patri aeterno et filio eius ac seruatori nostro Iesu Christo, et spiritui sancto, Ac proposuit nobis Deus filium suum Iesum Christum mediatorem et pontificem interpellantem pro nobis. Propter hunc solum testatur nostras preces audiri et accipi, Iuxta illud, Quidquid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Item, Vnus est mediator Dei et hominum. Ergo inuocantes Deum, offerant suas preces per filium Dei, sicut in fine precum in Ecclesia dici solet, Per Iesum Christum etc. Haec de Inuocatione doceri necesse est, sicut alias copiosius de Inuocatione nostri scripserunt, Econtra vero taxanda et ex Ecclesia prorsus eijcienda est consuetudo inuocandi sanctos homines, qui ex hac vita decesserunt, quia hic mos gloriam soli Deo debitam transfert ad homines, tribuit mortuis omnipotentiam, quod sancti aspiciant motus [100]) cordium, tribuit item mortuis officium mediatoris Christi, et haud

---

96) Sacharias] sic Ed. 3.; Ed. 4.: Zacharias

97) precum] sic Ed. 4.; Ed. 3.: praecum

98) Inuocatio est honos — — qui [qua de causa mutatum sit.] *sic hic integer art. in Ed. 3. variatus est*; nam in Editt. 1. 2. *sic legitur:* De cultu Sanctorum docent, — — aliqua ex parte correcti sunt. (*vide supra p.* 289. *lin.* 22. — *p.* 292. *lin.* 8.), *una tantum voce* Ed. 2. *ab* Ed. 1. *in hoc art. differt, scilicet pro verbis*: videlicet, vt inuocetur (*quae leguntur p.* 290. *lin.* 10.), Ed. 2. *habet*: uidelicet, et ut inuocetur

99) Inuocatio est honos qui tantum Deo — — prudentia in accommodandis exemplis opus est.] *haec prior huius articuli pars in* Ed. 4. *denuo sic retractatus est*: De ueneratione sanctorum docent, quod utile sit sanctorum memoriam proponere, ut eorum exemplis fidem nostram confirmemus, Item ut eorum fidem et bona opera imitemur quantum cuiusque uocatio requirit, ut Caesar exemplum Dauidis imitari potest, in bello gerendo ad repellendos Turcas, Nam uterque Rex est. Debemus etiam gratias Deo agere, quod tam multa et gloriosa exempla misericordiae suae proposuerit Ecclesiae in sanctis, Item quod Ecclesiam pulcherrimis donis ac uirtutibus sanctorum ornauerit, Laudandi sunt et ipsi sancti, qui donis Dei pie usi sunt, qui ad ornandam Ecclesiam contulerint. Caeterum scriptura non docet inuocare sanctos, seu auxilium a sanctis petere, sed unum Christum nobis proponit mediatorem, propiciatorem, pontificem et intercessorem. De hoc habemus praecepta et promissiones, ut et ipsum inuocemus, et statuamus exaudiri preces nostras, cum ad hunc pontificem et intercessorem confugimus, sicut inquit Ioan. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Et Ioan. 14. Quicquid petieritis in nomine meo, id faciam, Haec testimonia iubent ad Christum confugere, iubent ut Christum sentiamus esse intercessorem, et placatorem, iubent ut confidamus nos exaudiri a patre propter Christum. De sanctis uero, nec precepta, nec promissiones nec exempla sunt in hanc sententiam in scripturis. Et obscuratur officium et honos Christi, cum homines confugiunt ad sanctos et hos ducunt esse mediatores eosque inuocant, et sibi fingunt opinionem, sanctos esse benigniores, atque ita fiduciam, debitam Christo, transferunt in sanctos. At Paulus inquit, Vnus est mediator Dei et hominum. Hunc igitur cultum precipue requirit Christus, ut sentiamus ad ipsum confugiendum esse, ipsum esse intercessorem, propter quem certo exaudiamur etc.

In reliqua huius articuli parte inde a verbis Haec summa est doctrinae *etc. usque ad verba*: quid qua de causa mutatum sit. Ed. 4. *cum* Ed. 3. *omnino congruit, excepto uno loco, quem in seq. nota* 101. *afferemus.*

100) motus] *sic recte recentiores Editores exhibent, ut* Mich. Weber *in Programmate ad Sacra Christi Paschalia a.* 1830.

dubie obscurat gloriam Christi, Ideo totum morem inuocandi sanctos homines qui ex hac vita discesserunt, damnamus et fugiendum esse censemus. Sed illud prodest recitare veras historias piorum, quia exempla vtiliter docent si recte proponantur, Cum audimus Dauidi condonatum esse lapsum, confirmatur fides in nobis quoque constantia martyrum veterum nunc quoque confirmat animos piorum, Ad hanc vtilitatem recitare historias vtile est, Sed tamen prudentia in accommodandis exemplis opus est. [99])

Haec summa est doctrinae quae in Ecclesiis nostris traditur. Et consentaneam esse iudicamus et Propheticae ac Apostolicae scripturae, et Catholicae Ecclesiae, Postremo etiam Romanae Ecclesiae, quatenus ex probatis scriptoribus nota est. Atque idem iudicaturos esse speramus omnes bonos et doctos viros. Non enim aspernamur consensum Catholicae Ecclesiae, Nec est animus nobis vllum nouum dogma et ignotum sanctae Ecclesiae, inuehere in Ecclesiam. Nec patrocinari impijs aut sediciosis opinionibus volumus, quas Catholica Ecclesia damnauit. Non enim adducti praua cupiditate, sed coacti autoritate verbi Dei et veteris Ecclesiae, amplexi sumus hanc doctrinam, vt gloria [101]) Dei fieret illustrior, et consuleretur pijs mentibus in vniuersa Ecclesia. Constat enim plerosque abusus irrepsisse in Ecclesiam, qui emendatione opus habent. Et cum propter gloriam Christi, tum propter salutem omnium gentium maxime optamus, vt diligenter cognitis his controuersiis, Ecclesia repurgetur, et ab ijs abusibus liberetur, qui dissimulari non possunt, quam ob causam diu iam omnes boni viri in omnibus nationibus expetunt Synodum, cuius quidem spem aliquam clementiss. Imperator omnibus gentibus ostendit. Faciet igitur Imperator rem dignissimam sua magnitudine et foelicitate, et exoptatam vniuersae Ecclesiae, si in Synodo permiserit iudicium de tantis rebus, non illis qui priuatos adfectus in consilium adhibent, sed delectis pijs et doctis viris, qui gloriae Christi, et saluti vniuersae Ecclesiae consulere cupiant. Haec est vsitata et legitima via in Ecclesia, dirimendi dissensiones, videlicet ad Synodos referre controuersias Ecclesiasticas.

Hunc morem seruauit Ecclesia inde vsque ab Apostolis. Et prestantissimi Imperatores Constantinus ac Theodosius, etiam in rebus non valde obscuris, et dogmatibus absurdis, tamen sine Synodo, nihil constituere voluerunt, vt Ecclesiae libertatem in iudicijs dogmatum conseruarent. Et honestissimum est Caesari, illorum optimorum principum exemplum imitari, praesertim cum nos nihil mutauerimus, sine exemplo veteris Ecclesiae. Et speramus hanc tantam foelicitatem Imperatori diuinitus datam esse, ad Ecclesiae emendationem ac salutem. Certe hanc gratiam Deus ab ipso reposcit, vt potentiam suam conferat ad ornandam Christi gloriam, ad Ecclesiae pacem, ad prohibendam immanem et iniustissimam crudelitatem, quae mira quadam rabie [102]) passim exercetur in membra Christi, in homines pios et innocentes. Harum maximarum rerum curam mandauit Deus summis principibus. Ideo excitat Monarchas, vt iniusta imperia prohibeant, quemadmodum excitauit Cyrum, vt liberaret a captiuitate populum Iudeorum, Constantinum, vt illam infinitam seuiciam, quae tunc in Christianos exercebatur, depelleret. Ita optamus vt Caesar, et curam emendandae Ecclesiae suscipiat, et iniustam crudelitatem prohibeat.

Nam articuli nostri quos recensuimus, satis clare testantur, nos nullum dogma contra Catholicam Ecclesiam, nullam impiam aut sediciosam opinionem docere aut probare, Imo quosdam insignes articulos Christianae doctrinae a nostris pie et vtiliter illustratos esse. In externis traditionibus abusus quidam mutati sunt, quarum etiam siqua est dissimilitudo, si tamen doctrina et fides pura sit, nemo propter illam traditionum humanarum dissimilitudinem habendus est hereticus, aut desertor Catholicae Ecclesiae. Nam vnitas Catholicae Ecclesiae consistit in doctrinae et fidei consensu, non in traditionibus humanis, quarum semper in Ecclesiis per totum orbem magna fuit dissimilitudo. Nec vero fidem habeat Caesarea Maiestas his, qui, vt odia contra nos inflamment, miras calumnias spargunt. Praedicant omnes ceremonias, omnes bonos mores in Ecclesiis deleri a nobis. Haec crimina aperte falsa sunt. Nos enim et ceremonias diuinitus institutas, summa pietate conseruamus, et vt earum reuerentiam augeremus, tantum nouos quosdam abusus sustulimus, qui contra scripturam, contra veteres canones, contra veteris Ecclesiae exempla, sine vlla certa autoritate vicio temporum recepti sunt. Ac magna ex parte veteres ritus diligenter apud nos seruantur. Quare rogamus, vt Caesarea Maiestas, clementer audiat, quid in externis ritibus seruetur, quid qua de causa mutatum sit. [98])

---

rite concelebranda (*Halis* 1830. 24 *pagg.* 4°), *in quo continetur Confessionis Augustanae anno* 1540. *a Melanthone editae Pars* I. (*vide ibi pag.* 22.), Christ. Guil. Spieker in l.: *Confessio fidei exhibita Imperatori Carolo V in Comitiis Augustae* 1530, *Confutatio Pontificia, Apologia et Repetitio Confessionis, Ratio fidei Huldr. Zwinglii et Tetrapolitana. P.* I. (*Berolini, Posnae et Brombergae* 1830. XLVIII *et* 584 *pagg.* 8°.) *p.* 120., Car. Aug. Hase *in l. Libri symbolici Ecclesiae evangelicae sive Concordia. Ed.* 3. (*Lipsiae* 1846. CXLIV *et* 862 *pagg.* 8°.) *p. XXV.*; *Ed.* 3. *typogr. errore habet:* mortis

101) vt gloria] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: ut et gloria

102) rabie] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: rabiae

ARTICVLI DE ABVSIBVS QVI IN EXTERNIS RITIBVS MVTATI SVNT.[1]

DE MISSA.[2]

Falso accusantur Ecclesiae nostrae, quod Missam aboleant. Retinetur enim Missa apud nos, et summa reuerentia celebratur, seruantur et vsitatae ceremoniae fere omnes, praeter quam quod latinis cantionibus admiscentur alicubi germanicae, quae additae sunt ad docendum populum, Ideo enim[3]) opus est ceremonijs, vt doceant imperitos, [4]) et tractatio verbi Dei excitet aliquos ad verum timorem, et fidem, et inuocationem.[4]) Et non solum[5]) Paulus praecepit[6]) vti lingua intellecta populo,[7]) sed etiam ita constitutum est humano iure. Adsuefit populus, vt vna vtantur sacramento, siqui sunt idonei. Id quoque auget reuerentiam et[8]) religionem publicarum ceremoniarum. Nulli enim admittuntur, nisi prius[9]) explorati. Admonentur etiam homines de dignitate et vsu sacramenti, quantam[10]) consolationem [11]) proponat his qui agunt poenitentiam, vt discant homines et timere Deum, et credere, et exerceant inuocationem, petant et expectent bona a Deo. Hi sunt veri cultus Christianorum, Hos cultus, timorem, fidem, inuocationem, spem etc. probat Deus. Itaque cum hi cultus exercentur in vsu ceremoniarum, placet Deo sacramenti vsus. Cum igitur et ad ceremoniam assuefiat populus, et de vsu admoneatur, fiunt Missae apud nos rite et pie, Et geruntur omnia in Ecclesia maiore cum grauitate et reuerentia, quam olim.[11])

Constat autem [12]) multis seculis publicam fuisse querelam bonorum virorum, de Missarum abusu ac prophanatione,[12]) Non[13]) enim obscurum est, quam late pateat hic abusus, in omnibus templis, a qualibus celebrentur Missae, [14]) contra Canonum interdictum. Deinde quam turpiter ad sacrilegum quaestum conferantur. Plurimi enim celebrant Missas, et sine poenitentia, et tantum ventris causa. Haec notiora sunt, quam vt dissimulari possint Nec videtur vnquam vlla res diuina ab initio mundi, adeo vulgo ad quaestum collata esse, sicut Missa.[14]) Paulus autem horribiliter[15]) minatur his, qui indigne tractant sacramentum,[16]) cum ait, Qui indigne ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini,[17]) reus erit sanguinis[18]) Domini. [19]) Et in Decalogo scriptum est. Qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus, Vt igitur saepe alias mundus dedit poenas pro idolatria, ita haud dubie haec ingens prophanatio Missarum atrocissimis poenis punietur. Et fortassis propter eam causam praecipue plectitur Ecclesia his postremis temporibus, caecitate, discordijs, bellis, et alijs multis pestibus. Atque hos manifestos abusus Episcopi hactenus, cum quidem non ignorarent eos, non solum tolerauerunt, sed suauiter etiam riserunt. Nunc sero incipiunt queri de calamitatibus Ecclesiae, cum alia nulla res praebuerit occasionem tumultibus horum temporum, nisi abusus ipsi, qui ita erant iam manifesti, vt tolerari a moderatis hominibus diutius non possent, Vtinam

---

1) Articvli de abvsibvs — mvtati svnt.] *pro hac inscriptione* Editionum 3. 4. *in* Editt. 1. 2. *legitur haecce*: Articvli in qvibvs recersentur abusus mutati. — *Prooemium, quod in* Editt. 1. 2. *hanc inscriptionem subsequitur*: Cum Ecclesiae apud nos — — rite fiant in Ecclesijs. (*vide supra p.* 291. *lin.* 11. — *p.* 293. *lin.* 3), *in* Editt. 3. 4. *omissum est.*

2) De Missa.] *hic art. alterius Partis Confessionis in* Editt. 3. 4. *hoc primo loco, in* Editt. 1. 2. *autem tertio loco exhibetur.*

3) Ideo enim] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 1.: Nam ad hoc vnum; Ed. 2.: Nam ad hoc

4) et tractatio (Ed. 3. *typogr. errore:* traxio) verbi — et innocationem] *haec in* Editt. 3. 4. *inserta sunt; in* Ed. 2. *autem pro his addita sunt haecce verba:* et quosdam excitet uere ad timorem aut fidem ac orationem tractatio uerbi Dei.

5) solum] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: modo

6) praecepit] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: praecipit

7) populo,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: populo in Ecclesia,

8) et] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ac

9) prius] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: antea

10) quantam] *sic* Editt. 1. 2. 4.; Ed. 3. *typ. errore*: quantum

11) proponat his qui agunt — — et reuerentia quam olim.] *sic* Editt. 3. 4; Editt. 1. 2.: afferat pauidis conscientijs, — — fieri quam apud nos. (*vide supra p.* 298. *lin.* 4—9.).

12) multis seculis publicam — abusu ac prophanatione,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: hanc quoque publicam et longe maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuisse, quod Missae turpiter prophanarentur, collatae ad quaestum.

13) Non] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Neque

14) contra Canonum interdictum. — — collata esse, sicut Missa.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: tantum propter mercedem aut stipendium, quam multi contra interdictum Canonum celebrent.

15) horribiliter] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: grauiter

16) sacramentum,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Eucharistiam,

17) Qui indigne ederit pan. hunc, aut bib. cal. Domini,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Qui ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne,

18) sanguinis] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: corporis et sanguinis

19) Et in Decalogo scriptum est. — — Sed numerus missarum dissimilis est. (*quae verba circa finem huius art. leguntur*) *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 1.: Itaque cum apud nos admonerentur — — et manifestos abusus certe moderari prodesset. (*vide supra p.* 298. *lin.* 21. — *p.* 301. *lin.* 20.) Ed. 2. *cum* Ed. 1. *omnino congruit praeter hosce duos locos.* 1) *pro*: opus delens peccata (*vide p.* 299. *lin.* 11. 15.) *habet* Ed. 2.: opus tollens peccata; 2) *pro*: Missa delet peccata (*vide p.* 300. *lin.* 5. 6.) *exhibet* Ed. 2.: Missa tollit peccata

Episcopi pro suo officio ante haec tempora cohercuissent auaritiam atque impudentiam seu monachorum, seu aliorum, qui, mutato veteris Ecclesiae more, Missas ad quaestum contulerunt.

Sed abusus illi, ex quo fonte orti sint, dicemus. Opinio est sparsa in Ecclesiam, quod coena Domini sit opus, quod celebratum a sacerdote, mereatur remissionem peccatorum, culpae et poenae, facienti et alijs, idque ex opere operato, sine bono motu vtentis. Item quod applicatum pro mortuis, sit satisfactorium, hoc est, mereatur eis remissionem poenarum purgatorij. Sic interpretantur sacrificium,[20]) cum Missam vocant sacrificium, opus videlicet, quod applicatum pro alijs, meretur eis remissionem culpae et poenarum, idque ex opere operato sine bono motu vtentis. Sic interpretantur oblationem a sacerdote fieri in Missa pro viuis, et mortuis. Hac persuasione recepta, iam homines docuerunt querere remissionem peccatorum et omnis generis bona, Item, liberare a poenis mortuos, beneficio Missae. Nec referebat a qualibus fierent Missae, quia docebant eas prodesse alijs, sine bono motu vtentis. Deinde querebatur, vtrum vna Missa dicta pro pluribus, tantundem prosit, quantum singulae pro singulis. Haec disputatio et numerum Missarum, et quaestum in infinitum auxit, Sed nos iam non de quaestu disputamus, impietatem accusamus. Docent enim nostri, hanc opinionem de merito et applicatione Missae, falsam et impiam esse. Hic est huius controuersiae status, Ac facile est pijs iudicium de hac causa, si quis expendat argumenta quae sequuntur.

Primum. Supra ostendimus consequi homines remissionem peccatorum gratis fide, id est, fiducia misericordiae propter Christum. Ergo impossibile est consequi remissionem peccatorum propter alienum opus, et quidem sine bono motu, id est, sine fide propria. Haec ratio satis clare refutat illam prodigiosam et impiam opinionem, de merito et applicatione Missae.

Secundum. Passio Christi fuit oblatio et satisfactio, non solum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, vt ad Ebreos scriptum est, Sanctificati sumus per obatlonem Iesu Christi semel. Item Vna oblatione consummauit in perpetuum, eos qui sanctificantur. Denique bona pars Epistolae ad Ebreos consumitur in hac sententia confirmanda, quod solum Christi sacrificium meruerit alijs remissionem peccatorum seu reconciliationem. Inquit, Ideo quotannis repetita esse Leuitica sacrificia, quia non aboleuerint peccata. Sed Christi sacrificio semel satisfactum esse pro omnium peccatis. Hic honos sacrificij Christi, non debet transferri in opus sacerdotis. Diserte enim dicit, vna oblatione sanctos consummatos esse. Ad haec impium est, fiduciam quae niti debet ipsa pontificis Christi oblatione et intercessione, transferre in opus sacerdotis.

Tertium. In institutione coenae Domini non mandat Christus vt offerant sacerdotes pro alijs viuis ac mortuis, Qua igitur autoritate hic cultus tanquam oblatio pro peccatis, sine mandato Dei in Ecclesia institutus est?

Multo absurdius est, quod Missa confertur ad liberandas animas mortuorum. Nam Missa instituta est ad recordationem, hoc est, vt vtentes coena Domini recordatione beneficij Christi erigant et confirment fidem, et consolentur conscientias perterrefactas. Nec Missa satisfactio est pro poena, sed instituta est propter remissionem culpae, videlicet, non vt sit satisfactio pro culpa, sed vt sit sacramentum, quo vtentes admoneamur beneficij Christi et remissionis culpae. Cum igitur illa applicatio coenae Domini ad mortuos liberandos, sine scripturae autoritate, imo contra scripturam, recepta sit, damnanda est. tanquam nouus et impius cultus.

Quartum. Ceremonia sine fide in nouo Testamento nihil meretur nec facienti, nec alijs. Est enim opus mortuum, iuxta illud Christi, Veri adoratores adorabunt partem in spiritu et veritate. Idem probat totum caput 11. ad Ebreos. Fide potiorem hostiam obtulit Abel. Item, Sine fide impossibile est placere Deo. Ergo Missa non meretur remissionem culpae aut poenae, ex opere operato. Haec ratio perspicue refutat meritum, quod vocant, ex opere operato.

Quintum. Fide propria fit applicatio beneficij Christi, Sicut testatur Paulus Rom. 3. Quem proposuit Deus propiciatorem per fidem, per sanguinem eius. Et haec applicatio fit gratis. Ergo non fit applicatio, alieno opere, neque propter alienum opus. Nam cum sacramentis vtimur, nostro opere ac nostra fide fit applicatio, non alieno opere. Etenim si non contingeret nobis remissio, nisi applicatis Missis, fieret incerta, et fiducia transferenda esset a Christo, in opus sacerdotis, idque vt constat, accidit. Porro fiducia collocata in opus hominis, damnata est.

Haec argumenta et pleraque alia, testantur necessario reprehensam esse opinionem de merito et applicatione Missae pro viuis et mortuis. Iam si considerabitur, quam late vagatus sit hic error in Ecclesia, quomodo hac persuasione creuerit Missarum numerus, quo modo viuis et mortuis hoc sacrificio promissa sit remissio culpae et poenae, apparebit Ecclesiam propter hanc prophanationem, horrendis peccatis deformatam esse. Nun-

---

20) sacrificium] Ed. 3. *typogr. errore*: facrificium

quam grauior causa, optime Imperator, in Ecclesia incidit, aut dignior, de qua docti et boni viri diligenter deliberent. Omnes pij, ardentissimis votis a Deo petere debent, vt his peccatis Ecclesia liberetur. Reges omnes et Episcopi, omni studio anniti debent, vt hac tota causa rite explicata, repurgetur Ecclesia.

Sextum. Institutio sacramenti pugnat cum illo abusu, Nihil enim de oblatione pro peccatis viuorum et mortuorum praecipitur, Sed praecipitur, vt sumantur corpus et sanguis Domini. Et vt id fiat ad recordationem beneficij Christi. Recordatio autem significat, non aliquam tantum historiae repraesentationem velut in spectaculo, sicut somniant illi, qui defendunt meritum ex opere operato, Sed significat fide recordari promissionem et beneficium, consolari conscientiam, et gratias agere pro tanto beneficio. Principalis enim causa institutionis est, vt fides ibi excitetur et exerceatur, cum hoc pignus gratiae accipimus. Preterea institutio ordinat, vt fiat communicatio, hoc est, vt ministri Ecclesiae porrigant etiam alijs corpus et sanguinem Domini. Et hunc morem seruatum esse in principio Ecclesiae, testatur Paulus ad Corinthios, qui praecipit etiam, vt alij alios expectent, vt fiat communis participatio.

Patefactis igitur abusibus priuatae Missae, quia et pleraeque omnes fiebant propter illam applicationem pro peccatis aliorum, et non conueniunt cum institutione Christi, desierunt in nostris Ecclesiis. Est autem instituta vna communis Missa, iuxta Christi ordinationem, in qua pastores Ecclesiarum consecrant, sumunt, et porrigunt alijs sacramentum corporis et sanguinis Christi, Et fit talis Missa singulis ferijs, atque alijs etiam diebus, siqui velint vti sacramento. Nec admittuntur ad communionem, nisi antea explorati. Adduntur et conciones piae, sicut Christus precepit, vt habeantur conciones cum haec ceremonia tractatur. Et in his concionibus, cum de caeteris articulis et preceptis Euangelij diligenter docentur homines, tum etiam admonentur, ad quem vsum institutum sit sacramentum, videlicet, non quod ex opere [21]) operato mereatur eis remissionem [22]) peccatorum haec ceremonia, Sed quod sacramentum sit testimonium, sit pignus, quo Christus testetur se nobis prestare promissa, et quod promissiones ad nos pertineant, quod Christus exhibeat nobis corpus suum, vt testetur se in nobis efficacem esse tanquam in membris suis, Exhibeat sanguinem, vt testetur nos ablui sanguine suo. Prodest igitur sacramentum his, qui agunt poenitentiam, et ibi querunt consolationem, et confirmati hoc testimonio credunt vere sibi prestari remissionem peccatorum, et agunt gratias Christo pro tanto beneficio. Ita fit applicatio beneficij Christi, non propter alienum opus, sed propria cuiusque fide, et proprio vsu sacramenti, Nam cum ipsi vtimur, testatur ipsa Christi ordinatio, quod ad nos pertineat beneficium Euangelij. Talis vsus sacramenti pius est, et docendus in Ecclesiis, qui et illustrat doctrinam de fide, et de spiritualibus exercicijs, et veris cultibus, et adfert pijs conscientijs ingentem consolationem, et erigit fidem. Ante haec tempora, de vsu sacramenti longe aliter docebantur Ecclesiae. Nihil proponebatur, nisi quod hoc opus faciendum esset. De fide, de consolatione conscientiarum, nemo quidquam monebat. Et vexabantur conscientiae immodica diligentia confessionis, Hanc putabant puritatem esse, quam requirit Euangelium, cum Euangelium requirat verum timorem, et veram fiduciam, et vsu huius sacramenti nos consolatur, vt hi qui poenitentiam agunt, credant certo se habere Deum propicium propter Christum, etiamsi natura infirma, et immunda est, etiamsi haec nostra inchoata obedientia procul abest a perfectione legis. Ex his omnibus satis liquet Missam apud nos, conuenire cum institutione Christi, et ritu primae Ecclesiae, Ad haec illustrat maxime verum vsum sacramenti. Huiusmodi communis Missa fuit in veteri Ecclesia, vt Chrysostomus testatur, qui ait, sacerdotem ad altare stare, et alios ad communionem accersere, alios vero arcere. Et ex Nicenae Synodi decretis apparet, vnum aliquem celebrasse Liturgiam, vt graeci vocant, qui caeteris omnibus porrexerit corpus et sanguinem Domini. Haec enim sunt verba decreti. Accipiant Diaconi secundum ordinem post presbyteros ab Episcopo, vel a presbytero sacram communionem. Hic diserte ipsos presbyteros [23]) ait accipere sacramentum ab vno quodam porrigente. Nec priuatae Missae vlla fit mentio, ante Gregorij tempora, Sed quoties veteres de Missa loquuntur, apparet eos de vna quadam communi Missa loqui. Cum igitur Missae ritus apud nos habeat autoritatem scripturae, et exemplum veteris Ecclesiae, et tantum intolerabiles quidam abusus abiecti sint, Speramus non posse improbari nostrarum Ecclesiarum morem. Ceteri ritus adiaphori magna ex parte vsitato more seruantur, Sed numerus missarum dissimilis est. [19]) Nec olim in Ecclesiis frequentissimis fiebat [24]) quotidie Missa, vt testatur historia tripartita lib. 9. Cap. 38. Rursus autem in Alexandria, quarta et sexta feria

21) opere] Ed. 3. *typ. errore*: opore

22) remissionem] *sic* Ed. 4.; Ed. 3.: remissio

23) presbyteros] Ed. 3. *typ. errore*: presbiteros

24) Nec olim in Eccl. freq. fiebat] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Nam olim etiam in Ecclesijs frequentissimis non fiebat

scripturae leguntur, easque doctores interpretantur, et omnia fiunt praeter solennem oblationis morem.

DE VTRAQVE SPECIE SACRAMENTI. [25]

[26] Et quoniam communis Missa apud nos celebratur, vt intelligat populus se quoque sanctificari sanguine Christi, et discat verum vsum ceremoniae, Datur laicis vtraque pars Sacramenti in coena Domini, quia sacramentum institutum est, non solum pro parte Ecclesiae, scilicet pro presbyteris, Sed etiam pro reliqua Ecclesia, igitur et populus vtitur Sacramento, sicut Christus instituit, Et quidem Christus inquit Matthei. 26. Bibite ex hoc omnes, vbi manifeste ait de poculo, vt omnes bibant. Et ne quis cauillari possit, quod id tantum ad Sacerdotes pertineat, Pauli ordinatio ad Corinthios testatur totam Ecclesiam communiter vsam esse vtraque parte. Hic mos diu mansit etiam in latinis Ecclesiis, nec constat, quando, aut quo autore mutatus sit. Cyprianus aliquot locis testatur populo sanguinem datum esse, Sic scribit alicubi ad Cornelium Papam. Quo modo docemus aut prouocamus eos in confessione nominis, sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? Aut quomodo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos prius ad bibendum in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? Et Hieronymus inquit, Sacerdotes Eucharistiae ministrant, et sanguinem Christi populis diuidunt.

Extat in Decretis canon Pontificis Gelasii, qui prohibet diuidi sacramentum, his verbis. Comperimus autem quod quidam, sumpta tantum corporis sacri portione, a calice sacri cruoris abstineant, qui procul dubio, quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra Sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio vnius eiusdemque mysterij, sine grandi sacrilegio non potest accidere.

In Historia Tripartita scriptum est in obiurgatione Theodosii Imperatoris, quem Ambrosius noluit ad communionem admittere sine poenitentia, propterea quod Thessalonicae paucorum militum necem, qui per tumultum interfecti fuerant, nimis acerbe vltus erat, trucidaueratque septem millia ciuium. Hic Ambrosius inquit. Quomodo his manibus suscipies sanctum Domini corpus? qua temeritate, ore tuo, poculum sanguinis preciosi percipies etc. Constat igitur veteris Ecclesiae morem fuisse, dare populo vtranque sacramenti partem. Tantum consuetudo non ita vetus adimit populo alteram partem. Non disputabimus autem quid sentiendum sit de consuetudine recepta contra autoritatem Apostolicae scripturae, contra Canones, contra exemplum veteris Ecclesiae, Intelligunt enim omnes pij, conscientias de doctrina Christiana verbum Dei consulere debere, nec approbandam esse consuetudinem contra verbum Dei. Quanquam autem consuetudo mutauerit in Latina Ecclesia veterem morem, tamen non improbat aut prohibet. Nec vero humana autoritas prohibere ordinationem Christi et receptissimum vsum veteris Ecclesiae debet. Ideo nos non duximus prohibendum esse vsum integri sacramenti. Et in ea ceremonia quae debet esse foedus mutuae dilectionis in Ecclesia, non voluimus contra caritatem duri esse aliorum conscientijs, qui maluerunt integro sacramento vti, neque seuiciam ea in re vllam exercendam esse putauimus, Sed quantum possumus, vna cum ipsa ceremonia restituimus piam doctrinam de fructu ceremoniae, vt intelligat populus quomodo sacramentum propositum sit, ad consolandas conscientias eorum qui agunt poenitentiam. Haec doctrina inuitat pios ad vsum et reuerentiam sacramenti, Et enim non solum ceremonia mutilata fuit antea, sed etiam neglecta praecipua doctrina de fructu. Et fortassis ceremoniae mutilatio significauit obscuratum esse Euangelium de sanguine Christi, hoc est, de beneficio mortis Christi. Nunc Dei beneficio, renouatur ac restituitur pura doctrina de fide, vna cum ceremonia. [26]

DE CONFESSIONE. [27]

[28] Huic parti doctrinae Christianae de poenitentia, in primis magnas tenebras offuderunt theo-

---

25) De vtraque specie sacramenti.] *pro hac inscriptione* Editionum 3. 4. *habent* Editt. 1. 2. *hancce breviorem*: De vtraque specie. — *Hic art., qui in* Editt. 3. 4. *secundo loco proponitur, in* Editt. 1. 2. *est primus locus huius alterius partis Confessionis.*

26) Et quoniam communis Missa — — vna cum ceremonia.] *sic totus hic art. in* Editt. 3. 4. *variatus est*; *in* Ed. 1. *enim sic legitur*: Laicis datur vtraque species — — quae hactenus fieri solita est. (*vide supra p.* 293. *lin.* 5. — *p.* 294. *lin.* 14.), *a cuius verbis* Ed. 2. *tantum duobus locis differt*: 1) *pro*: praecepit (*vide* p. 293. *lin.* 8.) *habet* Ed. 2.: praecipit; 2) *post verba*: quo autore mutatus sit, *subsequentia*: „tametsi Cardinalis Cusanus recitet, quando sit approbatus." (*vide p.* 293. *lin.* 14. 15.) *in* Ed. 2. *omissa sunt.*

27) De Confessione.] *hic art., qui in* Editt. 3. 4. *hoc tertio loco exhibetur, in* Editt. 1. 2. *quartus est.*

28) Huic parti doctrinae Christianae — — puram de poenitentia doctrinam.] *sic integer hic art. in* Editt. 3. 4. *retractatus est*; *in* Ed. 1. *pro illis verbis haec leguntur*: Confessio in Ecclesijs apud nos — — vtilitates apud nos retinetur. (*vide supra p.* 302. *lin.* 6. — *p.* 304. *lin.* 4.). *Cum* Ed. 1. *plane consentit* Ed. 2. *exceptis hisce duobus locis*: 1) *Verba*: quod illa fides vere consequatur (*vide p.* 302. *lin.* 17.) *in* Ed. 2. *sic mutata sunt*: quod illa fides in Christum uere consequatur; 2) *Verba* Ed. 1.: satisfactiones, fidei et meriti Christi, *auctor in* Ed. 2. *sic variavit*: satisfactiones. Fidei uero et meriti Christi,

logi et canonistae. Idque testantur non solum ipsorum bibliothecae, sed etiam omnium piorum conscientiae, quae fatentur illas inextricabiles disputationes theologorum, et traditiones infinitas de poenitentia, horribilem carnificinam conscientiarum fuisse. Nusquam enim quidquam certi docent quomodo contingat remissio peccatorum, de fide prorsus est altissimum silentium. Imo iubent perpetuo dubitare de remissione peccatorum, Postea excruciant conscientias acerba enumeratione delictorum, Item satisfactionibus, Qualis enim laqueus conscientiae fuit traditio, quae precipit omnia peccata enumerare?

Satisfactiones vero obscurauerunt beneficium Christi, quia etiam docti fingunt per eas compensari aeternam mortem. Indocti putabant his operibus emi remissionem culpae, Quid quod plerumque fuerint cultus non mandati a Deo, *βαττολογίαι* precum, inuocationes sanctorum, peregrinationes, et hoc genus alia, Ita fuit obruta ingenti aceruo inutilium ac malarum opinionum, simplex doctrina de poenitentia. Et constat multis seculis bonos desiderasse doctrinam puriorem.

Porro precipue opus est in Ecclesia extare purissimam et simplicissimam de poenitentia doctrinam. Ideo huic articulo maxime studuerunt nostri lumen afferre, quem quidem ita patefecerunt, atque illustrarunt, vt etiam aduersarij saniores, fateantur hac in re bene meritos esse de Ecclesia.

Nam simpliciter, plane, sine vlla Sophistica, proponimus Euangelij sententiam de poenitentia, vt intelligant homines, quomodo ad Christum redire debeant, quomodo consequantur remissionem peccatorum, qui cultus, quae opera placeant Deo. Primum docemus necessariam esse contritionem, hoc est veros terrores et dolores animi, qui agnoscit Iram Dei, et dolet se peccasse, et desinit mala perpetrare. Etsi autem hi dolores necessarij sunt, tamen sciendum est remissionem peccatorum non dari propter dignitatem contritionis seu horum dolorum. Sed addenda est fides, hoc est fiducia misericordiae promissae propter Christum, et statuendum est gratis remitti peccata propter Christum.

Cum hac fide in terroribus illis erigimur, consequimur certo remissionem peccatorum, sicut supra ostendimus, Et hanc fidem concipiunt animi ex Euangelio, Item ex Absolutione, quae Euangelium annunciat et applicat perterrefactis conscienciis. Ideoque docent nostri retinendam esse in Ecclesiis priuatam Absolutionem, Et eius dignitatem, et potestatem clauium veris et amplissimis laudibus ornant, quod videlicet potestas clauium administret Euangelium, non solum in genere omnibus, sed etiam priuatim singulis, Sicut Christus inquit, Lucratus eris fratrem etc. Et quod voci illi Euangelij quod ministerio Ecclesiae nobis in Absolutione administratur, credendum sit, tanquam voci de coelo sonanti.

Hoc totum beneficium Absolutionis et huius ministerij, antea fuit omnino obscuratum falsis opinionibus illorum, qui docuerunt Absolutionem non valere, nisi sufficienter contriti simus. Et postea iubebant dubitare de absolutione, quia nemo sciret se satis contritum esse. Quid fuit hoc aliud, quam Euangelij consolationem eripere consciencijs, et tollere ex Ecclesia ac prorsus abolere ministerium Euangelij, seu potestatem clauium? Quis non videt hos tam pernitiosos errores, merito reprehensos esse?

Cum autem Confessio praebeat locum impertiendae absolutioni priuatim, et ritus ipse intellectum potestatis clauium, et remissionis peccatorum conseruet in populo, Preterea cum illud colloquium magnopere prosit, ad monendos et erudiendos homines, diligenter retinemus in Ecclesiis Confessionem, sed ita, vt doceamus enumerationem delictorum non esse necessariam iure diuino, nec onerandas esse conscientias illa enumeratione. Nullum enim extat in scripturis Apostolicis praeceptum, de hac enumeratione. Et omnium delictorum recitatio impossibilis est, iuxta illud Psalmi. Delicta quis intelligit? Item Ieremias ait, Prauum est cor hominis et inscrutabile. Quod si nulla peccata, nisi recitata remitterentur, nunquam possent acquiescere [29]) conscientiae, quia plurima peccata neque vident, neque meminisse possunt. Qua ex re facile intelligi potest, ministerium absolutionis, et remissionem non pendere ex conditione enumerationis.

Testantur et veteres scriptores non esse necessariam enumerationem, Chrysostomus enim in Epistola ad Ebreos inquit, Persuadeamus nobis peccasse nos, nec id lingua tantum pronunciet, sed etiam intima conscientia, nec tantum dicamus nos esse peccatores, sed etiam peccata specialiter computemus. Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque te vt apud alios accuses, sed obedire te volo Prophetae. Reuela Domino viam tuam, coram Deo peccata tua confitere, Apud verum Iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, [30]) sed conscientiae tuae memoria, et tunc demum spera te misericordiam posse consequi. Haec Chrysostomi concio, non solum docet, quid de enumeratione sentiendum sit, Sed etiam grauissime coniungit contritionem et fidem, Sicut nos coniungimus, iubet primum vt peccata vere agnoscamus, et ex animo detestemur, deinde docet ad-

29) acquiescere] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: acquiesco

30) lingua] Ed. 3. *typ. errore*: ligua

dendam esse orationem ac fidem. quae statuat nobis ignosci. Et alio in loco ait, Peccata tua dicito vt deleas. Si pudet dicere quod peccaueris, dicito quotidie in anima tua. Non dico vt confitearis ea seruo, vt exprobret. Dic Deo, vt curet ea.

Fatetur et glossa in Decretis de poenitentia, distinctione quinta, Confessionem institutam esse ab Ecclesia, nec precipi eam in scripturis veteris et noui testamenti, Idem plerique doctores senserunt. Quare sententia nostra de Confessione neque noua, neque absurda est.

Postremo de satisfactionibus vel maxime opus fuit moneri pias mentes. Nam satisfactiones plus etiam incommodi habuerunt quam illa enumeratio. Obscurabant enim beneficium Christi, quia indocti putabant se remissionem culpae consequi propter illa propria opera, deinde si quid in his erat omissum, conscientiae perturbabantur. Item, deligebantur ceremoniae, peregrinationes, et huius generis alia inutilia opera, non mandata diuinitus. Et his fingebant ipsi doctores compensari mortem aeternam.

Itaque duximus pias mentes liberandas esse his erroribus, et docemus satisfactiones, videlicet canonicas illas, quas ipsi vocant opera indebita etc. nec ad remissionem culpae, nec ad remissionem poenae aeternae prodesse, nec esse necessarias. Olim in Ecclesia mos fuit in publica poenitentia, non recipere lapsos ad Ecclesiam redeuntes, nisi addita aliqua mulcta exempli causa, Ab illo more sunt ortae satisfactiones, Sed veteres illo exemplo volebant populum a peccando deterrere, non sentiebant ceremoniam illam esse compensationem culpae vel aeternae [31]) mortis vel purgatorij, Haec postea affinxerunt homines indocti.

Sed veteres illi mores tempore consenuerunt, et antiquati sunt. Nos igitur non oneramus conscientiae satisfactionibus, Sed illud docemus, fructus poenitentiae necessarios esse, obedientiam, timorem Dei, fidem, dilectionem, castitatem, et vniuersam nouitatem spiritus debere in nobis crescere.

Monemus et illud, saepe puniri peccata etiam temporalibus poenis in hac vita, vt Dauid, Manasse, et alij multi puniti sunt, Et has poenas mitigari docemus bonis operibus, et vniuersa poenitentia, Sicut docet Paulus, Si nos ipsos iudicaremus, non iudicaremur a Domino. Et poenitentia meruit vt Deus sententiam de delenda Niniue mutaret.

Ita, cum antea disputationes de poenitentia fuerint inextricabiles, et plenae absurdarum opinionum, nunc repurgata doctrina ita traditur populo, vt intelligi possit, et prosit ad pietatem, Retinemus et illustramus veras poenitentiae partes, Contritionem, Fidem, Absolutionem, Remissionem peccatorum, Emendationem totius vitae, mitigationem presentium poenarum.

Ac speramus bonos viros in hoc loco non solum nihil reprehendere, sed etiam gratiam habere his qui repurgarunt hanc doctrinae Christianae partem, quam prodest in Ecclesiis extare quam planissime [32]) explicatam atque illustratam, Christus inquit, Angelos in coelo letari, cum vident resipiscere peccatorem. Itaque gratulantur Ecclesiae, et ipsi angeli, puram de poenitentia doctrinam. [28])

DE DISCRIMINE CIBORVM ET SIMILIBVS TRADItionibus pontificijs. [33])

[34]) In hac corporali vita opus est traditionibus, hoc est, locorum ac temporum discriminibus, vt ordine gerantur res in Ecclesia, sicut praecipit Paulus, vt omnia fiant ordine, et ita vt deceant. Ideo et Ecclesia habet traditiones, hoc est, constituit quibus temporibus, vbi conuenire populus debeat. Ad hunc ciuilem finem licet condere traditiones. Sed homines imperiti doctrinae Christianae, non sunt hoc fine contenti, sed affingunt supersticiosas opiniones traditionibus, easque per superstitionem sine modo cumulant. Id questi sunt accidisse in Ecclesia, non tantum recentiores, Gerson et alij quidam, sed Augustinus etiam.

Quare necesse est populum admonere, quid de traditionibus, quae humana autoritate conditae sunt in Ecclesia, senciendum sit. Neque enim nihil causae est, cur Christus et Paulus toties de traditionibus concionentur, et Ecclesiam admoneant, vt prudenter de traditionibus iudicet.

Fuit autem persuasio publica non modo vulgi, sed etiam docentium in Ecclesiis, discrimina ciborum et similia opera, de quibus Ecclesiasticae tra-

---

31) aeternae] *sic* Ed. 4.; Ed. 3.: aeterne

32) planissime] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typ. errore*: planissimae

33) De discrimine ciborvm et similibvs traditionibus pontificijs.] *sic hic art. in* Editt. 3. 4. *inscriptus est*; *in* Editt. 1. 2. *habet hanc breviorem inscriptionem*: De discrimine ciborvm. — *Hic art.*, *qui in* Editt. 3. 4. *quartus est*, *in* Editt. 1. 2. *quinto loco proponitur.*

34) In hac corporali vita — — multa pepererunt incommoda.] *sic hoc principium huius art. mutatum est in* Editt. 3. 4.; *nam in* Ed. 1. *pro illis leguntur haec verba*: Publica persuasio fuit — — incommoda in Ecclesia secuta sunt. (*vide supra p.* 304. *lin.* 6—18.) *Ab his verbis* Editionis 1. Editio 2. *tantum duobus locis differt*: 1) *Verba*: ad promerendam gratiam et satisfactoria pro peccatis. (*p.* 304. *lin.* 9. 10.) *in* Ed. 2. *sic mutata sunt*: ad promerendam remissionem culpae et poenae. 2) *Pro verbis* Ed. 1.: ad promerendam gratiam. et vehementer (*p.* 304. *lin.* 15.) *in* Ed. 2. *leguntur haecce*: ad promerendam iustificationem et vehementer

ditiones praecipiunt, cultus esse Dei, qui mereantur remissionem peccatorum. Item, tales cultus esse iusticiam [35]) Christianam, et necessarios esse, sicut in veteri Testamento Leuiticae ceremoniae necessariae fuerunt, nec posse sine peccato omitti, etiam extra scandali casum, Hae persuasiones multa pepererunt incommoda. [34])

[36]) Primum, obscurata est Euangelij propria doctrina, quae docet gratis remitti peccata propter Christum. Hoc beneficium Christi translatum est in illa humana opera. Ac propter hanc opinionem praecipue auctae sunt traditiones, quia existimabantur opera illa mereri remissionem peccatorum, esse satisfactiones, esse iusticia Christiana, Porro maxime ob hanc causam, tam crebro, tam seuere admonet nos Paulus, de traditionibus cauendis, ne beneficium Christi transferretur in traditiones, ne gloria Christi obscuraretur, ne conscientijs eriperentur verae et firmae consolationes, denique ne fides, hoc est fiducia misericordiae Christi, obrueretur. Haec pericula caueri Paulus voluit, Maxime enim opus est extare in Ecclesia puram doctrinam de beneficio Christi, de iusticia fidei, de consolatione conscientiarum. [36])

Secundo. Hae traditiones obscurauerunt precepta Dei. [37]) quia haec paedagogia existimabatur esse spiritualis et Christiana iusticia. Item praeferebantur humanae traditiones preceptis Dei. [37]) Christianismus totus putabatur esse obseruatio certarum feriarum, rituum, Ieiuniorum, vestitus, Haec πτωχὰ στοιχεῖα [38]) erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis, Item perfectio Christiana. [39]) Interim mandata Dei de vocatione, [40]) nullam laudem habebant. Quod [41]) Paterfamilias educabat sobolem, quod mater pariebat, quod princeps regebat rempublicam, [42]) haec opera despiciebantur, non indicabantur esse cultus Dei, Versabantur in perpetua dubitatione mentes plurimorum, an coniugium, magistratus et similes vitae ciuilis functiones, Deo placerent. Haec dubitatio multos valde cruciauit, Multi deserta sua vocatione, deserta republica, abdiderunt se in Monasteria, vt vitae genus quaererent, quod arbitrabantur Deo magis placere, imo quod arbitrabantur mereri remissionem peccatorum. [42])

[43]) Tertio. Opinio necessitatis, etiam duriter exercuit conscientias. Traditiones existimabantur esse necessariae. Et tamen nemo, quamlibet diligens, obseruabat omnes, praesertim cum sint innumerabiles. [43]) Gerson scribit multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem consciuisse, quia animaduerterant [44]) se non posse satisfacere [45]) traditionibus. Et interim nullam consolationem de gratia, de iusticia fidei audierant. [45]) Videmus Summistas et Theologos colligere traditiones, et querere ἐπιεικείας vt leuent conscientias, [46]) Sed ne ipsi quidem sibi satisfaciunt, non possunt se satis extricare, interdum etiam illae ipsae interpretationes inijciunt laqueos conscientijs, [46]) Et in traditionibus colligendis, [47]) ita fuerunt occupatae scholae et conciones, vt non vacauerit attingere scripturam, et querere vtiliorem doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate rerum ciuilium, [48]) de consolatione conscientiarum in arduis tentationibus. [49]) Itaque multi boni viri saepe que-

---

35) iusticiam] Ed. 3. *typogr. errore*: iusticiciam

36) Primum, obscurata est — — de consolatione conscientiarum.] *sic primus hic locus huius art. variatus est in* Editt. 3. 4.; *in* Ed. 1. *sic erat scriptus*: Primo obscurata est — — videbatur poenitentia tota consistere. (*vide supra p.* 304. *lin.* 19. — *p.* 305. *lin.* 13.) *quae verba in* Ed. 2. *in duobus locis mutata sunt*: 1) *Verba*: propter Christum, longe supra opera collocetur. (*p.* 304. *lin.* 24.) *in* Ed. 2. *sic aucta sunt*: propter Christum, non propter ulla nostra opera, longe supra opera collocetur. 2) *Verba*: oporteat mereri gratiam et iusticiam. (*p.* 305. *lin.* 9.) *in* Ed. 2. *sic variata sunt*: oporteat mereri remissionem peccatorum et iustificationem.

37) quia haec paedagogia — — traditiones preceptis Dei.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: quia traditiones longe praeferebantur praeceptis Dei,

38) Haec πτωχὰ στοιχεῖα] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Hae obseruationes

39) Item perfectio Christiana.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: et vita perfecta,

40) de vocatione,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: iuxta vocationem,

41) habebant. Quod] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: habebant, quod

42) haec opera despiciebantur, — — mereri remissionem peccatorum.] *sic* Editt. 3. 4.; Ed. 1.: haec putabantur esse opera mundana — — illorum obseruationes Deo gratiores esse. (*vide supra p.* 306. *lin.* 4—11.). Ed. 2. *eadem habet verba ac* Ed. 1. *exceptis tribus extremis*: Deo gratiores esse, *quae in* Ed. 2. *sic mutata sunt*: magis mereri remissionem peccatorum et iustificationem.

43) Tertio. Opinio necessitatis — — cum sint innumerabiles.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Tertio, traditiones attulerunt — — necessarios esse cultus. (*vide supra p.* 306. *lin.* 12—15.)

44) animaduerterant] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: senserant

45) traditionibus. Et interim — de iusticia fidei audierant.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: traditionibus, et interim consolationem nullam de iusticia fidei et gratia audierant.

46) Sed ne ipsi quidem — — laqueos conscientijs.] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: non satis tamen expediunt, sed interdum magis inijciunt laqueos conscientijs.

47) In traditionibus colligendis,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: in colligendis traditionibus

48) rerum ciuilium,] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ciuilium rerum,

49) Itaque multi boni viri saepe questi sunt — — parere vocationi, facere officium etc.] *sic* Ed. 3. *et* (*praeter unam vocem in nota* 50. *afferendam*) Ed. 4.; Ed. 1. *pro illis habet haecce verba*: Itaque Gerson et alij quidam Theologi — — Ne attingas. Ne gustes. Ne contrectes. (*vide supra p.* 307. *lin.* 8. — *p.* 308. *lin.* 14.). Ed. 2. *cum* Ed. 1. *h. l. congruit hisce tribus locis exceptis*: 1) *pro*: se mereri gratiam (*p.*

sti sunt se his rixis traditionum impediri, quo minus libere versari in meliore doctrinae genere possent. Cum igitur huiusmodi supersticiosae opiniones herent in traditionibus, necesse fuit admonere Ecclesias, quid de traditionibus sentiendum sit, errore pias mentes liberare, mederi pauidis conscientijs, illustrare [50]) beneficium Christi. Non hoc agimus, vt labefactetur autoritas Ecclesiasticae potestatis, non detrahimus de dignitate Episcoporum, non dissipamus εὐταξίαν Ecclesiae, Recte intellectae traditiones magis amantur, Sed illae iudaicae opiniones tantum reprehenduntur, Sic igitur docemus de ceremonijs, humana autoritate conditis in Ecclesia. Primum de traditionibus quae pugnant cum mandatis Dei, aut non possunt obseruari sine peccato, Sequenda est regula Apostolorum. Oportet Deo magis obedire quam hominibus, Talis est traditio de celibatu. Deinde de reliquis ceremonijs quae sunt sua natura res mediae seu indifferentes, vt ieiunia, feriae, discrimina vestitus. et similes, Sciendum est, tales obseruationes nec mereri remissionem peccatorum, nec iusticiam, nec perfectionem Christianam esse, Sed res esse adiaphoras quae extra scandali casum omitti possunt.

Testimonia huius sententiae plana et clara sunt in Euangelio et disputationibus Pauli. Nam spiritus sanctus duxit operae precium esse, vt diligenter de hac re moneret Ecclesiam, ne supersticiosis opinionibus obrueretur Euangelium.

Roma. 14. Regnum Dei non est esca aut potus, Sed iusticia, pax et gaudium in spiritu sancto. Hic satis clare docet Paulus, iusticiam Christianam, esse motus spirituales cordis, non esse externas obseruationes ciborum, dierum etc.

Coloss. 2. Nemo iudicet vos in cibo, potu, aut parte diei festi, Vetat iudicari conscientias, hoc est, condemnari conscientias in vsu talium rerum, sed prorsus vult haberi pro rebus indifferentibus, et quae non pertinent ad iusticiam Euangelij. Et deinde longa et grauis concio est, et de Mosaicis ritibus, et de Ceremonijs institutis humana authoritate, Loquitur enim Paulus de vtroque genere nominatim, Negat eam esse iusticiam Christianam, et vetat conscientias onerare talibus traditionibus, Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viuentes in mundo, decreta facitis, Ne attingas, ne gustes, ne contrectes.

Matth. 15. Omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, Et quidem ibi excusat Apostolos violantes vsitatam traditionem, et addit sententiam memorabilem, Frustra colunt me mandatis hominum, Negat esse veros et vtiles cultus ad iusticiam coram Deo, quare non sunt iusticia Christiana, nec sunt necessarij cultus, Atqui constat in Ecclesia humanos cultus mirum in modum haetenus creuisse. Quotidie cumulabant monachi ceremonias, nouis et supersticionibus et aucupijs. Et hae nugae putabantur esse praecipui cultus Dei, praecipua pietas, cum Christus tam graui oraculo vetet humanas ceremonias haberi pro cultibus. Non enim prohibet condere traditiones ad finem politicum, hoc est, propter bonum ordinem, sed cultus esse negat, cum ait, Frustra colunt me. Et docet veros cultus esse opera diuinitus precepta, Timorem, fidem, dilectionem, patientiam, castitatem, parere vocationi, facere officium etc. [49])

Act. 15. ait Petrus. Quare tentatis Deum, imponentes iugum, super ceruices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus, sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum et illi.[51]) Hic docet Petrus contingere nobis remissionem peccatorum et salutem propter Christum, non propter Mosaicos aut similes ritus. Et admonet, grauissime peccare illos, qui conscientias onerant talibus obseruationibus. Nec enim leuis est reprehensio, cum inquit, Quid tentatis Deum? [51])

Et 1. Timoth. 4. vocat [52]) prohibitionem ciborum, coniugij, et similes traditiones. doctrinas daemoniorum. Quare autem tam atroci conuicio vsus est? Non voluit nullas prorsus fieri ordinationes, nulla seruari discrimina locorum, temporum. Sed tunc sentit esse doctrinas daemoniorum, quando in eas transfertur beneficium Christi, quando habentur pro iusticia, item pro necessarijs cultibus, quando affingitur opinio necessitatis, et cruciantur conscientiae, et excutitur eis fides, Haec incom-

---

307. *lin.* 22.) *habet* Ed. 2.: se mereri remissionem peccatorum et iustificationem, 2) *pro*: non possimus gratiam mereri, aut iustificari, (*p.* 307. *lin.* 25. 26.) *leguntur in* Ed. 2. *haecce*: non possimus mereri remissionem peccatorum ac iustificationem, 3) *paulo post pro*: necessarius cultus. (*p.* 307. *lin.* 27. 28.) *exhibet* Ed. 2.: necessarij cultus.

50) illustrare] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: et illustrare

51) Hic docet Petrus contingere — — Quid tentatis Deum?] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: Hic vetat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus siue Mosi siue alijs. (*vide supra p.* 308. *lin.* 20. 21.)

52) prohibitionem ciborum, coniugij, et sim. trad. — — requirit Deus, vt carnem cohereeat.] *sic* Ed. 3. *et* (*duobus locis exceptis, quos in notis* 53. 54. *afferemus*) Ed. 4.; Ed. 1. *pro illis habet haec verba*: prohibitionem ciborum, doctrinam daemoniorum, — — praedicare bonam conuersationem et pietatem. (*vide supra p.* 309. *lin.* 1. — *p.* 311. *lin.* 7.). Ed. 2. *cum* Ed. 1. *consentit praeter hosce tres locos*: 1) *pro verbis*: vt per ea mereamur gratiam, (*p.* 309. *lin.* 3. 4.) *in* Ed. 2. *leguntur*: ut per ea mereamur remissionem peccatorum et iustificationem, 2) *pro*: mereamur gratiam, aut satis faciamus pro peccatis. (*p.* 309. *lin.* 18. 19.) *habet* Ed. 2.: mereamur remissionem culpae aut mortis aeternae. 3) *verba*: necessarius cultus (*p.* 310. *lin.* 11.) *variata sunt in*: necessarij cultus.

meda volunt caueri Christus et Apostoli. Ideoque toties tam vehementer aduersus traditiones concionantur. Ac mirum est illis fulminibus nihil moueri eos, qui supersticiosas opiniones traditionum defendunt.

[53]) Sunt autem duplices traditiones, quaedam flagitant opera palam pugnantia cum lege diuina, vt prohibitio coniugij. Necesse est autem in Ecclesia extare hanc regulam, Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Ideo constat talibus traditionibus humanis nequaquam esse obtemperandum. Aliae loquuntur de rebus sua natura adiaphoris, vt de cibo, vestitu, et similibus rebus, Hae traditiones fiunt impiae, cum proponuntur cum his opinionibus. quod mereantur remissionem peccatorum, quod sint res necessariae, quod sint cultus Dei, id est officia, quorum finis immediatus sit, vt per ea Deus honore adficiatur. Has pestiferas opiniones necesse est in Ecclesia taxari, Ac propter has opiniones humani ritus inutiles, sunt abijciendi, vt discrimina ciborum, monasticus vestitus, et similes mores supersticiosi, vt Ezechias aeneum serpentem combussit, cum videret eum a multis coli. Sed quia haec societas hominum in hac corporali vita habet opus ordine, possunt aliqui ritus vtiles ad hunc finem politicum retineri sine supersticiosis opinionibus, hoc est, ne iudicentur esse cultus, aut res necessariae, vt populus sciat, quando coetus in templis conuenire debeat ad conciones, et ad vsum sacramentorum. Oportet enim ministerium illud esse publicum, Prodest certa tempora constitui. Ita seruantur apud nos feriae diei Dominici, et pleraeque aliae, retinentur vsitata Historiarum discrimina in cancionibus, Natalis Dominici, Pascatis, festi Ascensionis, Pentecostes, et alijs. Et magis amat populus has ipsas ceremonias postquam conscienciae liberatae sunt periculo, et illis iniustis oneribus, de quibus olim Monachi et Canonistae vociferabantur, et e regione vtilitas monstrata est, quod hi ritus seruiant ministerio Euangelij. Item admoniti sunt homines, finem esse politicum harum ordinationum. Haec dextra interpretatio traditionum, reddit eas gratiores moderatis animis. Et quanquam opinio necessitatis et cultus detrahitur, tamen satis munitae sunt, quia docemus in Ecclesiis emendatis, vtiles ceremonias seruire ministerio Euangelij, quare qui petulanter et cum scandalo has ceremonias violant, hoc est, qui impediunt ministerium Euangelij, hos peccare dicimus. Certe modum traditionum esse necesse est, et conscienciis consuli oportet, vt intelligent humanos ritus, nec res necessarias, nec iusticiam esse. [53])

Haec libertas, de qua hic dicimus, non fuit ignota patribus, Augustinus enim inquit, Totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes, Et in hanc sententiam multa disputat. Ireneus inquit, Dissonantia ieiunij non dissoluit fidei consonantiam. Tripartita historia multa colligit exempla dissimilium rituum, et addit egregium Epiphonema. Mens Apostolorum fuit, non de diebus festis sancire, sed praedicare bonam conuersationem et pietatem. Sed nihil opus est in re manifesta colligere multa testimonia. Verum hic vociferantur aduersarij, labefactari hac doctrina disciplinam publicam, effici ἀναρχίαν, Item aboleri bona opera et mortificationem carnis, iuxta Iouiniani dogma. Has calumnias partim iam refutauimus, Non enim fit ἀναρχία, nec labefactatur publica disciplina, cum traditiones, quarum finis est politicus, seruandas esse doceamus, Docemus et scandala cauenda esse, Sed de mortificatione carnis sic respondemus, Vera et non simulata mortificatio est, tolerare crucem, versari in periculis, erumnis, et afflictionibus. Huius generis obedientia est cultus Dei et opus spirituale, sicut docet Psalmus, Sacrificium Deo spiritus contribulatus etc. Docemus preterea aliud genus exercitiorum necessarium esse. Quilibet Christianus etiam corporali disciplina, laboribus, temperantia, meditatione diuinarum rerum, et alijs exercitijs aptis aetati, coercere carnem debet, Horum finis proprius ac proximus esse debet, ne saturitas aut desidia extimulet ad peccandum, et vt mens admo-

---

53) Sunt autem duplices traditiones, — — nec res necessarias, nec insticiam esse.] *pro his verbis* Editionis 3., *exhibet* Ed. 4. *haecce*: Caeterum docemus non esse damnandas traditiones quae nihil precipiunt contra mandata Dei, et habent finem politicum, nidelicet, quae ad hoc conditae snn., ut ordine res in Ecclesia gerantur cuiusmodi sunt traditiones de ferijs, Die dominico, Natali, pascate, et reliquis, item de sacris lectionibus, et similes. Et huius generis ueteres ritus libenter retinemus in nostris Ecclesijs. Et tamen admonetor populus, ut sciat, quid de talibus moribus sentiendum sit, uidelicet, quod non mereantur remissionem peccatorem, qnod non sint iusticia Christiana, nec cultus necessarij ad insticiam Christianam, sed res indifferentes, quas extra scandali casum liceat omittere. Haec *ἐπιεικεία* traditionum liberat conscientias a supersticiosis opinionibus et ab illa ueteri carnificina. Et tamen egregiam commendationem affert traditionibus, quia uerum usum earum ostendit. Omnes moderati homines libentius parent traditionibus, postquam intelligunt priuatim conscientias periculo liberatas esse, et eatenus parendum esse, ne perturbetur communis tranquillitas, neue imbecilles ledantur. Deinde munit et conseruat haec interpretatio publicos mores ac disciplinam, quia iubet caueri scandala. Ad exemplum pertinet et ad assuefaciendam adolescentiam et uulgus, conseruare publicas ferias, coetus in templis, lectiones etc. Ideo huiusmodi ordinationes non sunt dissipandae, sed potius communi studio adiuuandae. Hae sunt uerae et honestae laudes traditionum, quae omnes pios et moderatos, haud dubie, maxime inuitant ad amandos, tuendos, et ornandos publicos mores, Euangelium docet reuerenter sentire, non solum de alijs ciuilibus legibus ac moribus, sed etiam de Ecclesiasticis, et uerum usum harum monstrat. Sed gradus tamen constituit, et discerni uult doctrinam de Christo et rebus coelestibus ac aeternis, a paedagogia Ecclesiastica.

neatur, et fiat aptior ad affectus spirituales. Non est sentiendum, haec exercitia cultus esse qui mereantur remissionem peccatorum, aut satisfactiones esse etc. Et haec disciplina debet esse perpetua, nec possunt praescribi certi dies pariter omnibus. De hac disciplina inquit Christus, Cauete ne corpora vestra grauentur crapula. Item. Hoc genus daemoniorum non eijcitur nisi ieiunio et oratione. Et Paulus ait. Castigo corpus meum et redigo in seruitutem. Itaque non vituperamus ieiunia, sed supersticiosas opiniones, et laqueos conscientiarum in traditionibus. Porro haec exercitia, cum ad illum finem referuntur, vt habeamus corpora obnoxia ad res spirituales, et ad faciendum officium iuxta vocationem etc. sunt in pijs bona opera, [54]) vt testatur Danielis exemplum. Sunt enim opera quae ad hunc finem requirit Deus, vt carnem coherceant. [53])

DE CONIVGIO SACERDOTVM. [55])

[56]) Cum doctrina Christiana honorifice praedicet coniugium, eoque vti iubeat, non solum procreationis causa, sed etiam ad frenandas vitandasque libidines, nunc non solum pontificia lege, sed etiam noua atque inusitata seuicia, prohibentur coniugia sacerdotibus, et contracta dirimuntur, Idque hoc est indignius, quod haec in Ecclesia fiunt, quae vt maxime debet abhorrere a turpitudine, Ita coniugium ad vitanda multa ingentia flagitia, summo studio tueri debebat. Ad haec cum in omnibus ethnicis rebus publicis mediocriter constitutis, propter grauissimas causas, coniugium in magno honore fuerit, quid minus decet in Ecclesia, quam et sanctissimum foedus coniugij distrahere, aut capitalibus poenis, velut summum scelus, punire coniugium? vnde haec in Ecclesiam, in qua debet excellere mutua dilectio, peruasit immanitas? Porro res loquitur ipsa, quantum turpitudinis, ac scelerum. pariat pontificia lex, de celibatu, Nec vlla humana voce dici potest, quantum viciorum ex hoc fonte in Ecclesiam exundauerit, Nam vt non dicamus de Epicureis, quos nihil pudet, quam multi pij ac boni viri infoeliciter luctati sunt cum imbecillitate naturae, et ad extremum in horribilem desperationem inciderunt, Quo spectat autem haec noua crudelitas, nisi vt illa infinita scelera in Ecclesia confirmentur, et vt improbi peccent impunitius? Haec causa nihil habet opus disputatione, Nam haec noua lex, quae nunc defenditur ab aduersarijs, quae et prohibet sacerdotibus coniugia, et contracta distrahit, pugnat cum iure naturali, diuino, cum Euangelio, cum veterum synodorum constitutionibus, cum exemplis veteris Ecclesiae. Tantum opus est nobis pietate et aequitate optimi Imperatoris, quem oramus, vt pro sua pietate, et pro suo officio, abolita tyrannica lege, mederi Ecclesiae studeat. Cum omnis iniusta crudelitas Deo displicet, tum illa maxime quae exercetur in sacerdotes pios et eruditos, qui bene merentur de Ecclesia. Ac non solum diuina oracula minantur atrocissimas poenas, his, qui crudelitatem exercent aduersus sacerdotes, sed exempla etiam extant omnium aetatum, quae comprobant illas minas non esse irritas. Nam vt alia innumerabilia exempla omittamus, Gens Beniamin fere tota deleta est, propter stupratam hospitis sacerdotis coniugem. Cum enim cadauer mulierculae, quae vexata stupris, extincta erat, dissectum, missum esset ad principes Israel, iudicauit vniuersus populus tantam immanitatem seuerissime puniendam esse. Cumque non dederentur ad poenam autores facinoris, tota gens Beniamin magna clade accepta, poenas dedit. At hoc tempore multiplici iniuria afficiuntur sacerdotes, Ipsi cum quidem nullum eis crimen objiciatur, nisi coniugium, excruciati horribilibus supplicijs necantur, miserae coniuges et parui liberi eiecti suis nidulis, vagantur extorres, sine certa sede, sine tecto, sine lare. Paulus vocat prohibitionem coniugij, doctrinam daemoniorum. Id testantur non solum turpissima vicia, quae coelibatus inuexit in Ecclesiam, Sed etiam haec ipsa asperitas, quae propter hanc legem exercetur in sacerdotes, et eorum coniuges ac liberos. Nam diabolus homicida est, et piorum calamitatibus praecipue delectatur. Sed olim Deo poenas daturi sunt talium consiliorum autores. Nos hanc seuitiam, neque dignam Christianis, neque vtilem Ecclesiae esse iudicauimus.

Quod vero objicitur autoritas legis Pontificiae, cur non allegant autoritatem Canonum aduersus turpia exempla impuri coelibatus, et scelera digna animaduersione. Nulla debet esse autoritas Pontificij decreti, pugnantis cum iure naturae, et cum mandato diuino, Natura homines ita conditi sunt, vt sint foecundi, quare Iurisconsulti dicunt, coniunctionem maris et foeminae esse iuris naturae. Idque docet Genesis, capite primo et secundo. Deinde

---

54) bona opera,] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: bona et meritoria opera,

55) De conivgio sacerdotvm.] *hic articulus, qui in* Editt. 3. 4. *hoc quinto loco legitur, in* Editt. 1. 2. *exhibetur loco secundo huius alterius partis Confessionis.*

56) Cum doctrina Christiana honorifice praedicet — — quos quidem Deo curae esse non dubitamus.] *sic hic articulus omnino variatus legitur in* Ed. 3., *cum qua* Ed. 4. *congruit praeter quinque locos in ea denuo mutatos, quos in seqq. notis* 57—61. *proponam. In* Editt. 1. 2. *hic art. sic exhibetur*: Publica querela fuit de exemplis Sacerdotum — — quomodo fere hactenus fieri consueuit. (*vide supra p.* 294. *lin.* 16. — *p.* 297. *lin.* 6.)

cum Paulus inquit, Vnusquisque habeat vxorem, ad vitandam fornicationem, certe praecipit omnibus, qui non sunt idonei ad coelibatum, vt contrahant coniugia. Et Christus monet, non omnes idoneos esse ad coelibatum, cum ait, Non omnes capiunt verbum hoc.

Porro, nec leges humanae, nec vota valent pugnantia cum mandato diuino, Et euentus ipse testatur, naturam legibus humanis non posse mutari. Videmus quantum turpitudinis pariat ille coelibatus. Ac siqui sunt boni viri, [57]) qui student esse casti, hi intelligunt oneris et periculi magnitudinem, et praecipue deplorant hanc sui ordinis seruitutem. In Nicena Synodo, quidam conati sunt legem ferre, vt sacerdotibus interdiceretur consuetudine coniugum. Repudiata est haec lex ab vniuersa Synodo. Et fuit quondam mitior Latina Ecclesia, Tantum enim dimittebat a ministerijs eos, qui cum gererent munus Ecclesiasticum, ducebant vxores, non prohibuit coniugium. Haec noua lex est Pontificum, ignota veteri Ecclesiae ac Synodis, quae in totum prohibet coniugia, et contracta distrahit.

Constat autem vtranque partem huius decreti pugnare cum Euangelio. Allegatur contra nos Ecclesiae et Synodorum autoritas, quam Pontifices ipsi huius decreti autores impudenter contempserunt. Nec obscure reclamauerunt pij sacerdotes, huic nouae legi. Nam historiae Ecclesiasticae testantur, eam non sine acerrimis certaminibus impositam esse Ecclesiis. Tarraconensis Episcopus scribit ad Syricium Pontificem, Sacerdotes Hispanos non posse adduci, vt legem accipiant, qua interdicebatur eis consuetudine vxorum, Quas ibi tragedias agit Syricius, quam inclementer rescribit?

Haec enim sunt Syricij verba, indigna pontifice. Dicat mihi nunc ille, quisquis est, sectator libidinum, preceptorque vitiorum, Et deinde Pauli dictum alienissimum detorquet ad suam causam, Qui in carne sunt, placere Deo non possunt, Dubium profecto est, vtrum inscitiae, an impudentiae ascribendum sit, quod tam contumeliose loquitur de coniugio. Nihil enim agebatur aliud, nisi vt interdiceretur Sacerdotibus vsu coniugum, quas tunc habebant. Deinde posteriores Pontifices multo etiam duriores fuerunt, cum decretum Pontificium de abijciendis vxoribus, in Germania recitaret Synodo Archiepiscopus Moguntinus, Ita exarserunt ira Sacerdotes, vt minarentur se impetum facturos in ipsum Archiepiscopum. Et erat res cum indigna, tum acerba abijcere praesentes coniuges, sed vicit tandem, vel vis vel supersticio, Quanto mitior fuit Cyprianus mulieribus, quae non seruabant promissam castitatem, Scribit enim lib. primo, Epistola vndecima. Si perseuerare nolunt aut non possunt, melius est, vt nubant quam vt in ignem delicijs suis cadant, certe nullum fratribus aut sororibus scandalum prebeant.

Porro iniustae leges non solent esse perpetuae, Rogamus igitur optimum Imperatorem, vt inter cetera Ecclesiae incommoda etiam huius legis vicia consideret, qua in re et illud considerandum est. Natura ipsa hominum veluti senescit et fit imbecillior. Quare prouidendum est, ne vicia crescant. Nec debent leges ipsae semina esse viciorum. Plato grauissime dicit, leges virtutis causa ferendas esse, An autem traditio de coelibatu pietatis causa propugnetur, aut alio quodam consilio, non difficile est indicare. Postremo, cum Christus praecipue commendauerit pijs curam ministrorum Euangelij, rogamus, vt optimus Imperator, seuiciam prohibeat, quae diu iam in homines pios, Sacerdotes exercetur, ac cum Ecclesia potius deliberet, quam cum aduersarijs nostris. Debent in Ecclesia excellere dilectio et misericordia, Quare maxime abhorret vera Ecclesia, a crudelitate non necessaria, nec vult interfici Sacerdotes propter tyrannicam traditionem, Parci etiam vult miseris mulieribus ac liberis sacerdotum, Horum omnium vitam ac salutem, Ecclesia tibi clementissime Imperator commendat, Omnes pij vbique terrarum afficiuntur horum calamitatibus, et taciti desiderant Christianam lenitatem in hoc negocio, tibique comanibus lachrymis doctos et bonos viros, Ecclesiae vtiles, et horum coniuges ac liberos commendant, quem vident et natura preditum esse eximia quadam et heroica bonitate, et in hac causa hactenus singulari vsum esse moderatione, quae quidem significat te de republica rite sananda deliberare. Non vult Ecclesia, te alienae crudelitatis ministrum fieri. Maximus honor est Regum, quem tribuit eis Esaias, cum inquit eos debere Ecclesiae nutricios esse, hoc est Imperia, defensionem pacis, et humanae societatis, non solum corporali vtilitati seruire, sed etiam adiuuare Euangelium, cum videlicet et tegunt Sacerdotes, et tranquillitatem ciuitatibus concedunt, vt institui ad religionem iuuentus, et doceri homines possint. Rogat igitur Ecclesia, vt memineris tibi pios Sacerdotes, tanquam alumnos tuendos esse, Tuum munus est, innocentiae praesidio esse, depellere iniurias, praecipue ab imbecillibus, qui se tueri non possunt ipsi, a pijs mulieribus, a puericia, ab orphanis. In his etiam Sacerdotum coniuges et liberos, qui vere sunt orphani, tibi commissos esse diuinitus existimes.

Ecclesia vel maxime φιλόστοργος est, et non modo coniugum inter se caritatem, parentum erga

57) boni viri,] sic Ed. 3.; Ed. 4.: uiri boni,

liberos amorem probat, sed afficitur etiam ipsa desertorum atque orphanorum aerumnis. Ac vero in tanta bonitate, naturae tuae nihil esse ἄστοργον iudicat, quare sperat tibi quoque dolorem afferre, Sacerdotum neces ac supplicia, coniugum et liberorum exilia. Monet illud etiam Ecclesia, vt prouideas, ne plerique doctrinae Christianae loci, quorum necessaria est explicatio, simul opprimantur, dum pie eruditi interficiuntur, dum excutiuntur hominibus studia doctrinae Christianae. Quid agunt aduersarij aliud, nisi vt deletis omnibus literis et oppressa doctrina, tantum pendeant homines ex autoritate illorum, qui dominantur, somnia indoctorum quamlibet impia, quamlibet absurda, ducant esse oracula. Hanc barbaricam seruitutem existimant aduersarij prodesse dominationi suae. Nec obscure multis in locis iam hac seruitute iacet oppressa Ecclesia, [58]) Etsi autem nos quoque veteres Synodos amplectimur congruentes cum Apostolica doctrina, [58]) tamen non decet autoritatem Ecclesiae praetexere omnibus abusibus ac vicijs quae recentior ac deterior aetas in Ecclesiam inuexit. Nimium [59]) blandiuntur sibi homines, si nihil vicij deriuatum esse putant in Ecclesiam, ex affectibus hominum cupidorum, ex illis labyrinthis et tenebris doctrinae scholasticae et traditionum, Neque vero tam propter coniugium periclitantur hoc tempore boni viri, quam propter studium repurgandae et illustrandae doctrinae Christianae, quod regere ac iuuare Episcopi debebant, Nam his praecipue commendata est cura ornandae et defendendae doctrinae, hi debent esse huius sanctissimi et vtilissimi studij gubernatores et hortatores.

Sed non ad solos Episcopos, verum etiam ad pios Principes ac maxime ad Imperatorem pertinet, pure intelligere Euangelium, dijudicare dogmata, aduigilare, ne impiae opiniones recipiantur aut confirmentur, idolatriam omni studio abolere, His officijs praeclare meriti sunt, de pijs multi magni Heroes, Gedeon, Ezechias, Iosias, Constantinus et plerique alij, Quare existimabis et tui officij esse, cauere ne obruantur ea quae pie [60]) et vtiliter patefacta et emendata sunt, a bonis et doctis uiris, ne impij abusus autoritate tua stabiliantur. Psalmus inquit, Propter templum tuum in Ierusalem, reges offerent tibi munera.

58) Etsi autem nos quoque veteres Synodos amplectimur congruentes cum Apostolica doctrina,] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: Et si autem non est concedenda licentia, conuellendi sententias uera autoritate receptas, nec discedendum est, uel a scripturis, uel a decretis ueterum Synodorum, in quibus pronunciarunt de doctrina Christiana,

59) Nimium] *sic* Ed. 3.; Ed. 4.: Nimium autem

60) pie] *sic recte* Ed. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: piae

Sunt autem propria Regum munera in Ecclesiam conferenda, inquirere veram doctrinam, et curare, vt boni Doctores preficiantur Ecclesiis, dare operam, vt rite dijudicentur Ecclesiasticae controuersiae, non delere piam doctrinam, sed excitare potius ac propagare, et defendere, concordiam Ecclesiae recte constituere et tueri. His veris muneribus, potes nunc optime Imperator ornare Christi Ecclesiam, quae quidem a te praecipue et Christus requirit ipse, et petunt Ecclesiae horribilibus modis laceratae. Postremo cum humanae traditiones cedere debeant temporibus, maxime in Ecclesia, in qua longe pluris fieri debent, salus piorum, dilectio, et pax publica, quam vllae traditiones humanae, multo satius est dissimulare abrogationem huius tradiciunculae de coelibatu, quam confirmare libidines, dissipare coniugia, suscipere seuitiam in sacerdotes et eorum coniuges ac liberos, opprimere piam doctrinam, vastitatem efficere in Ecclesiis.

[61]) Etsi autem mundus omnibus aetatibus dedit insignes poenas libidinum, vt historiae testantur,

61) Etsi autem mundus omnibus aetatibus — — quos quidem Deo curae esse non dubitamus. (*quibus verbis hic art. finitur*)] *hic* Editionis 3. *locus in* Ed. 4. *sic retractatus est*: Hanc igitur coniugij causam, quoniam nihil habet obscuri, pietati et bonitati tuae Imperator commendamus. Nam iniustam legem abolere gubernatores et possunt et debent. Et leges de coelibatu seu ueteres, seu nouae, tantum sunt humani iuris in quo mitigando plurimum autoritas Ecclesiae ualere debet. (*sic hic locus in extrema Pag. Confessionis in hac* Ed. 4. *correctus est, vide supra p.* 345 *sq. lin.* 38. 39. „Errata.“

Quam multa possemus exempla commemorare ex omnium temporum ac gentium historijs, in quibus cernuntur horrenda exempla poenarum quae libidines secutae sunt. Inter causas diluuij fit mentio libidinum, postea quinque urbes hiatu terrae ita absorptae sunt, ut monumentum poenae aeternum, lacus Asphaltites manserit, Cum Israhelitae discessissent ex Aegypto, et multi se consuetudine mulierum Moabiticarum polluissent, duodecim Principes Tribuum suspensi sunt, et trucidata uiginti quatuor milia hominum. Funditus postea deleti Cananei, et nominatim inter causas, recensentur incesti concubitus. Aliquanto post secuta est clades Beniamin propter stupratam Leuitae coniugem. Deinde Dauid eiectus regno propter adulterium, Aliquoties et Ieremias haec tria Idolorum cultus, tyrannides et adulteria causas esse clamitat ingentium calamitatum quae oppresserunt uniuersam gentem Iudaeorum, cum in Babylonem captiua abduceretur.

Haec eo scripta sunt, ut statuamus Deum uere irasci uagis libidinibus et impuros ac incestos non casu in poenas ruere, sed puniri diuinitus, Ergo etiam Ethnicarum ciuitatum excidia nos de ira Dei aduersus haec scelera admonent. Euersa est Sibaris. Athenae, Sparta, Thebae collisae bellis ciuilibus poenas impudicitiae dederunt, Et Roma cum tot Nerones et Heliogabalos habuisset, tandem concidit, undique dilacerato Imperio, armis Barbaricarum gentium plurimarum. Longus Catalogus est et apud Aristotelem, ciuitatum, in quibus mutationes politiarum et seditiones propter libidines extiterunt, praeter has poenas admonet Ecclesiam Paulus, accedere aliam poenam, uidelicet,

de diluuio, de Sodomis, de Dauide, denique innumerabiles Ethnicae historiae, tamen homines prophani leuiter curant iudicium Dei, rident libidines, Ideo tolerant pollutos et contaminatos sacrificulos. Ad hoc accedit, quod celibes facilius possunt tueri opes Ecclesiasticas, et hunc splendorem, qui nunc est procerum Ecclesiasticorum, quem, quia reges sibi ornamento esse putant, maiore studio coelibatum defendunt. Sed Euangelium iubet nos anteferre mandatum Dei prophanis iudicijs et vtilitatibus, ostendit late vagari poenas libidinum per totas gentes, et pollutos coecitate et aeternis supplicijs puniri. Iubet vti coniugio et ordinationi Dei obtemperari, qui ita condidit naturam hominum, vt perpetua societas sit duorum coniugum, maris et foeminae. Monet cultus Dei esse, obtemperare ordinationi et voci Dei, et fugiendas esse supersticiones pugnantes cum ordinatione diuina. Ideo sustulimus prohibitionem coniugij, et sentimus abolendam esse in tota Ecclesia. Et quia non dubitamus peccare omnes qui defendunt prohibitionem illam, nos sacerdotibus legitima et pia matrimonia concedimus. Nec opus est in hac causa disputatione longiore, opus est iudice qui non ridet libidines, sed iram Dei metuit, et vera pietatis officia intelligere studet, Deinde qui odit iniustam crudelitatem, quae hoc tempore aduersus sacerdotes maritos et eorum coniuges ac liberos exercetur. Rogamus igitur Imperatorem, ne pontificiam legem de celibatu, pugnantem cum mandatis Dei, et cum veteribus Synodis defendat, nec sit autor aut adiutor iniustae crudelitatis, nec trucidatis pijs sacerdotibus polluat se parricidijs. Nam cum ceteras iniustas cedes Deus atrociter punit, tum maxime irascitur his, qui seuitiam in sacerdotes pios exercent, vt inquit 4. Regum 9. Vlciscar sanguinem seruorum meorum Prophetarum etc. Quid est indignius, quam Imperia quae diuinitus instituta sunt, vt veram doctrinam de Deo, veros Dei cultus, honesta coniugia, bonos mores tueantur, transferri ad delendam veram doctrinam, ad dissipanda coniugia, ad confirmandas et augendas flagitiosas libidines Pontificum, sacerdotum et Monachorum? Quam miserabile spectaculum est, cum Reges, qui debebant esse imago Dei in terris, non Deo seruiunt, sed furori diaboli confirmantis horribilia peccata, Idolomaniam, libidines, et iniustam crudelitatem? Porro cum de Ecclesiae et piorum defensione scriptum sit, Beatus qui miseretur super egenum et pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, Optamus vt omnes Reges et Principes adficiantur hac voce coelesti, et tegant pios sacerdotes, et eorum coniuges ac liberos, quos quidem Deo curae esse non dubitamus. [56])

amentiam seu furorem, ut Roma. 1. et ad Ephe. 4. Capite scribitur, Ac fortasse iam gubernatores Ecclesiasticos haec poena oppressit, qui magna ex parte palam sunt Epicurei palam defendunt Idola propter opes et autoritatem, rident dicta coelestia, quae minantur poenas Idolorum cultoribus, impudicis, parricidis. Omnia honeste fieri a se praedicant regni causa, hos esse bonos ciues, amantes tranquillitatis, qui ut regni Pontificij maiestatem tueantur, comprobant errores et manifesta flagicia. Tota rerum natura testis est esse Deum, et punire turpitudines et tyrannides. Quaro etiamsi nunc rident has conciones, tamen sciant se aliquando hesuros in poenis, ad quas ab ipsa etiam rerum natura deposcuntur.

Cum igitur constet Legem de coelibatu pugnare cum mandato Dei, sentimus recte facere sacerdotes et alios, qui honesta coniugia contrahunt, sicut Paulus inquit, eligendum esse unius uxoris uirum. Sentimus et gubernatores posse ac debere legem Pontificiam abolere. Errant enim qui putant aut iure diuino prohiberi coniugium sacerdotibus, aut posse legem talem a Regibus aut Episcopis ferri, prohibentem coniugium, Ac si nolint Ecclesiae mederi gubernatores, tamen recte faciunt pij qui sequuntur regulam Apostolicam, quae ait, Deo magis parendum esse quam hominibus.

Denique cum legis Pontificiae defensio multa peccata coniuncta habeat, confirmationem uagarum libidinum, supersticiones et neces piorum sacerdotum, manifestum est nostras Ecclesias recte facere, quod legem illam Pontificiam abolent ac damnant. Rogamus etiam Inclytum Imperatorem, ne se defensione impuri coelibatus, et cede Sacerdotum polluat. Scriptum est enim, Beatus qui miseretur egeni et pauperis, In die mala liberabit eum Dominus.

DE VOTIS MONACHORVM. [62])

Quid de votis Monachorum apud nos doceatur, melius intelliget si quis meminerit qualis status fuerit Monasteriorum, quam multa contra Canones in ipsis Monasterijs quotidie fiebant. Augustini tempore erant libera collegia, postea corrupta disciplina, vbique addita sunt vota, vt tanquam excogitato carcere, disciplina restitueretur. Additae sunt paulatim supra vota aliae multae obseruationes. Et haec vincula multis ante iustam aetatem contra Canones iniecta sunt. Multi inciderunt errore in hoc vitae genus, quibus etiam si non deessent [63]) anni, tamen iudicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiam si quidam beneficio Canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in Monasterijs virginum quam Monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset. Hic rigor displicuit multis bonis viris ante haec tempora, qui videbant puellas et adolescentes in Monasteria detrudi propter victum, uidebant quam infoeliciter succederet hoc consilium, quae scandala pareret, quos

62) De votis monachorvm.] *hic art. in* Editt. 3. 4. *aeque ac in* Editt. 1. 2. *penultimus est.*

63) deessent] *sic* Editt. 1. 2. 3.; Ed. 4.: deerant

laqueos conscientijs injiceret. Dolebant autoritatem Canonum in re periculosissima omnino negligi et contemni.

Ad haec mala, accedebat talis persuasio de votis, quam constat etiam olim displicuisse ipsis Monachis, si qui paulo cordatiores fuerunt, docebant vota paria esse baptismo, docebant se hoc vitae genere mereri remissionem peccatorum, et iustificationem coram Deo. Imo addebant, vitam Monasticam non tantum iusticiam mereri coram Deo, sed amplius etiam, quia seruaret non modo praecepta, sed etiam consilia Euangelica.

Ita persuadebant Monasticam professionem longe meliorem esse Baptismo, vitam Monasticam plus mereri quam vitam Magistratuum, vitam pastorum et similium, qui in mandatis Dei sine facticijs religionibus suae vocationi seruiunt. Nihil horum negari potest, extant enim in libris eorum.

Quid fiebat postea in Monasterijs? Olim erant scholae sacrarum literarum, et aliarum disciplinarum, quae sunt vtiles Ecclesiae, et sumebantur inde pastores, et Episcopi. Nunc alia res est, nihil opus est recitare nota. Olim ad discendum conueniebant, nunc fingunt institutum esse vitae genus [64] ad promerendam remissionem peccatorum et iustificationem, [64] immo praedicant esse statum perfectionis, et longe praeferunt omnibus alijs vitae generibus a Deo ordinatis.

Haec ideo recitauimus nihil odiose exaggerantes, vt melius intelligi posset de hac re, doctrina nostrorum. Primum de his qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos, quod liceat omnibus qui non sunt idonei ad coelibatum, contrahere matrimonium, quia vota non possunt ordinationem ac mandatum Dei tollere. Est autem hoc mandatum Dei, Propter fornicationem habeat vnusquisque vxorem suam. Neque mandatum solum, sed etiam creatio et ordinatio Dei, cogit hos ad coniugium, qui sine singulari Dei opere non sunt excepti, iuxta illud, Non est bonum homini esse solum. Igitur non peccant isti qui obtemperant huic mandato et ordinationi Dei.

Quid potest contra haec opponi? Exaggeret [65] aliquis obligationem voti quantum volet, tamen non poterit efficere, vt votum tollat mandatum Dei. Canones docent in omni voto, ius superioris excipi, quare multo minus haec vota contra mandata Dei valent. Quod si obligatio votorum, nullas haberet causas cur mutari possit, nec Romani Pontifices dispensassent, Neque enim licet homini obligationem, quae simpliciter est iuris diuini rescindere. Sed prudenter iudicauerunt Romani Pontifices aequitatem in hac obligatione adhibendam esse, Ideo saepe de votis dispensasse leguntur. Nota est historia de Rege Arragonum, reuocato ex Monasterio, et extant exempla nostri temporis.

Deinde, cur obligationem exaggerant aduersarij seu effectum voti, cum interim de ipsa voti natura sileant, quod debet esse in re possibili, quod debet esse voluntarium, sponte et consulto conceptum. At quomodo sit in potestate hominis perpetua castitas non est ignotum. Et quotusquisque sponte et consulto vouit? [66] Puellae et adolescentes priusquam iudicare possunt, persuadentur ad vouendum, interdum etiam coguntur. Quare non est aequum tam rigide de obligatione disputare, cum omnes fateantur contra voti naturam esse, quod non sponte, quod inconsulto admittitur.

Plerique Canones rescindunt vota ante annum 15. contracta, quia ante illam aetatem non videtur tantum esse iudicij, vt de perpetua vita constitui possit. Alius Canon plus concedens hominum imbecillitati, addit annos aliquot, vetat enim annum 18. votum fieri. Sed vtrum sequemur, maxima pars habet excusationem, cur Monasteria deserant, quia plurimi ante hanc aetatem vouerant. Postremo etiam si voti violatio reprehendi posset, tamen non videtur statim sequi, [67] quod coniugia talium personarum, dissoluenda sint. Nam Augustinus negat debere dissolui 27. quaest. 1. Cap. Nuptiarum, cuius non est leuis autoritas, etiamsi alij postea aliter senserunt.

Quanquam autem mandatum Dei de coniugio videatur plerosque liberare [68] a votis, tamen afferunt nostri et aliam rationem de votis, quod sint irrita, quia omnis cultus Dei, ab hominibus sine mandato Dei institutus et electus ad promerendam remissionem peccatorum et iustificationem, [69] impius est, sicut Christus ait, Frustra colunt me mandatis hominum. Et Paulus vbique docet, insticiam non esse quaerendam ex nostris obseruationibus et cultibus, qui sint excogitati ab hominibus, sed contingere eam per fidem, credentibus se habere Deum placatum et propicium

64) ad promerendam remissionem peccatorum et iustificationem,] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: ad promerendam gratiam et iusticiam,

65) Exaggeret] Ed. 3. *typogr. errore*: Exageret

66) vouit] *sic* Editt. 1. 2. 4.; Ed. 3. *typ. err.*: nouit

67) tamen non videtur statim sequi,] *sic* Editt. 1. 2. 3.; Ed. 4.: tam non sequitur,

68) videatur plerosque liberare] *sic* Editt. 1. 2. 3.; Ed. 4.: liberet plerosque

69) ad promerendam remissionem peccatorum et iustificationem,] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: ad promerendam iustificationem et gratiam

propter Christum, non propter vlla nostra merita. [70])

Constat autem Monachos docuisse, quod facticiae religiones mereantur remissionem peccatorum et iustificationem, et quod pro peccatis satisfaciant. [71]) Quid hoc est aliud quam de gloria Christi detrahere et obscurare, ac negare iusticiam fidei? Sequitur igitur ista vota vsitata, impios cultus fuisse, quare sunt irrita. Nam votum impium, et factum contra mandata Dei non valet, neque enim debet votum vinculum esse iniquitatis, vt Canon dicit.

Paulus dicit. Euacuati estis a Christo qui in lege iustificamini, a gratia excidistis, [72]) Id est, qui sentiunt quod mereantur proprijs operibus remissionem peccatorum, et quod propter propriam legis impletionem placeant Deo, nec sentiunt quod propter Christum gratis accipiant fide donatam remissionem peccatorum per misericordiam Dei, et quod propter Christum placeant Deo, hi amittunt Christum, quia fiduciam debitam Christo et promissioni Dei, transferunt ad opera. Item opponunt irae Dei, non propiciatorem Christum, sed propria opera, quare honorem debitum Christo transferunt ad opera nostra. Constat autem Monachos hoc docere, quod suis obseruationibus mereantur remissionem peccatorum, quod habeant Deum propicium propter has obseruationes. Quare docent confidere suis operibus non propiciatione Christi. Haec fiducia est impia, et cum Euangelio pugnat, et in iudicio Dei deprehendetur esse inanis. Non enim possunt opera nostra opponi irae ac iudicio Dei. Tantum ita placatur ira Dei, quando gratuitam misericordiam, propter Christum promissam fide apprehendimus. Amittunt igitur Christum, qui fiduciam non in Christum, sed in opera propria collocant.

Praeterea Monachi docuerunt suum vitae genus statum esse perfectionis, quia obseruarent non solum praecepta, sed etiam consilia. Hic error maxime pugnat cum Euangelio, quod finxerunt se praeceptis ita satisfacere, vt amplius etiam facerent. Et hinc natus est horribilis error, quod finxerunt se habere merita supererogationis. Haec applicauerunt pro alijs, vt satisfactiones essent pro alienis peccatis. Haec si quis odiose velit exagitare, quam multa commemorare possit, quorum iam ipsos Monachos pudet. [72])

Non est leue scandalum in Ecclesia populo proponere, certum cultum ab hominibus excogitatum sine mandato Dei, et docere, quod talis cultus iustificet homines. [73]) Quia iusticia fidei in Christum, [74]) quam maxime oportet tradi in Ecclesia, obscuratur, cum illae mirificae religiones Angelorum, simulatio paupertatis et humilitatis, et coelibatus offunduntur oculis hominum.

Praeterea obscurantur praecepta Dei, et verus cultus Dei, cum audiunt homines, solos Monachos esse in statu perfectionis, quia perfectio Christiana est serio timere Deum, et rursus concipere magnam fidem, et confidere propter Christum, quod habeamus Deum placatum, petere a Deo, et certo expectare auxilium in omnibus rebus gerendis, iuxta vocationem. Interim foris diligenter facere bona opera, et seruire vocationi. In his rebus est vera perfectio, et verus cultus Dei, non est in coelibatu aut mendicitate, aut veste sordida, Ac [75]) populus concipit multas perniciosas opiniones ex illis falsis praeconijs vitae Monasticae. Audit sine modo laudari coelibatum, ideo cum offensione conscientiae versatur in coniugio, Audit solos mendicos esse perfectos, ideo cum offensione conscientiae retinet [76]) possessiones, negotiatur. Audit consilium Euangelicum esse de non vindicando, ideo alij in priuata vita non verentur vlcisci, audiunt enim consilium esse non praeceptum, Alij omnes magistratus et ciuilia officia iudicant indigna esse Christianis.

Leguntur exempla hominum qui deserto coniugio, deserta reipublicae administratione, abdiderunt se in Monasteria. Id vocabant fugere ex mundo, et quaerere vitae genus quod Deo magis placeret, nec videbant Deo seruiendum esse in illis mandatis, quae ipse tradidit, non in mandatis, quae sunt excogitata ab hominibus. Bonum et perfectum vitae genus est, quod habet mandatum Dei. De his rebus necesse est admonere homines. Et ante haec tempora reprehendit Gerson errorem Monachorum de perfectione, et testatur suis temporibus nouam vocem fuisse, quod vita Monastica sit status perfectionis.

Tam multae impiae opiniones haerent in votis, quod mereantur remissionem peccatorum et iustifi-

---

70) credentibus se habere Deum placatum et propicium propter Christum, non propter vlla nostra merita.] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: credentibus se recipi in gratiam a Deo propter Christum.

71) mereantur remissionem peccatorum et iustificationem, et quod pro peccatis satisfaciant.] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: satisfaciant pro peccatis, mereantur gratiam et iustificationem.

72) Id est, qui sentiunt quod mereantur — — quorum iam ipsos Monachos pudet.] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: Ergo etiam qui votis iustificari volunt, — — An non est hoc iustificationem tribuere operibus? (*vide supra p.* 317. *lin.* 5—19.

73) homines.] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: homines?

74) fidei in Christum,] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: fidei,

75) Ac] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: Verum

76) retinet] *sic* Editt. 1. 2. 4.; Ed. 3. *typogr. errore*: retinent

cationem,[77]) quod sint perfectio Christiana, quod seruent consilia et praecepta, quod habeant opera supererogationis. Haec omnia cum sint falsa et inania, faciunt vota irrita.

DE POTESTATE ECCLESIASTICA.[78])

Magnae disputationes fuerunt de potestate Episcoporum, in quibus nonnulli incommode commiscuerunt potestatem Ecclesiasticam, et potestatem gladij. Et ex hac confusione, maxima bella, maximi motus extiterunt, dum Pontifices freti potestate clauium, non solum nouos cultus instituerunt, reseruatione casuum, violentis excommunicationibus conscientias onerauerunt, sed etiam regna mundi transferre et Imperatoribus adimere Imperium conati sunt. Haec vitia multo ante reprehenderunt in Ecclesia homines pij et eruditi. Itaque nostri ad consolandas conscientias, coacti sunt ostendere discrimen Ecclesiasticae potestatis, et potestatis gladij, et docuerunt vtramque propter mandatum Dei religiose venerandam et honore afficiendam esse, tanquam summa Dei beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, potestatem clauium, seu potestatem Episcoporum, iuxta Euangelium, potestatem esse seu mandatum Dei, praedicandi Euangelij, remittendi et retinendi peccata, et administrandi Sacramenta. Nam cum hoc mandato Christus mittit Apostolos, Sicut misit me pater, ita et ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis peccata, retenta sunt. Marci 16. Ite praedicate Euangelium omni creaturae, etc.

Haec potestas tantum exercetur docendo seu praedicando Euangelium,[79]) et porrigendo sacramenta, vel multis vel singulis iuxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, sed res aeternae, iusticia aeterna, spiritus sanctus, vita aeterna. Haec non possunt contingere nisi per ministerium verbi et sacramentorum, sicut Paulus dicit, Euangelium est potentia Dei, ad salutem omni credenti. Itaque cum potestas Ecclesiastica concedat res aeternas, et tantum exerceatur per ministerium verbi, non impedit politicam administrationem, sicut ars canendi nihil impedit politicam administrationem. Nam politica administratio versatur circa alias res quam Euangelium. Magistratus defendit non mentes, sed corpora et res corporales, aduersus manifestas iniurias, et coercet homines gladio, et corporalibus poenis, vt iusticiam ciuilem et pacem retineat.

Non igitur commiscendae sunt potestates, Ecclesiastica et ciuilis, Ecclesiastica suum mandatum habet, Euangelij docendi et administrandi sacramenta. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges Magistratuum, non tollat legitimam obedientiam, non impediat iudicia de vllis ciuilibus ordinationibus aut contractibus, non praescribat leges magistratibus de forma reipublicae, sicut dicit Christus, Regnum meum non est de hoc mundo. Item, Quis constituit me iudicem aut diuisorem super vos? Et Paulus ait Philip. 3. Nostra politia in coelis est. 2. Corin. 10. Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destruendas cogitationes etc. Ad hunc modum discernunt nostri vtriusque potestatis officia, et iubent vtramque honore afficere et agnoscere, vtramque Dei donum et beneficium esse.

Si quam habent Episcopi potestatem gladij, hanc non habent, vt Episcopi[80]) ex mandato Euangelij, sed iure humano donatam a Regibus et Imperatoribus, et administrationem[81]) ciuilem suorum bonorum. Haec interim alia functio est quam Ministerium Euangelij.

Cum igitur de iuris dictione Episcoporum quaeritur, discerni debet imperium ab Ecclesiastica iuris dictione. Porro secundum Euangelium, seu vt loquuntur, de iure diuino, nulla iuris dictio competit Episcopis, vt Episcopis, hoc est, his quibus est commissum ministerium verbi et Sacramentorum, nisi remittere peccata. Item, cognoscere doctrinam, et doctrinam ab Euangelio dissentientem reijcere, et impios, quorum nota est impietas, excludere a communione Ecclesiae, sine vi humana, sed verbo. Hic necessario, et de iure diuino, debent Ecclesiae[82]) praestare obedientiam, iuxta illud. Qui vos audit, me audit.

Verum cum aliquid contra Euangelium docent aut statuunt, tunc habent Ecclesiae mandatum Dei, quod obedientiam prohibet, Matth. 7. Cauete a Pseudoprophetis. Gal. 1. Si Angelus de coelo aliud Euangelium euangelizauerit, anathema sit. 2. Corin.

---

77) quod mereantur remissionem peccatorum et iustificationem,] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: quod iustificent,

78) De potestate ecclesiastica.] *hic art. in* Editt. 3. 4. *aeque ac in* Editt. 1. 2. *postremus est huius alterius partis Confessionis.*

79) Euangelium,] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: verbum,

80) habent, vt Episcopi] *sic* Editt. 2. 3. 4.; Ed. 1.: habent Episcopi

81) et administrationem] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: ad administrationem

82) debent Ecclesiae] *sic* Editt. 3. 4.; Editt. 1. 2.: debent eis Ecclesiae

13. Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Item. Data est nobis potestas ad aedificationem, non ad destructionem. Sic et Canones praecipiunt. 2. q. 7. Cap. Sacerdotes, et Cap. Oues. Et Augustinus contra Petiliani Epistolam inquit, Nec catholicis Episcopis consentiendum est, sicubi forte fallantur, aut contra Canonicas Dei scripturas aliquid sentiunt.

Si quam habent aliam vel potestatem, vel Iuris dictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonij, aut decimarum etc. hanc habent humano iure. Vbi cessantibus ordinarijs, coguntur Principes vel inuiti, suis subditis ius dicere, vt pax retineatur.

Praeter haec disputatur, vtrum Episcopi seu pastores habeant ius instituendi ceremonias in Ecclesia, et leges de cibis, ferijs, gradibus ministrorum, seu ordinibus etc. condendi. Hoc ius qui tribuunt Episcopis, allegant testimonium, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Allegant etiam exemplum Apostolorum, qui prohibuerunt abstinere a sanguine, et suffocato. Allegant sabbatum mutatum in diem Dominicum contra Decalogum, vt videtur. Nec vllum exemplum magis iactatur quam mutatio sabbati. Magnam contendunt Ecclesiae potestatem esse, quod dispensauerit de praecepto Decalogi.

[83]) Sed de hac quaestione nostri sic docent, quod Episcopi non habent potestatem statuendi aliquid contra Euangelium, vt supra ostensum est, Docent idem Canones 9. Distin. Porro contra scripturam est, traditiones condere aut exigere, vt per eam obseruationem mereamur remissionem peccatorum et satisfaciamus pro peccatis,[84]) Leditur enim gloria meriti Christi, cum talibus obseruationibus conamur mereri remissionem peccatorum et iustificationem.[85]) Constat autem propter hanc persuasionem, in Ecclesia pene in infinitum creuisse traditiones. oppressa interim doctrina de fide et iusticia fidei, quia subinde plures feriae factae sunt, ieiunia indicta, ceremoniae nouae, noui honores Sanctorum instituti sunt, quia arbitrabantur se autores talium rerum, his operibus mereri remissionem peccatorum et iustificationem,[86]) Sic olim creaerunt Canones poenitentiales, quorum adhuc in satisfactionibus vestigia quaedam videmus.

[87]) Item plerique scriptores fingunt in nouo Testamento oportere cultum similem esse Leuitico, cuius ordinationem commiserit Deus Apostolis et Episcopis. Et videntur scriptores exemplo legis Mosaicae decipi, quasi iusticia noui Testamenti sit externa obseruatio certorum rituum sicut iusticia legis erat externa obseruatio certorum rituum. Sicut igitur in lege peccatum erat edere suillam carnem etc. Ita in nouo Testamento collocant peccatum in cibis, in diebus, in vestitu, et similibus rebus. Et existimant sine his rebus iusticiam noui Testamenti non posse existere. Hinc sunt illa onera, quod certi cibi polluant conscientiam, quod horas Canonicas omittere, sit mortale peccatum, quod ieiunia mereantur remissionem peccatorum, quae sint necessaria ad iusticiam noui Testamenti, quod peccatum in casu reseruato non possit remitti, nisi accesserit autoritas reseruantis, cum quidem ipsi Canones tantum de reseruatione poenae canonicae[88]) loquantur, non de reseruatione culpae.[87])

Vnde habent ius Episcopi has traditiones imponendi Ecclesijs ad grauandas conscientias? Extant enim clara testimonia,[89]) quae prohibent condere tales traditiones,[90]) vel ad promerendam remissionem peccatorum, vel tanquam necessarias ad iusticiam noui Testamenti, aut ad salutem.[90])

Paulus Colos. 2. Nemo vos iudicet in cibo, potu, parte diei festi, nouilunio aut sabbatis. Item, Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viuentes in mundo, decreta facitis? Non attingas, non gustes, non contrectes, quae omnia pereunt vsu, et sunt mandata et doctrinae hominum, quae habent speciem sapientiae. Item ad Titum aperte prohibet traditiones, Non attendentes Iudaicis fabulis, et mandatis hominum auersantium veritatem. Et Christus Matth. 15. inquit, de his qui exigunt traditiones. Sinite illos, coeci sunt, et duces coecorum. Et improbat tales cultus, Omnis plantatio quam non platauit pater meus coelestis, eradicabitur.

---

83) Sed de hac quaestione nostri sic docent,] *inde ab his verbis usque ad finem hic articulus in* Ed. 4. *denuo retractatus ac prorsus mutatus est, vide notam* 96. *verbis extremis huius art. adscriptam.*

84) mereamur remissionem peccatorum et satisfaciamus pro peccatis,] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: satis faciamus pro peccatis, aut mereamur gratiam et iusticiam,

85) mereri remissionem peccatorum et iustificationem.] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: mereri iustificationem.

86) mereri remissionem peccatorum et iustificationem,] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: mereri gratiam.

87) Item plerique scriptores fingunt — — non de reseruatione culpae.] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: Item autores traditionum faciunt — — de reseruatione poenae Ecclesiasticae loquantur. (*vide supra p.* 326. *lin.* 11. — *p.* 327. *lin.* 10.)

88) canonicae] *sic recte* Ed. 2.; Ed. 3.: canonice

89) ad grauandas conscientias? Extant enim clara testimonia,] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1: ad illaqueandas conscientias? Cum Petrus vetet — — Verum extant clara testimonia, (*vide supra p.* 327. *lin.* 12—18.).

90) vel ad promerendam remissionem — noui Testamenti, aut ad salutem.] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: ad promerendam gratiam, aut tanquam necessarias ad salutem.

Si ius habent Episcopi onerandi Ecclesias infinitis traditionibus, et illaqueandi conscientias, cur toties prohibet scriptura condere et audire traditiones? cur vocat eas traditiones daemoniorum, Num frustra haec praemonuit spiritus sanctus? Relinquitur igitur, cum ordinationes institutae tanquam necessariae, aut cum opinione promerendae remissionis peccatorum, [91]) pugnent cum Euangelio, quod non liceat vllis Episcopis tales cultus instituere aut exigere. Necesse est enim in Ecclesijs retineri doctrinam, de libertate Christiana, quod non sit necessaria seruitus legis ad iustificationem, sicut in Galatis scriptum est, Nolite iterum iugo seruitutis subijci. Necesse est retineri praecipuum Euangelij locum, quod remissionem peccatorum et iustificationem [92]) per fidem in Christum gratis consequamur, non propter certas obseruationes, aut propter cultus ab hominibus institutos.

Quid igitur sentiendum est de die Dominico, et similibus ritibus templorum? Ad haec respondent, quod liceat Episcopis seu pastoribus facere ordinationes, vt res ordine gerantur in Ecclesia, non vt per illas mereamur remissionem peccatorum, [93]) aut satisfaciamus pro peccatis, aut obligentur conscientiae, vt iudicent esse necessarios cultus, ac sentiant se peccare, cum sine offensione aliorum violant. Sic Paulus ordinat, vt in congregatione mulieres velent capita, vt ordine audiantur in Ecclesia interpretes etc.

Tales ordinationes conuenit Ecclesias propter caritatem et tranquillitatem seruare eatenus, ne alius alium offendat, vt ordine et sine tumultu omnia fiant in Ecclesijs. Verum ita, ne conscientiae onerentur, vt ducant res esse necessarias ad salutem, ac iudicent se peccare, cum violant eas sine aliorum offensione, sicut nemo dixerit peccare mulierem, quae in publicum non velato capite procedit, sine offensione hominum.

Talis est obseruatio diei Dominici, Paschatis, Pentecostes, et similium feriarum, et rituum, Nam qui iudicant Ecclesiae autoritate, pro Sabbato institutam esse diei Dominici obseruationem, tanquam necessariam, longe errant. [94]) Scriptura concedit, vt obseruatio sabbati nunc sit libera. Docet enim ceremonias Mosaicas post reuelatum Euangelium non necessarias esse. [94]) Et tamen quia opus erat constituere certum diem, vt sciret populus quando conuenire deberet, apparet Ecclesiam ei rei destinasse diem Dominicum, qui ob hanc quoque causam videtur magis placuisse, vt haberent homines exemplum Christianae libertatis, et scirent nec sabbati nec alterius diei obseruationem necessariam esse.

Extant prodigiosae [95]) disputationes de mutatione legis, de ceremonijs nouae legis, de mutatione sabbati, quae omnes ortae sunt ex falsa persuasione, quod oporteat in Ecclesia cultum esse similem Leuitico. Et quod Christus commiserit Apostolis et Episcopis, excogitare nouas ceremonias, quae sint ad salutem necessariae. Hi errores serpserunt in Ecclesiam, cum iusticia fidei non satis clare doceretur. Aliqui disputant diei Dominici obseruationem non quidem iuris diuini esse, sed quasi iuris diuini, praescribunt de ferijs, quatenus liceat operari. Huiusmodi disputationes quid sunt aliud nisi laquei conscientiarum? Quanquam enim conentur epikeizare traditiones, tamen nunquam potest aequitas deprehendi, donec manet opinio necessitatis, quam manere necesse est, vbi ignorantur iusticia fidei, et libertas Christiana.

Apostoli iusserunt abstinere a sanguine, quis nunc obseruat? neque tamen peccant qui non obseruant, quia ne ipsi quidem Apostoli voluerunt onerare conscientias tali seruitute, sed ad tempus prohibuerunt propter scandalum. Est enim perpetua voluntas Euangelij consideranda in decreto. Vix vlli Canones seruantur accurate, et multi quotidie exolescunt apud illos etiam, qui diligentissime defendunt traditiones. Nec potest conscientijs consuli, nisi haec aequitas seruetur, vt sciamus eos sine opinione necessitatis seruari, nec ledi conscientias, etiamsi traditiones exolescant.

Facile autem possent Episcopi legitimam obedientiam retinere, si non vrgerent seruare traditiones, quae bona conscientia seruari non possunt. Nunc imperant coelibatum, nullos recipiunt nisi iurent se puram Euangelij doctrinam nolle docere. Non petunt Ecclesiae vt Episcopi honoris sui iactura sarciant concordiam, quod tamen decebat bonos pastores, facere. Tantum petunt vt iniusta onera remittant, quae noua sunt, et praeter consuetudinem Ecclesiae catholicae recepta. Fortassis initio quaedam constitutiones habuerunt probabiles causas, quae tamen posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam quasdam errore receptas esse, quare Pontificiae clementiae esset, illas nunc mitigare, quia talis mutatio non labefacit Ecclesiae vnitatem. Multae enim traditiones humanae tempore mutatae sunt, vt ostendunt ipsi Ca-

91) promerendae remissionis peccatorum,] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: promerendae gratiae,

92) remissionem peccatorum et iustificationem] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: gratiam

93) remissionem peccatorum,] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: gratiam

94) Scriptura concedit, vt obseruatio — Euangelium non necessarias esse.] *sic* Editt. 2. 3.; Ed. 1.: Scriptura abrogauit sabbatum, quae docet omnes ceremonias Mosaicas, post reuelatum Euangelium omitti posse.

95) prodigiosae] *sic recte* Editt. 1. 2.; Ed. 3.: prodigiose

nones. Quod si non potest impetrari, vt relaxentur obseruationes, quae sine peccato non possunt praestari, oportet nos regulam Apostolicam sequi, quae praecipit, Deo magis obedire quam hominibus. Petrus vetat Episcopos dominari, et Ecclesijs imperare. Nunc non id agitur, vt dominatio eripiatur Episcopis, sed hoc vnum petitur, vt patiantur Euangelium pure doceri, et relaxent paucas quasdam obseruationes, quae sine peccato seruari non possunt. Quod si nihil remiserint, ipsi viderint, quomodo Deo rationem reddituri sint, quod pertinatia sua causam schismati praebent. 96)

---

96) Sed de hac quaestione nostri sic docent (*vide supra p.* 407. *lin.* 30.) — — — quod pertinatia sua causam schismati praebent] *haec pars huius articuli extremi, qualis in* Editt. 2. 3. *legitur, in* Ed. 4. *sic variata est*:

Quoties autem de hoc loco disserimus, statim clamitant aduersarij, labefactata autoritate Episcoporum, fieri ἀταξίαν, non posse mores populi gubernari, non cohereeri uulgi petulantiam, denique sequi Cyclopicam uitam, qualis ab Euripide in hoc uersu describitur. νομάδες, ἀκούει οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός. Queruntur et abrogatis aliquibus legibus uulgus exemplum transferre ad omnes leges, et excussis uinculis ac frenis disciplinae sumere sibi infinitam licentiam, quae scandala innumera, distractiones Principum, dissipationes Ecclesiarum, seditiones, bella, et uastitates parit. Denique ostendunt quam sit inimica generi humano ἀναρχία, et ex hoc fonte, quantum in omnem uitam uiciorum et calamitatum exundet.

Monent igitur ad haec tanta mala uitanda, stabiliendam esse autoritatem Episcoporum, retinendas leges usitatas, in quibus etiam si qua sint incommoda, haec docent condonanda esse communi hominum imbecillitati, et propter tranquillitatem dissimulanda, presertim cum nullus constitui status possit, qui prorsus sit sine uicio. Allegant huc uetus illud τὸ κακὸν εὖ κείμενον, μὴ κινητέον. Commemorant exempla, motis legibus, aut mutata politiae forma in ciuitate Attica, Spartana, Romana et alijs, quae clades secutae sint. Romae dissensiones Consulum et Tribunorum quoties ciuilia bella excitarunt?

Quanquam autem hae Senatoriae conciones admodum plausibiles sunt, et multorum animos aduersus nos incendunt, tamen ueris et honestissimis argumentis refutari possunt. Primum igitur petimus ut illi Accusatores nostri historiam Ecclesiae omnium temporum intueantur, Nec putent summos uiros Prophetas et Apostolos fuisse sine sensu communi, ne adeo ferreos, ut tranquillitatem patriae non amarint, aut adeo immanes, ut disciplinam leges, Regni εὐταξίαν non maximi fecerint. Hi uero sapientissimi, optimi, et moderatissimi uiri Esaias, Ionas, Ieremias, Baptista, Christus, Petrus, Iacobus, Paulus, et intelligebant quantum bonum sit ciuilis concordia, et amabant suos, amabant patriam, magno cum dolore spectabant dissidia et dilacerationem pulcherrimae politiae. Quoties illacrymat Christus, loquens de discordijs et seditionibus gentis et urbis excidio. Quanquam igitur illa ciuilia officia et norant optime, et maxime amabant Prophetae et Apostoli, tamen cogebantur diuino mandato belligerari cum regno diaboli, proponere celestem doctrinam, colligere Deo Ecclesiam, et seruire saluti aeternae multorum hominum. Hae sunt primae leges anteferendae ceteris omnibus, Non habebis deos alienos. Non usurpabis nomen Dei uane. Item de filio Dei, Hic est filius meus dilectus, Hunc audite. His legibus necesse est obtemperare, necesse est ueram de Deo doctrinam, ueros cultus amplecti, et fugere errores contumeliosos in Deum, uel si fractus illabatur orbis. Nulla res humana his Dei mandatis anteferenda est, non uita nostra, non amici, non ciuium concordia.

Moises uir sapientissimus et haud dubie politicus, imponit tribui Leuiticae munus docendi, ac sciens qualia sint doctorum certamina et pericula, praemonet de eo, quod iudicabat esse difficillimum, et iubet anteferri defensionem uerae doctrinae. Sic enim ait Deute. 33. Hi custodient eloquium tuum, qui parentes, liberos, fratres obliuiscentur.

Experimur et ipsi non leue onus impositum esse docentibus, seuitur in nostros multis locis. Nos ipsi duriter premimur, Ipsa etiam patriae discordia nobis ingentem dolorem adfert. Sed ut dictum est, necesse est his magnis incommodis anteferre mandatum Dei, de uera doctrina amplectenda, et abijciendis erroribus. Nec nobis ignota sunt ea quae a prudentibus de legum mutationibus scripta sunt, Meminimus illam Platonis uocem, ut delirantium parentum, ita desipientis patriae mores ferendos esse. Sed haec praecepta suas metas habent, Ferenda est seruitus sine impietate. Non probanda est Idolomania, nou Euangelij lumen extinguendum.

Deinde cur nobis aduersarij nostri concionantur de hac moderatione, cum ipsi interim ciues, et membra Christi interficiant. Facile possent sarcire concordiam, et ordinis autoritatem tueri, si uiciosos cultus et iniustas leges abolerent. Nunc dimicant non de Ecclesiae salute, sed de suis opibus et uoluptatibus, Nolunt reprehendi εἰδωλομανίας in Missa et inuocatione mortuorum, quia nolunt diminui questum, defendunt uagas libidines, quia coelibatus est utilis retinendis opibus. Haec nemo non uidet, Quare illas Senatorias conciones omittant, in quibus, ut uerbis utar Poetae ueteris, σεμνοῖς λόγοισιν αἰσχρὰ μηχανώμενοι, Specioso pretextu non toleranda flagitia confirmare student.

Adijcio et alteram defensionis nostrae partem ueram et simplicem, Non facimus ἀναρχίαν. Docemus maxime uenerandum esse ministerium Euangelij, et obedientiam ei deberi, in his quae iuxta Euangelium propria sunt eius ministerij. Impius et execrandus est, qui speciosos pedes euangelizantium pacem, non reuerenter excipit. Deinde et politica potestas, quae gladium gerit, ornata est nostris literis. Itaque de Anarchia, falsum crimen est.

Nunc uenio ad questionem propositam de legibus Episcoporum, de quibus primum tenenda est regula certissima, quod nemini licet condere leges pugnantes cum mandatis Dei. Nota est enim Pauli sententia. Si angelus coelestis aliud Euangelium doceat, anathema sit. Ex hoc fundamento, quod firmum et immotum est, facile extrui cetera possunt. Iam tres ordines sunt decretorum Pontificiorum, Quaedam decreta cogunt peccare, ut lex de coelibatu, leges de priuatis Missis, in quibus fit oblatio et applicatio pro uiuis et mortuis, et opinio transsubstantionis uiciosam adorationem parit, mandata de inuocatione mortuorum. De his legibus facile est iudicium, quia enim aperte pugnant cum mandatis Dei, regula sequenda est Apostolorum, Oportet Deo magis obedire quam hominibus.

Secundus ordo est rituum, qui de rebus sua natura medijs loquuntur, ut sunt leges de ciborum et dierum discrimine, et similibus rebus, Cum his rebus adduntur opiniones falsae, non iam sunt mediae. Assuunt autem aduersarij alij magis, alij minus absurdas opiniones, falsas tamen, propter quas et leges illae et ritus abijciendi sunt, ne confirmentur uiciosi cultus. Plurimi fingunt opera humanarum traditionum, ut satisfactiones et similia, mereri remissionem peccatorum, Haec opinio aperte falsa est, transfert enim beneficium Christi in humanas ceremonias, Nec opus est longa refutatione, uno Pauli fulmine contenti simus. Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, excidistis a

EPILOGVS.[1]

[2] Hi sunt praecipui articuli, qui videntur habere controuersiam. quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, vt fugeremus prolixitatem, praecipua complexi sumus, ex quibus caetera facile iudicari possunt. Magnae querelae fuerunt de indulgentijs, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis. Parochiae multipliciter vexabantur per Stationarios. Infinitae [3]) contentiones erant Pastoribus cum Monachis, de iure Parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de extra

---

Christo. Haec sententia satis docet, homines non mereri remissionem peccatorum proprijs operibus uel diuinae legis, uel traditionum humanarum.

Alij admoniti, quantum primus hic error habeat absurditatis, incipiunt uerecundius loqui de traditionibus, Sed tamen errorem non tolerandum retinent, dicunt haec opera, etsi non merentur remissionem peccatorum, tamen esse cultus Dei, id est, opera, quorum finis sit immediatus, ut per ea Deus honore adficiatur. Acerrime resistendum est et huic errori, Christus enim aperte dicit. Frustra colunt me mandatis hominum. Et Paulus expresse damnat ἐθελοθρησκίας ad Colossenses. Et cum oporteat cultus Dei in fide fieri, necesse est nos habere Dei uerbum, quod testetur opus Deo placere. Quomodo enim potest conscientia Deo offerre opus, si non extet uox Dei, quae ostendat Deum sic uelle coli, uelle hoc honore adfici. Sed hanc de fide doctrinam impij homines non intelligentes, omnibus seculis horrenda audacia finxerunt cultus, sine mandato et uerbo Dei, quod si fieri licet, non potest dici causa, cur non placeant Deo Ethnica sacrificia, mactationes canum, hostiae lampsacenae, et alia portenta. Quo ruit humana audacia non solum apud Ethnicos, in fingendis cultibus, sed etiam in Pontificio coetu excogitatis subinde nouis et absurdis ceremonijs, in inuocatione mortuorum, in ueneratione sanctorum, in Monachorum βαττολογίας. Simus igitur uigilantes hoc loco, nec sinamus Ecclesijs obtrudi leges, quae proponunt opera sine mandato Dei, tanquam cultus et insticias. Et cum hanc de cultibus opinionem assuant omnes aduersarij, etiam qui uerecundissime loquuntur. sciamus pium opus esse, reclamare, et uiolatione talium traditionum exemplum ostendere, ex quo pij discant, quid sentiendum sit. Sicut de Attalo scribit Eusebius, diuinitus iussum esse, ut alteri cuidam diceret uescenti tantum pane, sale, et aqua, ut cibis communibus uteretur, ne alijs errorem offunderet.

Porro hic secundus error, de cultu, late uagatus est. Multi enim in Ecclesia decepti sunt κακοζηλία. Leuiticarum ceremoniarum, ac putauerunt in nouo Testamento oportere similes aliquos ritus esse, et hos esse cultus Dei, seu res per quas uelit Deus se honore adfici, et insticias esse. Ideoque tribuerunt Episcopis autoritatem tales ritus et cultus instituendi. Hunc Pharisaicum errorem Christus. et Apostoli taxarunt, qui docent cultus in nouo Testamento esse poenitentiam, timorem Dei, fidem, et opera decalogi, ut Paulus inquit. Regnum Dei non est esca et potus, sed insticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Qui enim in his seruit Christo, placet Deo, et probatus est hominibus. Monachi se Nazareos esse fingebant, Sacrificuli pro mortuis sacrificantes, fingebant se imitari Aharonem offerentem. Sed haec exempla non conueniunt. Monachorum ritus, et uenditae sacrificulorum Missae nullum habent uerbum Dei, Imo admixtae sunt multae absurdae opiniones, quas in Ecclesia taxari necesse est.

Tertius error est opinio necessitatis, Qua imaginantur Ecclesiam esse similem ceteris politijs humanis, cogitant regnum esse in quo Episcopi ut Reges, potestatem habeant condendi leges nouas extra Euangelium, et his necessario obediendum esse, sicut Regum legibus necessario obediendum est, presertim cum haec uita hominum carere ceremonijs non possit. Et haec opinio necessitatis saepe excitauit certamina, dum suos quisque ritus humanos tanquam necessarios defendit. Sed Christus et Apostoli docent tales ritus sine mandato Dei propositos, non habendos esse pro rebus necessarijs. Contra hanc libertatem sancitam et constitutam autoritate diuina, non est recipienda opinio, quod uiolatio traditionum mediarum extra casum scandali sit peccatum. Huc pertinet dictum Pauli, Nemo uos iudicet in cibo, potu, uicibus diei festi etc. Nam iudicare significat obligare conscientias, et damnare non obtemperantes. Item ad Galatas. 5. State in libertate, qua Christus uos liberauit etc.

Hactenus dictum est, quatenus non liceat aut condere traditiones aut adprobare. Querat igitur aliquis, an uitam hanc hominum sine ordine, sine ritibus esse uelimus. Nequaquam. Sed docemus pastores ueros Ecclesiarum posse in Ecclesijs suis publicos ritus instituere, sed tantum ad finem corporalem, hoc est, boni ordinis causa, uidelicet ritus utiles ad docendam multitudinem, ut certos dies, certas lectiones, et siqua sunt similia, sed sine supersticione, et sine opinione necessitatis, ut ante dictum est. Et has ordinationes uiolare extra casum scandali, non ducatur esse peccatum, Sed si cum scandalo uiolentur, ubi Ecclesiae recte constitutae sunt, nec error est in doctrina, Sciat uiolans tali loco se peccare, quia Ecclesiae recte constitutae tranquillitatem perturbat, aut alios a uero ministerio abducit. Haec ratio satis munit autoritatem utilium traditionum, et non inijcit laqueum consciencijs.

Sic Ecclesia inicio certos dies ordinauit, diem Dominicum, Natalem Christi, Pasca, Pentecosten etc. Nec dispensauit Ecclesia de decalago, sed autoritas diuina ceremonias legis Mosaicae abrogauit, et tamen populum scire oportet quando conueniendum sit, ad Euangelium, et ad Christi ceremonias. Ideo aliqui dies constituti sunt, sine illis opinionibus de quibus supra diximus, Ac manet in decalogo genus ut aliquibus temporibus conueniamus ad haec pia

---

1) Epilogvs] *haec inscriptio, quae in* Editt. 1. 2. 3. *legitur, in* Ed. 4. *omissa est.*

2) Hi sunt praecipui articuli, — — Deo, volente, iuxta scripturas exhibere.] *sic hic* Epilogus *in* Editt. 1. 2. 3. *exhibetur*; *in* Ed. 4. *vero, omissa inscriptione, pro illis scripta sunt haecce*:

Complexi sumus summam doctrinae Euangelicae necessariam Ecclesijs, Nec dubitamus has ipsas sentencias nostras uere esse doctrinam in scriptis propheticis et Apostolicis traditam, et consensum catholicae Ecclesiae Christi, cui etiam eruditiores scriptores Ecclesiastici testimonium saepe perhibent. Ac offerimus nos ad explicationem longiorem, ubicunque opus erit. Oramus autem Deum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut ipse Ecclesiam suam, sanguine filij redemptam, gubernet, seruet, purget et augeat. Amen.

3) Infinitae] *sic recte* Editt. 1. 2.; Ed. 3.: Infinite

ordinarijs concionibus, et de alijs innumerabilibus rebus. Huiusmodi negotia praetermisimus, vt illa quae sunt in hac causa praecipua, breuiter proposita, facilius cognosci possent. Neque hic quicquam ad vllius contumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quae videbantur necessario dicenda esse, vt intelligi possit in doctrina ac ceremonijs, apud nos nihil esse receptum contra scripturam aut Ecclesiam catholicam, quia manifestum est, nos diligentissime cauisse, ne qua noua et impia dogmata in Ecclesias nostras serperent.

Hos articulos supra scriptos, voluimus exhibere iuxta edictum C. M. in quibus confessio nostra extaret, et eorum qui apud nos docent doctrinae summa cerneretur. Si quid in hac confessione [4]) desiderabitur, parati sumus latiorem informationem, Deo volente, iuxta scripturas exhibere. [2])

Caesareae Maiest. V.

Fideles et subditi.

Ioannes dux Saxoniae Elector.
Georgius Marchio Brandenburgensis.
Ernestus dux Luneburgensis.
Philippus Landgrauius Hessorum.
Ioannes Fridericus dux Saxoniae.
Franciscus dux Luneburgensis.
Volfgangus [5]) Princeps ab Anhalt.
Senatus Magistratusque Nurnbergensis.
Senatus Reutlingensis.

---

exercitia, species uero quae erat ceremonia, libera est. Ideo non retinuerunt Apostoli septimum diem, sed maluerunt uti primo, ut et de libertate et de resurrectione Christi pios admonerent.

Ea quae obijciuntur, facile dilui possunt. Apostolorum decretum, de Idolothytis et scortatione est morale et perpetuum. Quod autem addiderunt de sanguine et suffocato, scandali ratio, eo tempore, habita est, Nam mos erat etiam ante Apostolos, ut domiti a Iudaeis abstinerent a sanguine et suffocato. Nihil igitur noui adiunctis ad societatem suam imponebant, sed usitatum ritum ueterem et gratum utrisque, Iudaeis pijs et socijs, nondum mutarunt.

Quod Christus ait. Adhuc multa uobis dicere habeo, certe non de futilibus ceremonijs Pontificum intellexit, nec de nouis articulis fidei, sed de eo ipso Euangelio illustrando, quod iam tradiderat. Ideo postea addit de officio spiritus sancti, non allaturum esse aliud doctrinae genus, sed luce sua perfusurum mentes Apostolorum, ut Euangelium de uoluntate Dei iam traditum intelligerent. Ideo ait Ioan. 14. Ille uos docebit omnia, et rediget uobis in memoriam omnia quae dixi uobis. Item, Non loquetur a seipso, sed quae audit, loquetur.

Obijciuntur et alia dicta quae praecipiunt de obedientia. Obedite praepositis uestris. Toties respondimus maxime necessarium esse obedientiam in ijs quae propria sunt ministerij diuini et mandati, Nam haec dicta non constituunt Episcopis regnum extra Euangelium. Christus dedit eis certa mandata, His iubet nos parere, Deinde etiam prohibuit institui nouos cultus. His uetat parere. Metae sunt constitutae intra quas et autoritas pastorum, et nostra obedientia consistere debet. Sed has metas audacissime tollunt Episcopi, qui triplicem sibi arrogant potestatem, qua confirmant perniciosissimos errores, uidelicet, Regiam seu praetoriam potestatem interpretandae scripturae, deinde potestatem instituendi cultus, tertio, Regiam potestatem ferendarum legum. Ita transformant Ecclesiam in humanam politiam, imaginantur, ut in regno, Princeps aut Pretor est legis interpres, et ut Princeps habet potestatem ferendae nouae legis, ita in Ecclesia oportere similem esse Episcoporum potestatem. Nec uolunt Ecclesiam mutis literis, ut dicunt, Prophetarum et Apostolorum gubernari, quae cum interdum non satis expliuent ea quae proponunt, ambiguitas parit dissensiones ac discordias. Contendunt igitur opus esse uoce regia seu pretoria, scriptum ambiguum interpretante. Et nisi huic interpretationi necessario parendum esset, nullum fore controuersiarum et dissidiorum finem. Item, Nisi pro temporum ratione leges condere possent, qualis esset ἀταξία. Haec uerbis ornantur, et sunt πιθανὰ, quia sunt imitatio humanarum politiarum. Et hae imaginationes omnibus aetatibus inde usque ab initio mundi nocuerunt Ecclesiae, et semper nocebunt. Ideo pij admonendi sunt, ne his prestigijs capiantur, Deus uult Ecclesiam regi suo uerbo tradito per Christum et Apostolos, Et hanc suam uocem uult sonare per ministros. Et quanquam sapientiam continet positam extra conspectum rationis, tamen ipse sermo propheticus et Apostolicus certus est et non ambiguus, Ideo ait Petrus, Recte facitis attendentes sermoni prophetico, tanquam lucernae in tenebris. Habet etiam Ecclesia donum interpretationis, id est, intellectum coelestis doctrinae, Sed id donum non est alligatum ad Episcoporum titulum aut ordinem, Ideo nequaquam est potestas interpretandi similis regiae et praetoriae, sed eruditi in uerbo Dei et renati spiritu sancto ubicunque sunt, assentiuntur uerbo Dei, et id intelligunt, alij magis, alij minus. Ergo prudenter de illis uarijs potentiae iudicandum est. De legibus breuiter dicit Petrus, Quid tentatis Deum imponentes iugum etc.

---

4) confessione] Ed. 3. *typogr. errore*: consessione

5) Volfgangus] *sic* Editt. 1. 2. 3.; Ed. 4.: Vuolfgangus

B.

CONFESSIO AUGUSTANA GERMANICE SCRIPTA.

In Prolegomenis supra p. 201—214. praemissis, in quibus de origine, progressu atque confectione utriusque Confessionis Augustanae scripsimus, non solum in *latina*, sed etiam in *germanica* distinximus *varias* eius *formas*, nempe: 1. *primam adumbrationem*, 2. *formas intermedias*, et 3. *formam integram*.

De Codicibus has varias formas continentibus.

De his in universum eadem valent, quae supra p. 213 sq. de Codicibus latinae Confessionis praemonuimus. Nam etiam *germanicae Confessionis prima adumbratio*, nempe ea, quae a Melanthone primum scripta atque Electori Saxon. (simul cum latina) oblata, et ab hoc ad Lutherum Coburgi versantem d. 11. Maii missa est, qui eam lectam approbatamque ad illum d. 15. Maii remisit *), hucusque non est reperta. *Formae* autem *intermediae* adhuc in pluribus Codicibus exstant, quos nunc recensebimus.

1. *Codex Wimariensis 1.* (Spalatini apographum).

Hoc apographum germanicae Confessionis, quod Spalatinus manu sua exaravit, asservatur inter Acta Comitiorum a. 1530. in tabulario communi Wimariensi *Reg. E. Fol.* 37. *Nr.* 1., quod volumen inscriptum est: „Reichstag zue Augspurgk 1530." fol. 32—62. Hunc Codicem descripserunt Weberus l. l. I. p. 168—174. et accuratius Foerstemannus in l. Urkundenbuch zu d. Gesch. d. Reichst. zu Augsb. 1530. T. I. p. 310—312., et p. 312 extr. — 343. ipsum Codicem recudendum curavit. **) Continet tres fasciculos formae maximae. Horum primus folia 32—43. complectitur, quorum ultimum 43. singulum cum primo folio conglutinatum tenuioris est chartae. His foliis adiacent duo (fol. 44. 45.) eiusdem tenuioris chartae. Haec tria folia tenuiora articulum de fide et bonis operibus, qui fol. 42. orditur, paene integrum continent. ***) Secundus fasciculus complectitur folia 46—55, tertius folia 56—63., quorum ultimum vacat. Hoc enim Apographum Spalatini finitur fol. 62[b] prima linea, nec integram Confessionem continet, sed versus medium penultimi articuli, qui inscriptus est: Von Closter gelubden, verbis: „Wir wellen im ein gehulffen machen, der vmb Jhn sey." nescio quam ob causam, abruptum est: desunt igitur fere dimidia pars huius articuli, et integer ultimus „Von der Bischoffen gewallt." atque Epilogus: „Beschluß" cum nominibus subscriptis, praeterea etiam Praefatio ad Caesarem in hoc Codice desideratur. — Numeri foliorum non a prima, sed ab alia seriori manu adscripti sunt. Fol. 32. habet hancce inscriptionem ab alia manu eiusdem temporis exaratam:

„Artickell des Glaubens vnd Bericht der Streitigen Artickell. . | ."

Singulis fidei articulis numeri, qui arabici nominantur, in prima cuiusque linea praefixi sunt.

---

*) Conf. quae supra p. 207 sq. de hac re diximus.

**) Epitomen huius Codicis exhibuit Cyprianus l. l. In Appendice Nr. XII. p. 167 sq., quam repetiit Walchius in sua Edit. Opp. Lutheri T. XVI. p. 782 sq.

***) Hoc eam ob causam adnotatu dignum est, quod Weberus iudicat, hunc articulum serius esse scriptum.

Ne quis de huius Codicis ratione in errorem inducatur, addimus verba, quae Dav. Chytraeus d. 17. Iunii a. 1576. ad Ioh. Ienitschium, Secretarium Augusti Electoris Saxon., *) scripsit: „Exhibuit M[agnificentia] V[estra] iussu Electoris D. Iacobo [Andreae] et caeteris Theologis Argeliae [i. e. Torgaviae] nuper conuocatis Exemplum Confessionis Augustae scriptum manu Georgii Spalatini, qui in comitiis illis Augustanis a. 1530. omnibus deliberationibus de confessione interfuit et diligenter ac fideliter singula descripsit. Id exemplar Georgii Spalatini eo tempore contulimus cum Electoris Brandeburgensis exemplo ex originali in archiuis Moguntini archiepiscopi descripti et cum editione confessionis, quam meo tenui libello (cui titulus est Historia der Augsp. Confession —) inserui et prorsus de verbo ad verbum cum illis congruere animadvertimus. Id cuperem in meo libello paucis verbis publice significare —. Oro igitur, vt paucis verbis M. V. mihi respondere dignetur, an sine Illustr. Electoris offensione publice scribere possim, Confessionem a me editam cum exemplari Georgii Spalatini manuscripto, quod in Ill. Electoris Saxoniae scriniis asseruetur et mihi ac aliis monstratum sit, convenire.“ Huius publicae declarationis venia impetrata, Chytraeus eodem anno in Postfatione Editioni secundae Historiae suae (Rostochii 1576. 4°) annexae fol. Eee^b haec scripsit: „— Sonderlich dieweil ich die in der Mentzischen Cantzley ausfulirte Copiam selbst gesehn, Welche auch von wort zu wort — mit dem Exemplar, so mit M. Georgii Spalatini — eigener hand abgeschrieben, vnnd noch jetzund in der Churf. Sächsischen Cantzley vorhanden ist, gantz vnd gar übereinstimmet.“ **)

Utroque loco Chytraeus claris verbis dicit, Codicem, qui in Electoris Saxoniae scriniis (i. e. in tabulario Dresdensi) asservetur, cum Codice Moguntino omnino congruere. At Spalatini apographum, quod in tabulario Wimariensi exstat, minime cum illo Codice Moguntino consentit, ut iam Weberi collatio l. l. p. 169—173. et in Appendice III. demonstravit et nostra Editio ostendet. Ergo hoc ab illo, quod Chytraeus vidit contulitque, diversum est. Ex his colligere licet, Chytraei iudicium fortasse spectare ad illum Codicem, qui adhuc in tabulario Dresdensi asservatur et infra accuratius describetur, quem a Spalatini manu exaratum esse falso opinatus est. Attamen etiam cum hoc Codice Editio Chytraei non omnino congruit.

Codex Wimariensis, qui vere Spalatini apographum est, Confessionem germanicam tali forma exhibet, qualem ante d. 25. Iunii 1530., quo publice lecta ac Imperatori tradita est, habuit, igitur *formis intermediis* adnumerandus est. Praefatio ad Caesarem in eo deest, item pars extrema Confessionis, scilicet maior pars articuli *De votis monachorum*, integer articulus *De potestate ecclesiastica*, atque *Epilogus cum nominibus subscriptis.* Hunc Codicem in mea Editione signabo: *Wim. 1.*

2. *Codex Onoldinus 1.* (Georgii Marchionis Brandenb.).

In Actis Comitiorum Augustae 1530. habitorum, quae in tabulario sanctiori Onoldino asservantur, exstant tres Codices Confessionis Augustanae a Georgio Marchione Brandenb. ex Comitiis reportati, quorum unus hic primum recensendus, 6 folia numeris 27—32. insignita continens, tantum partem Confessionis, nempe priores 19 articulos fidei cum epilogo ad eos pertinente (qui in integra Confessione articulum XXI. subsequitur) exhibet sic insriptos:

Artickell des glaubenns.

Huic inscriptioni a Sebastiano Hellero Marchionis Cancellario iuniori ***) in fol. 26. praemissa est haecce altera:

Artickel vnnsers glaubens d' kaiserlichen Mt anzuzaigen.

Singulis articulis numeri arabici qui dicuntur in prima cuiusque linea praefixi sunt. — Adhuc igitur desunt Praefatio ad Caesarem, duo extremi articuli fidei et integra altera Confessionis pars cum nominibus subscriptis. — Illorum 19 articulorum forma, qualis in hoc Codice proponitur, iudicio Weberi (l. l. I. p. 177. 310.) inter illam, quae in Spalatini apographo exhibetur, et eam, quae in Codice Moguntino exstat, intermedia est; serior enim est eorum forma quam illa a Spalatino transscripta, sed prior quam forma Codicis Moguntini.

Causam, cur hic Codex solos 19 articulos fidei contineat, Foerstemannus l. l. I. p. 343 sq., ubi de eo disserit, recte, ut mihi videtur, sic explicuit.

---

*) Vide D. Chytraei epistolas (Hanoviae 1614. 8°) p. 1130.

**) Idem fere etiam in praefatiuncula Confessioni praefixa, fol. 56^b eiusdem Editionis illius Historiae Chytraeus refert.

***) Senior Cancellarius eiusdem erat Voglerus paulo post memorandus.

„Wie es kam, daß wir das Glaubensbekenntniß hier in einer solchen von dem vollständigen Texte abweichenden Gestalt sehen, welcher sowohl die Vorrede und die beiden letzten Glaubensartikel, als sämmtliche streitige Artikel fehlen, hat Weber unbeleuchtet gelassen. Offenbar muß man das Bekenntniß in dieser Gestalt nicht als ein Bruchstück, sondern als ein für sich bestehendes Ganzes betrachten. Des Markgräfl. Brandenburgischen Canzlers G. Vogler Bedenken, welches wir oben S. 274. mitgetheilt haben, belehrt uns vollständig über seine Entstehung und seinen Zweck. Das Verbot der evangelischen Predigten, womit der Kaiser unmittelbar nach seiner Ankunft noch stärker als früher hervortrat, gab den Evangelischen die Ueberzeugung, diese plötzliche Umwandlung der Gesinnung des Kaisers, welche das gnädige Ausschreiben nimmer hatte erwarten lassen, beruhe auf der gehässigen Weise, mit welcher hohe Personen des Gegentheiles bei dem Kaiser die Lehre der Evangelischen verdächtigt hatten. Nun versprachen sich die Evangelischen von dem Eindrucke, welchen das offene Bekenntniß ihrer Lehre bei dem Kaiser und andern hervorbringen werde, außerordentlich viel. Da man aber noch nicht wußte, wann der Kaiser die Vorlesung oder Uebergabe desselben anbefehlen werde, und doch wenn der Kaiser sogleich und unverweilt von ihrer Lehre eine bessere Kunde erhielt, eine über Alles wünschenswerthe Umänderung seiner Ansichten über die lutherische Lehre wenigstens zu hoffen war: so glaubte namentlich der Canzler Vogler (am 16. Jun.) dieß nicht besser erreichen zu können, als wenn dem Kaiser „ein in der Eile aufs Kürzeste gestelltes lauteres Anzeigen dessen, was sie für das lauter Evangelion und Wort Gottes hielten", übergeben werde. (Vergl. oben S. 280.) Dazu reichte nun ein bloßes Verzeichniß der Glaubensartikel vollkommen aus; die Vorrede so wie das Verzeichniß der streitigen Artikel konnte, ja mußte man hier um so mehr weglassen, weil man sonst, wenn es zur Uebergabe ihrer Opinion kam, nichts weiter als das schon Eingereichte gehabt hätte. Diese Ansicht macht es uns klar, warum wir die streitigen Artikel vermissen, welche doch, wenn auch zum Theil in einer andern Gestalt, als sie am Tage der Uebergabe erscheinen, zu jener Zeit (16. Jun.) schon vorhanden waren. Daß aber dem Rathe Vogler's wirklich nachgegangen sey, ist uns unwahrscheinlich; der für den Kaiser von ihm damals bestimmte Aufsatz blieb uns jedoch in diesen Acten erhalten. Daß er derselbe sey, von welchem Vogler in seinem Bedenken spricht, zweifeln wir keinen Augenblick. Der jüngere Canzler Heller hat ihm Blatt 26. diese Aufschrift eigenhändig gegeben: „Artickel vnnsers glaubens d' kaiserlichen Mt anzuzaigen." Diese Nachricht eines vollgültigen Augenzeugen überhebt uns jedes Zweifels an der Originalität dieser Handschrift."

Codicem ipsum Foerstemannus l. l. p. 345—355. accurate recudendum curavit. In mea Confessionis Editione eum signabo: *Onold. 1.*

3. *Codex Hannoveranus* (Ernesti et Francisci Ducum Luneburgensium).

In tabulario regio Hannoverano exstat Codex sic inscriptus:

Augustanae Confessionis verum Exemplum
wie dieselbe Carolo V. zugestaldt.

Hoc exemplum, quod Weberus l. l. I. p. 180—183. accuratius descripsit, sine dubio illud est, quod Ernestus et Franciscus Duces Luneburgenses ex Comitiis Augustanis 1530. secum reportarunt, id quod Weberus pluribus probavit argumentis. Hic Codex quasi duas Confessionis formas continet: *priorem* et *seriorem*, a duabus diversis manibus exaratas. Quarum illa, praeter emendationes in ea obvias, cum Codice Onoldino 1. omnino congruit; nam aeque ac ille Codex exhibet 19 priores articulos fidei cum epilogo ad eos pertinente et prooemio ad articulos controversos. Postea autem haec prior forma Confessionis secundum exemplum serioris formae ab alia manu emendata est, quae etiam Praefationem ad Caesarem, articulos XX. et XXI. cum epilogo ad eos pertinente, atque articulos controversos (i. e. alteram Confessionis partem) cum suo prooemio ex eo adscripsit. Haec autem prioris formae in seriorem permutatio ab altera manu non integre est peracta, plures enim lectiones prioris formae non sunt mutatae, immo quidam loci, ex utraque Confessionis forma exhibentur, nempe epilogus articulorum fidei cum prooemio ad articulos controversos, qui in priori forma articulum XIX. subsequebatur, hoc loco in retractatione Codicis non est deletus, quum ex serioris formae exemplo articuli XX. et XXI. cum epilogo suo et prooemio ad sequentes articulos controversos adscriberentur, quapropter haec particula bis variaque forma ac loco in hoc Codice legitur. Eadem manus altera, quae hanc permutationem ac supplementa exaravit, scripsit etiam maximam partem Actorum, quae ad illa Comitia Augustana pertinent et in eodem tabulario inveniuntur sic inscripta:

Die Religions Sache vff dem Reichstage zu Augsburg A. 1530. betreffend.

Weberus quidem hunc Codicem non ipse vidit, sed accuratissimam eius descriptionem ac collationem ex tabulario accepit, secundum quam varias eius lectiones in Editione sua critica adscripsit. Nomina Principum Civitatumque subscripta in hoc Codice desiderantur.

Hunc Codicem in mea Editione signabo: *Hannov.*

Ab his Codicibus *intermediarum formarum* Confessionis germanicae progredimur ad eos, qui hanc *integram* exhibent. Inter hos primum tenet locum

Exemplum germanicae Confessionis ab ipsis Principibus Civitatumque Legatis subscriptum et d. 25. Iunii 1530. in Comitiis Augustanis publice praelectum ac deinceps Imperatori Carolo V. exhibitum.

De hoc exemplo iam supra p. 219 sq. relatum est, id in Comitiis a Pontano Cancellario Electoris Saxon., postquam ab altero eius Cancellario Beyero in iis d. 25. Iunii publice erat praelectum, illico una cum latino exemplo Imperatori Carolo V. esse exhibitum, qui germanicum, quod ob publicam eius praelectionem Actis Imperialibus erat adnumerandum, Alberto Electori et Archiepiscopo Moguntino tradi iussit, ut in tabulario primario Imperiali Moguntino asservaretur. *)

Quapropter quaestio est maximi momenti, an hoc exemplum adhuc in hoc tabulario exstet. Plures eorum, qui huic tabulario praepositi fuerunt, aliique qui hoc visitarunt, exemplum Aug. Conf. authenticum ibi adhuc asservari ipsosque illud vidisse contenderunt. Inter hos inprimis nominandus est Coelestinus, Ecclesiae Berolinensis tunc Praepositus. Hic enim, quum a. 1566. ab Ioachimo II., Electore Brandenburgico, et Sigismundo, Archiepiscopo Magdeburgensi, ad Electorem Moguntinum ad genuinum exemplum Augustanae Confessionis cum Editione Melanthoniana conferendum missus esset, se hoc exemplum in illo tabulario invenisse et de verbo ad verbum descripsisse asseveravit (vide quae supra p. 229 sq. ex eius libro allata sunt et Weber l. l. I. p. 107 sqq.). Illorum Principum exemplo etiam alii Principes commoti sunt, ut apographa ex illo exemplo Moguntino ab Electore Moguntino peterent. Anno 1576. d. 19. Aug. Augustus, Elector Saxoniae, apographum Aug. Conf. ab Electore Moguntino rogatu suo accepit (v. Weber l. l. I. p. 113 sq. 119 sqq.), et fere 50 annis post quidam Imperii Germanici Princeps, cuius nomen posteritati non traditum est, a Schweigkhardio Electore Moguntino apographum nactus est (vide Weber l. l. p. 136.), atque anno 1767. Anna Amalia, vidua Ernesti Augusti Constantini Ducis Wimariensis, ab Emmerico Iosepho, Electore Moguntino, apographum Conf. Aug. petiit et accepit (vide Weber l. l. p. 140—142.).

Illi indicio, exemplum genuinum Aug. Conf. in tabulario Moguntino adhuc exstare, Theologi Wittembergenses a. 1575. et 1576. in praefatione Articulis Schmalcaldicis **) praefixa fol. a iiij[b] repugnarunt hisce verbis: „das die Feinde dieser Lande, so küne vnd kürre noch nicht waren, das sie die Augspurgische Confession — — vnnd andere Philippi Bücher hetten namhafft vnd öffentlichen angreiffen, vnd taddeln, oder zwisschen der ersten vnd andern Augspurgischen Confession, ein so großen nötigen vnterschied machen dörfen, Also auch, das sie nu mehr vnserer ganzen Religion Warheit vnd grund fast auf das einig erste, vnd zu Augspurg d. i. Key. May. vberantworte Exemplar der Bekentnis gern stellen wolten, do sie doch selbst wissen vnd bekennen müssen, vnd im Fall sie es leugneten, genugsam vnd gebürlich vberzeuget

*) Ne quis, ut e. c. Bertramus Hallensis in l. Litterarische Abhandlungen 2. St. p. 8 sq. fecit, hoc tabularium primarium cum altero Imperiali, quod Viennae asservatur, permutet, Weberi verba, quibus hanc rem l. l. I. p. 145. in annotatione explicavit, h. l. afferam: „Was aber den ersten Punkt anbetrifft (scil. viros, qui exemplo Conf. Aug. ex Codice Moguntino transscripto nomina sua ad fidem apographi publicam firmandam subscripserunt), so verwechselt Herr Bertram ganz offenbarlich das kaiserliche Reichsarchiv zu Wien mit dem Hauptreichsarchiv zu Mainz. Jenes ist ein Theil von der Reichscanzley, welche aus dem Reichsvicecanzler, einem oder zween Reichshofräthen, Reichshofssecretarien u. s. w. bestehet, und alles expedirt, was im kaiserlichen geheimen und beym Reichshofrath in Reichsangelegenheiten beschlossen wird. Dieses aber, das Hauptreichsarchiv zu Mainz, ist ein Theil von der Churfürstlich Mainzischen Registratur oder Canzley, welche alles expediret, was im Churfürstlichen Regierungs und Hofraths Collegio beschlossen wird. Sie vidimirt auch die Abschriften von Urkunden aus dem Reichsarchiv: und hieraus erhellet also gegen Herrn Bertram, daß die vidimirte Abschrift der A. C., so nach Weimar gekommen, von allen bey dem Reichsarchiv stehenden Personen unterschrieben werden sey. Vielleicht ist es manchen Lesern nicht unangenehm, wenn ich hier noch kürzlich den Unterschied zwischen dem kaiserlichen Reichsarchiv zu Wien und dem Hauptreichsarchiv zu Mainz bemerke. Jenes begreift in sich sowohl die geheime Hof- als auch Reichshofraths Registratur, welche erstere alle Staats Gnaden und andere außergerichtliche Schriften, die im kaiserlichen geheimen Rath, die letztere aber alle gerichtliche Sachen in sich faßt, die im Reichshofrath verhandelt werden und das Reich betreffen. Dagegen werden im Hauptreichsarchiv zu Mainz alle Reichsgesetze und Ordnungen, kaiserliche Capitulationen, ferner Reichsmatrickeln und Anschläge, Tractaten, Bündniße, Friedensschlüße, wie auch alle Reichstagsacten und andere Urkunden, so das Reich angehen, im Originale aufbewahrt " etc.

**) Schmalcaldische Artickel — gedruckt zu Wittenberg, Anno 1575. 4°.

werden könten, das sie selbst dasselbige eigentlich der K. May. vberreichte Original nicht haben, auch einige glaubwirdige vnd vnzweiffelhafte Copiam desselben nicht furlegen können." (vide Weber l. l. I. p. 124.)

Attamen huius iudicii a Theologis Wittembergensibus propositi plurimi nullam habuerunt rationem et in sua opinione de exemplo genuino adhuc Moguntiae asservato permanserunt.*) Cui opinioni denuo a. 1730. publice contradixit Chr. Matth. Pfaffius, Cancellarius Tubingensis.**) Huic enim a. 1729. Moguntiae versanti et exemplum genuinum inspiciendum expetenti a Moguntinae Cancellariae praefectis responsum est, exemplum Aug. Conf. authenticum, cui Principes subscripserint, iam dudum periisse***), sed copiam saltem Germanicam in Protocollo Imperii de anno 1530. exstare, ex qua apographa illa Electoribus Brandenburgico et Saxonico transmissa facta sint. Ipse quoque illius copiae apographum rogatu suo accepit, cuius fidem Archivarius et Registratores Cancellariae testimonio subsignato firmaverant.†) Hoc apographum tum edidit††) et illa, quae de apographorum duobus illis Electoribus missorum origine comperta habebat, in praefatione huius libri evulgavit. At multi ei fidem denegarunt; proferebant enim contra eum testimonia summorum virorum, qui in praefatione Libri Concordiae nominibus subscriptis testantur, in eo Confessionem Aug. (quippe quae ex illo apographo Moguntino typis descripta est) cum exemplo authentico collatam exhiberi. Inter hos, qui Moguntinum illud exemplum authenticum esse opinantur, etiam sunt I. C. Bertramus Hallensis, Ge. Wolfg. Panzer (vide eius praef. in nota ***) memorata p. XX.) et Iac. Guil. Feuerlinus, qui in Biblioth. symbol. ed. Riederer P. I. p. 54., Pfaffii Editionem Conf. Aug. secundum exemplum Moguntinum factam†††) recensens, haec ei adnotavit: „Persuasum Moguntiae erat Dn. Cancellario, Originale exemplum A. C. dudum defuisse Archivo (vid. D. Balthasaris Hist. des Torgischen Buchs P. II, p. 7.) eamque unice conseruatam esse in Protocollo authentico Imperii, ex quo etiam hanc prorsus accuratam editionem dedit. Verum testimonio Viri Illustris de superstite utroque exemplo authentico Germ. et Latinae Confessionis in Archivo Imperii, alibi indicato *†) addere nunc possum testimonium Viri etiam Magni et Gravis etiamnum viventis, **†) qui narravit, se manibus suis saepius tractasse in Archivo Imperii Moguntino originale exemplum Germanicae Confessionis Augustanae, cuius forma sit quadripartita minor, involucrum, e corio nigro, ora autem rubra. ***†) At ipsi Panzero, quamquam hanc Gudeni narrationem non omnino repudiat, tamen haec forma quaternaria dubitationem attulit (vide Panzer l. l. p. XXI sq.).

Denique Ge. Gottl. Weberus, concionator ad aedem cathedralem Wimariensem, totam hanc rem optime explanavit. Hic enim illud apographum, quod Anna Amalia Ducissa a. 1767. rogatu suo ab Electore Moguntino acceperat, anno 1781. ediderat sub hoc titulo:

---

*) Inter hos etiam fuit Augustus, Elector Saxoniae; postquam enim illo Wittembergensium iudicio, ut videtur, commotus ab Electore Moguntino apographum exempli Moguntini petierat acceperatque, hoc tanquam genuinum Editioni Melanthonianae in libro Concordiae conficiendo praetulit.

**) In suae Editionis: *Ecclesiae evangelicae libri symbolici. — — Chr. Matth. Pfaffius Cancellarius Tubingensis ex editionibus primis et praestantioribus recensuit* etc. *Tubingae MDCCXXX.* 8° Introductione historica in libros symbolicos fol. b 1a in annotatione c), et in libro, quem Weberus l. l. I. p. 137. in annot. s) affert: Neue nach dem in der Churmayntzischen Reichs-Cantzley befindlichen Original errichteten Edition der A. C. Tübingen 1730. 8. Vorrede fol. A 4.

***) Iam a. 1655. Dorscheus in Dissert. Rostochiae habita *de providentia divina circa Augustanam Confessionem* primum scripserat, exemplum genuinum in tabulario Imperii non amplius inveniri; at hanc rem ita enarravit, ut non miremur, quod ei fides non habita est. Conf. Panzerus in Editionis supra p. 223 sq. recensitae praefatione p. XX sq. et Weberus l. l. I. p. 165. annot. s).

†) Vide Pfaffii iuris ecclesiastici libr. V. p. 563.

††) Titulum, quo haec Editio inscripta est, in praecedente annotatione **) recensui. De huius Editionis ratione legatur Weberi iudicium l. l. I. p. 137 sq. nota t).

†††) Titulus huius Editionis h. l. sic affertur: Neue nach dem in der Chur-Mayntzischen Reichs-Cantzley befindlichen *Original* errichtete *Edition* der Augspurgischen *Confession* (sine Apologia) nebst Beyfügung der 17 Torgauischen Artickeln D. Luthers, auch einer historischen Vorrede und nöthigen Anmerkungen (maxime criticis) an dem Iubilaeo Aug. Conf. ans Licht gestellet von Christoph Matthäo Pfaffen, Tübingen, 1730. 8.

*†) Scil. in Krafftii dissert. supra p. 219 sq. laudata p. 38., ubi haec leguntur: „Latina Confessio Augustana, quamvis originale et authenticum eius exemplum, quod Caesari Carolo V. in Comitiis Augustanis a. 1530. exhibebatur, aeque ac Germanicum in Archivo Imperii Moguntino adhuc sartum tectumque supersit, et asservetur (a), nunquam tamen, quemadmodum Germanica, ex authentico illo exemplo illustri cum cura descripta in lucem prodiit."

(a) Id quod D. Praeses ex testimonio fide longe dignissimo Viri Illustris αὐτόπτου novit; ut fabulis annumeranda et teste idoneo destituta sit illa relatio, Latinum exemplum A. C. Bruxellas esse asportatum.

**†) His verbis Riedererus adnotavit: „D. Gudenii Assessoris Camerae Imperialis, nuper mortui."

***†) Praeter hos etiam G. G. Adami exemplum Moguntinum esse genuinum demonstrare conatus est in hocce libro festinanter scripto: Vertheidigung des Reichsarchivs wider das vom D. Pfaffen ausgesprengte Jesuitische Mährlein, als ob das Original der A. C. vor 150 Jahren verlohren wäre — von G. G. Adami. Hamburg 1730.

Augspurgische Confession nach der Urschrift im Reichsarchiv. Nebst einer Ehrenrettung Melanchthons. Herausgegeben von Georg Gottlieb Weber, Stiftsprediger an der Hauptpfarrkirche zu St. Peter und Paul in Weimar. Weimar, bey Carl Ludolf Hoffmanns seel. Wittwe und Erben. 1781. 16½ plagg., quarum prima 3 foll. signatura carent, sequentia litteris (a)—(f), A—K, et ultimum folium litt. L signata sunt, 51 foll. non num. et 162 pagg. num., 8° (fol. 2. 3. G. G. Weberi Epistola dedicatoria ad viduam Ducissam Wimariensem et Isenacensem d. 30. Maii 1781. Wimariae data; fol. (a) 1ᵃ — (f) 6ᵇ Confessio August. ex illo apographo typis descripta hocce titulo praefixo: *Confessio* oder Bekantnus | des Glaubens etlicher Für- | sten vnd Stedte vberant- | wort Keiserlicher *Majestat* | auff dem Reichstag gehalten | zu Augspurg | *Anno* 1530. Haec Conf. finitur subscriptis nominibus septem Principum et duarum Civitatum; fol. (f) 7ᵃ Testimonium Cancellariae Moguntinae d. 5. Martii 1767. datum, illud apographum cum exemplo, quod in Moguntino Archivo asservetur, de verbo ad verbum consentire, cui Ioh. Ferd. Andr. v. Lammerz Archivarius, et Ios. Henr. Ignatius guaila, Paul. Franc. Molitor, Ans. Cas. Menshengen nomina sua additis sigillis subscripserunt; fol. (f) 7ᵇ — 8ᵇ vacant; fol. A 1ᵃ Titulus generalis primi folii repetitus; fol. A 3ᵃ — L 1ᵇ (pag. 5—162.) cont. Historiam litterariam Aug. Conf., cui in fol. A 2ᵃ praecedit titulus: Ehrenrettung Melanchthons.). *)

De hac Editione, quam Weberus curavit illo Cancellariae Moguntinae testimonio fretus, controversia orta est inter editorem atque Ge. Wolfg. Panzerum et Ioh. Melch. Goezium, quorum prior edidit hanc censuram:

Prüfung der von Herrn Stiftsprediger Weber zu Weimar herausgegebenen Augspurgischen Confession nach der Urschrift im Reichsarchiv. Von M. Georg Wolfgang Panzer Schaffer bey St. Sebald in Nürnberg. Nürnberg, bey Ernst Christoph Grattenauer, 1781. 31 pagg., ult. pag. alba, 8° **)

quam secutus est hic Goezii liber:

Johan Melchior Goezens, Hauptpastors zu St. Catharinen in Hamburg, Beweis, daß der, von dem Herrn Stiftsprediger Weber in Weimar, vor einiger Zeit gelieferte Abdruck der Augsburgischen Confeßion unmöglich eine Copie von dem, vor dem Kayser Karl V. verlesenen und dem Reichsarchive einverleibten Originale, seyn könne. Ein freundschaftlicher Beytrag zu des Herrn Panzers. Schaffers in Nürnberg, Prüfung dieser Ausgabe. Hamburg gedruckt und verlegt von Dieterich Anton Harmsen. 1781. 32 pagg. 8°.

Cui libro idem auctor sequenti anno addidit hunc alterum:

Untersuchung zwoer in der Historie der Augsb. Confeßion sehr wichtigen Fragen: Ob der Kurprinz Joh. Friedrich von Sachsen, und der Herzog Franz von Lüneburg, das dem Kayser überreichte Exemplar der A. C. mit unterschrieben haben? imgleichen: Ob der Kurfürst Johan, und andre protest. Stände, vor der Vollendung und Uebergabe der A. C. unvollständige Abschriften derselben ausgegeben haben? Nebst der Ehrenrettung des Verfassers, gegen eine schmähsüchtige in die Nürnb. gel. Zeit. eingerückte Recension seines Beweises gegen den Herrn Stiftsprediger Weber: an das Licht gestellet von Johan Melchior Goezen, Hauptpast. zu St. Cathar. in Hamburg. Hamburg. Gedruckt und verlegt von Diet. Ant. Harmsen 1782. 86 pagg. 8°.

Praeter hos libros controversos etiam memoranda est I. C. Bertrami, Bibliothecarii Haliensis, dissertatio: Ueber die zu Weimar publicirte augspurgische Confeßion, quam exhibuit in libro:

Litterarische Abhandlungen von J. C. Bertram. Zweytes Stück. Halle, im Verlag des Waisenhauses. 1782. 8° p. 1—82.

Hi tres viri in libris modo recensitis proposuerunt iudicium, Confessionem Aug. ex illo apographo a Webero editam cum Melanthonis Editione variata Wittembergensi anni 1533. omnino consentire, ergo minime exemplum Confessionis genuinum exhibere; Griesbachius autem in *Ienaer gel. Zeit.* p. 397 sqq. docuit, illud apographum ex Editione Wittembergensi anni 1540. 8° esse transscriptum. ***) Haec quaestio difficilis tandem ab ipso Webero explicata est in eius libro: Kritische Geschichte der Augspurgischen Confession P. I., in qua p. 140 sqq. totam hanc rem enarravit. Quum enim ipse m. Iulio anni 1781. Moguntiam pervenisset

*) Hunc librum ex Biblioth. senat. Hamburg. in manibus habeo.

**) Hic liber et subseqq. in eadem Biblioth. senat. et in mea exstant.

***) Quamquam hoc alterum iudicium rem ipsam accuratius divinavit quam illud prius, tamen utrumque eo consentiunt, quod Editionem Mel. variatam Confessionis germanicae in illo apographo reperiunt: nam illa Editio anni 1540. ex Ed. Witteb. ann. 1533. est recusa, ut inferius demonstrabitur.

et Electoris permissu acta Imperii in tabulario inspiceret, atque rogaret, ut exemplum originale sibi ostenderetur, ei Confessionis Editio Wittembergensis anni 1540. 8º porrecta est a praefectis affirmantibus, hoc esse exemplum originale,*) ex quo apographum illi Ducissae a 1767. factum esset. (Vide Weber l. l. p. 147—155.) Quaeritur, quomodo huius tabularii praefecti in errorem tam manifestum inciderint. Weberus l. l. p. 155. suspicatur, Gudenum huius erroris esse auctorem, quippe qui inter annos 1730 et 1740. tabularium Moguntinum visitaverit, ibique et latinae et germanicae Confessionis Editiones Wittembergenses anni 1540., in Colloquio Wormatiae a. 1540. habito a Protestantibus d. 28. Nov. traditas et Cancellariae Moguntinae immatriculatas viderit, et sine dubio huius Cancellariae praefectis persuaserit, has Editiones esse vera exempla originalia, atque tum etiam ad Feuerlinum scripserit, se utriusque Confessionis exempla genuina in tabulario Moguntino in manibus habuisse (vide Weber l. l. p. 150 sqq.). — In ipsis actis Imperii diligentissime perscrutatis Weberus nullum Confessionis exemplum invenit nisi apographum, quod *Codicem Moguntinum* nominabo et paulo inferius describam.

Ex his elucet, exemplum Confessionis germanicae authenticum Imperatori in Comitiis exhibitum in illo tabulario non amplius exstare. Tempus, quo perierit, accuratius definiri nequit. Weber, postquam illa enarravit, de hac re l. l. I. p. 156—158. haec refert:

„Aus diesem ganzen Vorgang können die Leser schon vermuthen, daß das von den Fürsten eigenhändig unterschriebene Original der A. C. unter der Zahl der reponirten Urkunden im Reichsarchiv nicht anzutreffen: denn sonst würde sich die Mainzische Canzley gewiß nicht an einen Druck gehalten haben. Und eben so wenig habe ich auch das Originalexemplar, wie ich nachher zeigen werde, in denen noch vorhandenen Acten vom Reichstag zu Augspurg 1530 angetroffen. Wann es abhanden gekommen, ist schwer zu bestimmen. Die Repertorien gedenken zwar einer Originalconfession und gern hätt ich die Stelle selbst sehen mögen: Repertorien aber in Archiven sind Geheimniße, deren Einsicht nicht leicht einem Privato gestattet wird. Es käme aber freylich darauf an, wann oder zu welcher Zeit dieses Repertorium gefertiget worden, und was man zu der Zeit für Begriffe vom Original gehabt. — — Es habe nun übrigens mit der Originalconfession, deren im Repertorio gedacht wird, für eine Bewandniß, welche es wolle, so scheint doch die von Fürsten unterschriebene Confession sehr frühzeitig abhanden gekommen zu seyn. Mich dünkt, daß das handschriftliche Verzeichniß von Acten, Dokumenten und Briefschaften, die aufs Concilium zu Trient aus dem Reichsarchiv mitgenommen worden, hier einiger maaßen entscheiden könne: und dies um desto mehr, weil es mit den ältesten Repertorien, die der Churfürst Albert in den Jahren 1546 und 47 fertigen lassen, gleichzeitig ist. Es specificirt die Religionsacten vom Reichstag zu Augspurg 1530 folgender Gestalt, und gedenkt noch außerdem der lateinischen und deutschen Vierziger Wittenbergischen Ausgaben der A. C.

Handlungen zu Augspurg der religion halber *Anno* 1530.

Beschwerung der geistlichen wider die weltlichen vnd der weltlichen wider die geistlichen zu Augspurg verhandelt *Anno* 1530.

Acta conuentus imperialis Augustan. Anno 1530.

Confessio protestantium cum Apologia in Comitiis Wormatiensibus exhibita Latine et Germanice.

Da in diesem Verzeichniß, das mit den ältesten Repertorien vom J. 1546 gleiches Alter hat, keines Originals der A. C. gedacht wird, so schließ ich daraus, daß es zu der Zeit, da die Acten aufs tridentinische Concilium gesandt worden, entweder schon abhanden gekommen seyn müße, oder daß es, wann es noch vorhanden, nicht als reponirte Urkunde existirt, sondern in einem von den drey angezeigten Reichstagsacten Voluminibus befindlich gewesen. Denn es ist gar nicht wahrscheinlich, daß man solches sollte zurück gelassen haben, da man alle Originalacten, die irgend auf Religionsangelegenheiten und A. C. Beziehung hatten, mitgenommen: auch nicht einmal die beiden Wittenbergischen Vierziger Ausgaben der A. C. im Reichsarchiv zurückgelassen hatte. Nun befindet sich das erste und zweyte von den angezeigten Voluminibus, die mit aufs Concilium zu Trient gekommen sind, noch dermalen, unter der nämlichen Rubrick, im Reichsarchiv. Das erste, so ich gleich näher beschreiben werde, faßt mehrentheils lauter Copialacten, auch eine Copey der A. C., aber kein Original. Das zweyte, so ich auch genau durchgegangen, beschäfftiget, wie man auch gleich aus dem Rubro siehet, sich gar nicht mit der Confession. Das dritte Volumen aber ist nach Aussage des Herrn Archivsrath Molitor nicht wieder vom Concilio zurück gekommen. Da dieses allem Vermuthen nach die Originalacten des Reichstags zu Augspurg 1530 in sich gefaßt, (denn das Reichsarchiv kann keine mehr aufzeigen), so kömmt mirs wahrscheinlich vor, daß in selbigem auch die Urschrift der A. C. befindlich gewesen: und allem Anschein nach hat das Reichsarchiv eines seiner schönsten Dokumente durch Versendung der Acten aufs tridentinische Concilium verlohren."

---

*) Eandem Editionem etiam Arndtio a. 1777. tanquam exemplum originale ostenderunt, vide Büschings wöchentliche Nachrichten von neuen Landcharten — Jahrg. 1781. 37. St. p. 289 sqq.

Hac Weberi argumentatione plurimis viris doctis persuasum est, *Moguntiae* exemplum Confessionis authenticum non amplius asservari. Quapropter quidam hoc exemplum alibi quaesiverunt. Nonnulli enim opinati sunt, *Viennae* hoc esse quaerendum. Ad quam opinionem perducti sunt falsa Khevenhilleri narratione,*) exemplum authenticum a Moguntia ad Maximilianum II. Imperatorem eius iussu missum esse; quam relationem etiam Balthasar ex Bernh. Raupachii libro repetiit.**) Hunc errorem Weberus l. l. I. p. 130 sq. refellit ostenditque, Confessionis Aug. exemplum ad Maximilianum II. Viennam circa a. 1569. vel 1570. missum non fuisse exemplum authenticum, sed Steinbrecheri apographum, quod *Transsumtum* vocari solet, paulo inferius recensendum. — I. C. Funkius, Concionator Lubecensis, suspicatus est, exemplum genuinum *Romae* asservari;***) at ibi quoque frustra est quaesitum. Constat igitur usque ad hunc diem illud exemplum authenticum nondum esse repertum.

Ab hoc Codice deperdito, qui omnium maximi est momenti, transeamus ad Codices, qui adhuc in archivis exstant.

1. *Codex Moguntinus.*

Hunc Codicem primo loco tantum eam ob causam recensemus, quod usque ad Georg. Gottl. Weberi tempus a plurimis *exemplum originale seu authenticum* habitus est. Quapropter, quum paulo post Melanthonis mortem de variata Confessionis Augustanae Editione controversia exorta esset, Ioachimus II., Elector Brandenburgicus, eiusque filius Sigismundus, Archiepiscopus Magdeburgicus, Georgium Coelestinum, Propositum Ecclesiae Berolinensis, a. 1566,†) fortasse eius ipsius consilio commoti, Moguntiam cum litteris ad Danielem,††) Electorem Moguntinum, miserunt, ut, hoc permittente, Confessionem Editionis

---

*) Frantz Christoph Khevenhillers Annalium Ferdinandeorum Sechster Theil (Leipzig 1721. Fol.) ubi p. 2788. sub a. 1604. haec leguntur: „1. Dann erstlich haben Ihr Mayest. die Concession mit der condition bewilligt, daß solche, vermög der Augspurgerischen Confession allermassen dieselb Anno 1530. [errore typ. legitur 1630.] Kayser Karl seeligister Gedächtnuß vbergeben werden, (welche auch vnser Herr vnd Vatter löblichister Gedächtnuß damalen, wie Ewer Mayest. die Concession den Vncatholischen Ständten verwilligt, auß der Maintzischen Cantzley originaliter bringen, abschreiben, vnd den Ständten Augspurgerischer Confession zugethan, zustellen lassen) jhren Glaubens-Articul vnd Caeremonien in disem Landt Oesterreich anstellen sollen," etc.]

**) Jac. Henr. Balthasars Historie des Torgischen Buchs, Als des nähesten Entwurfs Des Bergischen Concordien-Buchs, Darin desselben Verfertigung und Veränderungen, Nebst andern Zur Historie des Concordien-Buchs gehörigen und bisher unbekannten Nachrichten erzehlet und erläutert werden. Sechs Stück. (Greifswald und Leipzig, 1741—1744. 4°) ubi auctor in Fasc. II. p. 8. §. V. haec refert: „Wo das rechte und von denen protestirenden Fursten unterschriebene Original A. 1576. im Mayntzischen Archiv nicht mehr vorhanden gewesen, so mag es vielleicht einige Jahre vorher weggekommen seyn. Denn in Raubachs Evangelischen Oesterreich wird p. 129. ad annum 1571. und p. 225. ad annum 1604. erzehlet, wie der Kayser Maximilianus II. den Oesterreichischen Ständen das exercitium religionis Lutheranae erlaubet, so habe er die Augsb. Conf. aus der Mayntzischen Cantzelley originaliter bringen, abschreiben und denen Ständen, Augsb. Conf. zugethan, zustellen lassen. Vielleicht ist sie hernach nicht wieder geschickt." Haec verba etiam Tittmannus in Editione sua sic inscripta: Die Augsburgische Confession deutsch und lateinisch nach den Originalausgaben Melanchthons herausgegeben von D. Johann August Heinrich Tittmann. (Dresden 1830. 8°) p. 63. in annotatione affert sperans haec fortasse ansam praebitura esse apographa ex illo exemplo facta inveniendi.

***) In eius Editione Aug. Conf. inscripta: Die Augsburgische Confession deutsch nach Melanchthon's Hauptausgabe v. J. 1530 mit den Varianten der andern kirchlichen Redactionen herausgegeben von J. L. Funk Pastor. (Lubeck 1830. 8°) in praefat. p. VII. haec referuntur: „Dazu [scil. ad textum genuinum eruendum] scheint der natürlichste Weg die Ausmittelung des vom tridentinischen Concil nicht zurückgebrachten Aktenstucks. Ich habe solchen schon im December 1827 versucht, indem auf mein Vorstellen der königl. preuß. Minister Resident in Rom, wirkl. Geh. Legationsrath Hr. Bunsen, sowie späterhin Hr. Professor Dr. Tholuck während seines dasigen Aufenthaltes, darnach im päpstlichen Archive nachzufragen die Güte hatten, bis jetzt aber nichts mehr erfaren, als daß eine Rollenkapsel mit dem sächsischen Wappen vorhanden sei. Dies kann vielleicht weitere Untersuchungen herbeiführen." Foerstemannus in Ephemeridibus litterar. Hallens. anni 1830. Tom. II. Nr. 125, ubi hanc Editionem recensuit, ad haec extrema Funkii verba adnotavit haecce: „Um keinen weitern eiteln Hoffnungen Raum zu geben, bemerkt Rec. nach einer Mittheilung des Hn. C. R. Tholuck, daß jene Kapsel leer war und von einem Privatmanne in Rom zum Verkauf ausgeboten wurde. Sie kann also zu keinen weitern Entdeckungen führen, und mag wer weiß welches sächsische Actenstück enthalten haben. Dagegen hatte Hr. Marini, erster Archivar im Vatican, auf die dringende Vorstellung des Hn. Geh. R. Bunsen sich einer genauen Durchsuchung sämmtlicher Tridenter Concilien Acten im päpstl. Archive unterzogen, aber in 12 Actenschränken nicht das mindeste die A. C. betreffende gefunden."

†) Hoc anno collationem a Coelestino esse factam, Weberus l. l. I. p. 109. nota b) colligit ex eo, quod ille in titulo suae primae Editionis Codicis Moguntini infra recensendae, quae a. 1576. 8° prodiit, scripsit: „Vor zehen jahren auff Chur- vnd Furstlichen beuelch zuwegen bracht."

††) Huius viri, qui a. 1555. Elector Moguntinus creatus est, integrum nomen est Daniel Brendel a Homburg, vide Ioh. Steph. Pütteri vollständ. Handbuch der Teutschen Reichshistorie T. II. p. 549

Melanthonianae cum exemplo originali, quod illic exstare opinati sunt, conferret eiusque apographum curaret. Utrumque, et *collatio* cuiusdam Editionis Melanthonianae cum illo Codice, qui quasi in illam transscriptus erat, et huius Codicis *apographum*, cuius fidem Cancellaria Moguntina testimonio subsignato firmaverat, ad Ioachimum II. Electorem missum est.*) Hoc vulgo appellatur „die Churbrandenburgische Collation".

Ex illa Codicis Moguntini *collatione* Ioachimus Steinbrecher, Notarius et Electoris Brandenburgici Secretarius, denuo fecit duo apographa, quae *Transsumta* nominari solent, eorumque fidem testimonio suo addito firmavit. Alterum eorum circa a. 1569. vel 1570. in usum Imperatoris Maximiliani II. factum Viennam missum est,**) alterum d. 4. Iunii 1576. in usum Ge. Coelestini scriptum est (vide Weberum l. l. I. p. 127—134.).

Secundum illam *Collationem Brandenburgicam*, quam Ioachimus II. Elector a. 1566. e Moguntia acceperat, Confessio Augustana a. 1572. iussu Iohannis Georgii, Electoris Brandenburgici, qui patri suo a. 1571. mortuo successerat, typis descripta est in libro, qui

Corpus Brandenburgicum

appellari solet, et sic inscriptus est:

*Die Augspurgische Confession, | *aus dem Rechten Original, welches Keyser Carolo dem V. | *auff dem Reichstage zu Augspurg Anno 1530. vbergeben, Der Kleine Cate- | chismus. Erklerung vnd kurtzer Außzug aus den Postillen vnd Lehrschrifften des thewren | Mans Gottes D. Lutheri, daraus zusehen wie derselbe von fürnembsten Artickeln vnserer | Christlichen Religion geleyret, Aus verordnunge des Durchlauchtigsten, Hochgebornen Für- | sten vnd Herrn, Herrn Johansen Georgen, Marggraffen zu Brandenburg, des Heiligen | Römischen Reichs ErtzCämmerers vnd Churfürsten. in Preussen, zu Stettin, Pommern, | der Cassuben, Wenden, Auch in Schlesien zu Crossen Hertzogen, Burggraf- | fen zu Nürnbergk, vnd Fürsten zu Rügen, Vor die Kirchen in sei- | ner Churfürst. G. Landen, Neben einer allgemeinen | Agenden oder Ordnung, nach welcher sich die | Pfarherr vnd Kirchendiener zuuorhal- | ten, zusamen gedruckt. | (Insigne Brandenburg. magnum) | *Anno Salutis & Gratiae M. D. LXXII. (Tres priores huius tituli lineae et ultima asterisco signatae rubro colore impressae sunt.) — (In fine:) Gedruckt zu Franckfurt | an der Oder, durch Johan Eichorn, | nach Christi Geburt: | M. D. LXXII. 108 plagg., quarum prima caret signaturâ, ceterae litt. A—Z, Aa—Mm signatae sunt, quarum quaeque 6 folia complectitur, exceptis C et Mm, quae octona folia comprehendunt, prima 5 foll., titulorum intermediorum folia et 2 penult. foll. non num., reliqua 203 foll. num., ult. folium album. Fol. min. (Tituli generalis pars postica continet magnam imaginem Ioachimi II. Electoris, eius nomine inscriptam, suppositis 5 Distichis lat.; pars antica secundi folii cont. magnam imaginem Iohannis Georgii Electoris, eius nomine inscriptam, subscriptis 6 Distichis lat., pars postica eius vacat; fol. A 1 Iohannis Georgii edictum Berolini [zu Cölln an der Sprew] d. Mercurii post Iubilate a. 1572. datum; fol. A 2^a — 3^b Praefatio ad Caesarem sola voce Vorrede inscripta; fol. A 4^a — C 7^b [fol. 1—16] Confessio Aug.

---

*) Hoc elucet ex Electoris Moguntini ad Ioachimum II. epistola, quam Weberus l. l. I. p. 110. recudendam curavit, ubi haec leguntur: „— — darauff ist auff das von E. L. vbersandt gedruckt Exemplar dasselbig gegen dem rechten Original conferirt, vnd wie solchs wörtlich inn sich helt, corrigirt, die additionen der enderung [i. e. Editionis Melanth.] vnterstrichen, vnd aller dings dem Original gleichformich geendert, auch vmb mehrer nachrichtung willen, von wort zu wort abgeschrieben, — —" Utrum haec Coelestini, ut ipse contendit, an D. Zochii, comitis illius, laboribus, ut Chytraeus refert (vide Weberum l. l. I. p. 118.) confecta sint, certo definiri nequit.

**) Hoc Transsumtum Steinbrecher ita confecit, ut Editionem Witembergensem anni 1567.: „Confeßio oder Bekentnis. Apologia der Bekentnis. Wittemberg, gedruckt durch Hans Lufft. 1567. 8°" qua Editiones Melanth. variatae a. 1533. et 1540. repetitae sunt, cum illa collatione Moguntini Codicis conferret et hunc in illam Editionem inscriberet (vide Feuerlinum l. l. I. p. 49. nr. 285, et p. 58. nr. 328.). — Causam cur Imperator hoc Transsumtum petiisset, huiusque fata Isenflammius in epistola, quam Weberus l. l. I. p. 120 sq. affert, sic enarrat: „So viel das von dem Notarius Steinbrecher vidimirte Transsumpt anbelangt, so hat selbiges Keiser Maximilian II. fertigen und nach Wien bringen lassen, und zwar auf folgende Veranlassung: Die Catholischen warfen nämlich denen zur Evangelischen Lehre sich bekennenden Ständen in Oesterreich vor, daß sie von dem zu Augspurg Kayser Carl V. übergebenen Glaubensbekentniß in sehr vielen Stücken abgewichen — folglich keine wahre Augspurgische Confessionsverwandte — und also auch der Vortheile des Religionsfriedens zu genießen nicht fähig wären. Die Evangelischen in Oesterreich behaupteten das Gegentheil. Um nun hierin auf das Wahre zu kommen, ließ Kayser Max. II. obbemeldetes Transsumpt nach Wien bringen, wo es auch in der kaiserl. Bibliothek aufbewahrt worden, bis es Graf Kollonitsch, vermuthlich mit Erlaubniß des Hofs, herausnahm, um den anno 1681. erschienenen Abdruck zu veranstalten. Nach der Zeit ist dieses Transsumpt nicht wieder in die Bibliothek gekommen, welches vermuthlich aus Nachläßigkeit geschehen seyn mag, denn es findet sich in selbiger nicht. —"

ipsa, in cuius fine post 5 Principum et 2 Civitatum nomina legitur subscriptio: Meintzische Cantzley; fol. C 8 vacat; fol. D 1 non num. in antica parte cont. titulum peculiarem: *Enchiridion:* | Der Kleine Catechismus, | für die Gemein, Pfarherr vnd Prediger. | D. Martin. Luther. | (Insigne magn. Brandenburg.) | M. D. LXXII., in postica parte Ioannis Georgii imaginem cum iisdem 6 Distichis ac supra, fol. 17—31. Catechismus minor Lutheri cum eius praefat.; subseq. fol. G 1 non num. cont. hunc peculiarem titulum: Erklerung der Augspurgischen | Confeßion, des Kleinen Catechismi, Consens vnd be= | stendige, in Gottes wort gegründete, einhellige Lehre, von den furnemb= | sten Puncten vnserer Religion vnd Christlichen Glaubens, des Ehrwirdigen | tewren Mannes Gottes, D. Martini Lutheri, etc. Aus den Postillen vnd | Lehrschrifften getrewlich, mit Gottfürchtigen richtigen ver= | standt zu sammen gezogen. | (Insigne magn. Brandenb.) | Anno Salutis & Gratiae M. D. LXXII. In parte postica est eadem imago ac in Enchiridii titulo, fol. 32ª — 168ª hanc explicationem exhibent; subseq. fol. Gg 1 non num. in antica parte cont. titulum: Kirchen Agenda. | (Insigne magn. Brandenb.) | M. D. LXXij., in postica eius parte est eadem imago ac in 2 praeced. titulis, fol. 169ª — 203ª exhibent hanc Agendam; fol. Mm 5ᵇ [fol. 203ᵇ] — 6ᵇ init. Carmen germ. inscriptum: Inhalt Christlicher Lehr.; fol. Mm 6ᵇ — 7ᵇ Register oder inhalt dieses Buchs. subiunctâ Clausulâ, fol. Mm 8 vacat.).

Hoc Corpus, quod in meis libris est, *primam Editionem Codicis Moguntini* continet. *)

Hanc primam Editionem subsecuta est Dav. Chytraei in *Historia* der Augspurgischen Confeßion, quae primum Rostochii 1576. 4° prodiit, et pluries recusa est, vide supra p. 101 sqq., ubi varias huius libri Editiones recensui. In prima Ed. Confessio cum praefatione ad Caesarem legitur fol. 47ª — 84ᵇ, cui praemissa est haec praemonitio:

„Wiewol aber in etlichen Exemplarn der Augspurgischen Confeßion, so hernach vielmals widergedruckt vnd ausgangen, ein vngleichheit ist: Denn auch bey leben Lutheri die Confeßio vnd Apologia vermehret vnd gebessert, vnd one zweiffel mit vorwissen vnd willen Lutheri, auff den Colloquijs zu Wormbs vnd Regensburg, von den Euangelischen Stenden, den Widersachern fürgelegt ist: So wil ich doch alhie das erste Exemplar setzen, welches von wort zu wort, aus dem original, in des Ertzbischoffs zu Mentz Reichs Cantzley, abgeschrieben, vnd collationiret ist: Mit welchem die folgenden drück der Confession, ob sie wol etliche artickel etwas deutlicher vnd außführlicher widerholen vnd erkleren, dennoch so viel die lehr vnd sachen an jr selbs belanget, beynach gantz vnd gar vberein stimmen."

Haec Historia Augustanae Confessionis a Chytraeo edita valde irritavit Coelestinum per plures annos opêre fere eiusdem argumenti occupatum (vide supra p. 105 sqq., ubi duas huius operis Coelestiniani Editiones recensui), inprimis Editio Confessionis Aug. ex Codice Moguntino, quae item in illa Historia exhibita erat, iram Coelestini, qui primum a. 1571. Chytraeo Rostochii huius Codicis apographum ostenderat (vide O. Fr. Schützii de vita Chytraei lib. II. p. 220 sq. et 354.), ita accendit, ut eum plagii accusaret. Contra hanc accusationem Chytraeus in epistola quadam (quae in eius Epistolis p. 846. legitur) se defendit hisce verbis: »Exemplum Confessionis Augustanae, quod inserui historiae, quadriennio antequam ego illud edidi, ipsius Electoris Brandenburgensis mandato in ordinatione Ecclesiarum Marchiae publice typis expressum, cum omnibus legere id volentibus communicatum est. Quo ore igitur effrons ille sibi illud furto sublatum, scurrari audet. An ipse ex aula Moguntinensi primum Electori Brandenburgico attulerit, mea nihil interest, cum iam dudum publica ab Electore facta sit, tametsi ex propriis ipsius collegis, vanissimam esse hanc quoque ipsius gloriationem cognovi.« **)

Coelestinus videtur prius consilium habuisse in sua Historia Comitiorum Augustanorum demum illum Codicem edendi, at verosimiliter illa Chytraei Editione commotus est, ut iam ante illud maius opus confectum, Confessionem ex hoc Codice separatim a. 1576. ederet. Hanc peculiarem Editionem, quam inprimis ex Steinbrecheri Transsumto supra p. 433 sq. memorato fecisse videtur, sic inscripsit:

---

*) Hunc librum Feuerlinus l. l. I. p. 6 sq. nr. 19. recensuit eique haec adnotavit: „Hic Augustana Confessio sine ulla variatione, ex exemplo cum Originali Archivi Moguntini collato, typis excusa est; sub finem Confessionis leguntur haec verba: Meintzische Cantzley. Haec ergo editio inter editiones prorsus genuinas et non variatas Confessionis Augustanae Germanicae, quas possideo et vidi, prima est. Collectio haec a Saligio in Hist. Aug. Conf. P. I p. 705 et a Heimmanno in Catalogo Biblioth. Theol. Systematico-Critico p. 410. apto nomine appellatur Corpus Brandenburgicum; praeeunte Wigando, qui in Hist. Conf. Aug. fol. 47. (p. 90 edit. Muhlianae) Corpus doctrinae Io. Georgii Elect. Brandenburgici laudat, ubi tamen manifesto errore Typographico, in editione Muhliana repetito, ad a. 1552 refertur." Praeterea recensetur a Panzero in Editione supra p. 223 sq. laudata p. XXXIV sq.

**) De huius controversiae inter Chytraeum et Coelestinum origine et progressu vide Schützium l. l. II. p. 353 sqq. et Weberum l. l. I. p. 116 sqq.

Symbolum Germanicum. Die Augspurgische Confeßion, aus dem rechten Original, Keyser Carolo V. auff dem Reichstag zu Augspurgk, Anno 1530 vbergeben. Vor zehen jahren auff Chur= vnd Fürstlichen beuelch zuwegen bracht, vnd jetzo vmb deren willen, so noch immer jm zweiffel hafften, in druck verfertiget. Georg Cölestinus Doctor. Cum Gratia et Priuilegio Imp. Franckfurt an der Oder bey Jo. Eichorn Anno, 1576. 7 plagg. litt. A—G sign., 8°. (Haec Ed. orditur a Coelestini epistola dedicatoria ad Augustum Electorem Saxon., quam subsequitur „Delineatio Augustanae confessionis per D. M. L. Bekentnus Christlicher Lere vnd Glaubens, durch D. M. L. inn XVII. Artickel verfasset. Anno 1530." seqq. 6 plagg. B—G, pag. 1—92 sq continent ipsam Confessionem, quam subsequitur postfatiuncula, in qua suam Historiam Comitiorum Augustanorum edendam promittit.) *)

Epistolam illam dedicatoriam, quae finitur verbis: „Geben Franckfurt an der Oder, am tage Laurentij [d. 10. Augusti] Anno Domini 1576." atque hanc Postfatiunculam Bertramus in Litterar. Abhandl. 2. St. p. 27—31. recudendas curavit. Ex illa epistola **) intelligitur, a Coelestino plagulas B—G Confessionem continentes, prius excusas, postquam earum fides a Synodo testimonio subsignato erat firmata, Iohannis Georgii Electoris Brandenburgici iussu ad Augustum Electorem Saxonicum, qui apographum huius Confessionis petierat, esse missas, et tum demum ab Editore primam plagulam litt. A signatam additam esse, in qua, praeter epistolam dedicatoriam, praefationis loco Articulos XVII Suobacenses ex Editione Lutheri denuo edidit.

Hanc primam quidem Coelestini Editionem nondum vidi, possideo autem eam, quae ex hac, praeter titulum, Francofurti ad Od. anno 1597. recusa est, quapropter eam apte iam hoc loco describendam esse censeo, ut ex hac descriptione illa primae Editionis Bertramo duce proposita compleatur. Titulus huius Editionis fere omnino congruit cum inscriptione, qua Confessio Aug. in Historia Comitiorum Aug. illico recensenda instructa est. Sic enim haec repetitio primae Ed. inscripta est:

Die Vngeenderte, Rech= | te, Ware | *Augspurgische | Confeßion | *So auffm Reichs= | *tage zu Augspurg, Anno 1530. | Von Churfürsten, Fürsten vnd Stenden, | den 25. Junij Keyserlichen Pallast offentlich | Deutsch vnd Lateinisch gelesen, vbergeben, bey | des H. Röm. Reichs Ertzcantzlern dem Chur= | fürsten zu Mentz bey=gelegt, noch heutiges tages | in Archiuis Imperij alda vnter andern Reichs= | hendeln verwaren. Vnd aus dem Original vnd | Protocol beiden Churfürsten Sachsen vnd Bran= | denburg zugeschickt, entlich aus den Vidimirten | Exemplar trewlich collationirt, vnnd allen | Christen zur bestendigen gewisheit | vnd vnge=scheutem bekent= | nis zu gut in druck | geben. | *Cum Gratia & Privilegiis &c. | *In verlegung Friederich Hart= | mans, Buchführer zu Franckfurt an der | Oder, Im Jhar 1597. Quinque lineae asterisco notatae rubro colore impressae sunt. 7 plagg. litt. A—G signatae, prima 8 foll. non num., seqq. 46 foll. paginis 1—92 insignita, ult. 2 foll. non num., 8° min. (fol. A 1ᵇ vacat; fol. A 2ᵃ — 3ᵃ med. Coelestini epistola dedicatoria ad Augustum Electorem Sax., quae cum illa, quam Bertramus l. l. ex prima Ed. recudendam curavit, prorsus consentit, omissis tamen verbis extremis: „Geben Franckfurt an der Oder, am tage Laurentij, Anno Domini 1576." Finitur subscriptione: E. C. G. vnterthenigster Georg Celestinus D., infra quam est ornamentum typogr.; fol. A 3ᵇ — 8ᵇ Articuli XVII Suobacenses inscripti: *Delineatio Augu- | stanae confessionis per D. M. L.* | Bekentnus Christlicher Lere vnd Glaubens, durch D. M. L. | in XVII. Artickel verfasset, | Anno 1530.; fol. B 1ᵃ (pag. 1.) — G 7ᵃ (quae pagina, paginam 92. subsequens, numero caret) cont. Confessionem August., ordientem a Praefatione ad Caesarem, inscripta sola voce: Vorrede [p. 1—8.], et finitam nominibus quinque Principum et duarum Civitatum subscriptis, quorum quinque extrema fol. G 7ᵃ leguntur; fol. G 7ᵇ cont. tria Lutheri dicta de Confessione et Comitiis August.; fol. G 8ᵃ exhibetur eadem postfatiuncula cum nomine subscripto: Georg Celestinus D., quam Bertramus l. l. 2. St. p. 31. nota r. repetiit; fol. G 8ᵇ vacat). ***)

---

*) Sic haec Ed. recensetur a Bertramo in Litterar. Abhandlungen 2. Stück p. 28 sq., ex quo a Panzero l. l. p. XXXVII. affertur; equidem eam nondum vidi. Haec est *prima* Coelestini *Editio*. Illam enim, quam Weberus putat iam a. 1569. ab eo curatam esse cum hocce titulo: „Erste ungeänderte Augspurg. Confession mit der Confutation vnd ersten Apologie. — Frankf. an der Oder 1569. 4°." (vide Weberi Editionem supra p. 427 sq. recensitam p. 68. et Feuerlinum l. l. I. p. 65., ubi illam Ed. ex Catalogo Leineweberiano Nizeliano memorat) potius ad annum 1596. referendam esse, Bertramus l. l. p. 27 sq. argumentis demonstravit.

**) Scil. ex hoc eius loco: „Vnd nach dem E. Ch. G. [Augustus Elector Saxon.] eben das exemplar, auff derselben begeren, vnd meines G. H. des Chur. zu Brandeburg beuelch im nechsten Synodo vidimirt, one vorred nach Torgaw vberschickt, habe ich an stad derselben, auff dismal des Herrn Lutheri gefast bekentnus daraus die gantze Confeßion gespunnen, — darzu drücken lassen."

***) Haec Editio, quae in meis libris est, rarissima esse videtur; nam et Feuerlinum, et Bertramum fugit.

Illud promissum *Historiae Comitiorum Augustanorum* mox edendae. quod Coelestinus in postfatiuncula Editionis anni 1576. fecerat, subsequenti anno 1577. exsolvit, quo haec *Historia* iam supra p. 105 sqq. a me recensita prodiit. Huius operis *Tomus II.* | *Confessionem Augustanam* | *Germanicam et Latinam: Ponti,- | ciorum* | *Theologorum de eadem censuras: Aliquot Doctorum Euangelicorum* | *et Lutheri Scripta: Principum Pompas: Tractatum de abusibus Eccle-* | *siae Romanae: Consilium de ijsdem tollendis, et multas doctissimorum* | *illius temporis virorum Epistolas complectens,**) *collectus et* | *editus.* etc. ab Editore dedicatus est his Principibus: Augusto Electori Saxoniae, Iohanni Georgio Electori Brandenburg., Ioachimo Friderico Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratori, Georgio Friderico et Alberto Friderico Marchionibus Brandenburg., Henrico et Guilhelmo Fratribus Ducibus Brunsuicens. et Luneburg., Guilhelmo, Ludovico, Georgio et Philippo Hassiae Landgraviis, Ioachimo Ernesto Principi in Anhalt. Post epistolam dedicatoriam a Coelestino Custrini a. 1577. Calend. Febr. 16. ad hos Principes datam, quae 5 folia non num. (fol.)(2—6) explet. in subsequenti folio 145. (quo numero numeri foliorum Tomi I. continuantur) exhibentur duo carmina inscripta: *In secundum librum Historiae de Augustana Confessione.* fol. 146—150. cont. duos Indices huius Tomi, subiuncto dicto Mart. Lutheri de efficacia Augustanae Confessionis et duobus Epigrammatis cum auctoris Insigni; fol. 151ª — 167ᵇ Augustana Confessio sic inscripta:

> Die Vngeenderte. Rechte, Ware | Augspurgische Confession | So auff dem Reichstage zu Augspurg, Anno M. D. XXX. Von | Churfürsten, Fürsten vnd Stenden, den 25. Junij im Keyserlichen Pallast offent- | lich deutsch vnd lateinisch gelesen, vbergeben, bey des H. Röm. Reichs Ertzcantzlern | dem Churfürsten zu Mentz beygelegt, noch heutiges tages in Archiuis Imperij alda | vnter andern Reichshendeln verwaret. Vnd aus dem Original vnd Proto- | col beiden Churfürsten Sachsen vnd Brandenburg zugeschickt, end- | lich aus den Vidimirten Exemplarn trewlich collationirt, | vnd allen Christen zur bestendigen gewisheit vnd | vngescheutem Bekentnis zu gut in | druck gegeben. | Georgius Coelestinus Doctor.

Subsequens fol. 168. in priori pagina continet quinque de Comitiis August. et Confessione dicta M. Lutheri et hancce editoris postfatiunculam:

> Das ist nu die Rechte, Ware, Vngeenderte Bekentnis, wie oben im Tittel vermeldet, welche Gott vns armen Deutschen zum Symbolo, Kenn vnd Warzeichen, aus gnaden beschert vnd geben hat, aller ding gleich dem Original vnd Protocol, ins Reichs Cantzley zu Mentz beygelegt, Das dem also, beruff ich mich auff Chur vnd Fürsten Zeugnis, Schrifften, Brieff vnd Sigel, hoffent deren Hoheit, Wirde, Autoritet vnd Ansehen, Gott vnd friedliebenden Leuten genug zu sein, Der verleibe vns allen seine gnade, bey solcher erkentnis vnd bekentnis, in einigkeit des Glaubens vnd vngeferbter Liebe bestendig zu bleiben, vnd das ende vnsers Glaubens, das ewige Leben dauon zu bringen Das helffe vns Gott Vater, Gott Son, Gott heiliger Geist, Amen.
>
> Georgius Celestinus D.

In altera huius folii pagina referuntur nomina quinque Principum ac duarum Civitatum, qui Confessioni August. subscripserunt additis eorum Insignibus et memorabilibus dictis tanquam eorum symbolis, quibus subscripta sunt haecce: *Georgius Celestinus D. F. C.* 1577.

Haec 18 folia formae maximae, Confessionem germanicam continentia iisdemque numeris 151 sqq. signata, Coelestinus etiam seiunctim, sine dubio eodem fere tempore edidit cum hocce peculiari titulo, quo plagularum numerus unâ auctus est:

> *Symbolum Germanicum.* Die Augspurgische Confeßion aus dem rechten Original vor zehen Jahren auff Chur vnd Fürstlichen Befelch zuwegen gebracht vnd jetzo vmb derer willen, so noch immer im zweifel hofften, inn Druck verfertiget. Georgius Celestinus Doctor. 10 plagg. Fol.

Haec Editio a Feuerlino l. l. I. p. 49 sq. nr. 287. sic describitur: »Ligno eleganter incisa comparent: in titulo Insignia Electoris Brandeb.; p. 2. Effigies Io. Georgii Elect. Brandeb.; p. 3. Insignia Palatin. Pruss. Brunsvic. Meckelburg. Wirtemberg. Badense, Hennenberg. Mansfeld. Schwarzburg. Stolburg, Hohnstein, Zimmern; pag. 4 Haydek et Schoenbergk, deinde civitatum August. Ulm. Francof. Moeni, Argentor. Hamb. Ratisb. Lubec. Basil. Goetting. Erfurd. Luneburg. Northus. Brunsv. Rost.: quibus haec verba sunt subscripta: *Ge. Celestinus Doctor suis sumtibus F. curavit.* — Aug. Confessio (quae sine Apologia hic exhibetur) in pagina prima signata est numero 151, quo numero etiam signata est in Coelestini Historia Comitiorum Augustanorum: haec tamen Editio A. C. differt ab Editione mei exempli Historiae Comit. Aug. (quod in titulo a. 1597, post Dedicationem a. 1576 gerit).«

---

*) *Confessionem Augustanam — complectens*] haec verba, quae in titulo huius Tomi leguntur, supra p. 107 sq. Fn. 1. in hoc titulo tribus lineolis tantum indigitavi.]

Ad haec extrema verba Feuerlini Panzerus l. l. p. XXXIX sq., ubi hanc Edit. recenset, haec adnotavit: „Das Feuerlinische Vorgeben aber, daß diese Edition, von der Edition seines Exemplars der Hist. Comitior. abweiche, kann ich nicht begreifen, da jene sicher kein wiederholter Druck ist. Auch ist zu merken, daß das von Feuerlein post dedicationem angezeigte Jahr 1576. auf die Dedication des ersten Tomi gehet. Denn die Dedication des zweyten hat die Jahrzahl 1577. Dieses wäre also die fünfte Edition." — Huic iudicio equidem assentior, praeterea memorandum est, hanc Ed. a Feuerlino non cum priore Ed. Historiae Coelestinianae, cuius pars est, sed, ut ex ipsius verbis elucet, cum altera eius Ed. anni 1597., quam supra p. 107 sq. recensui, esse collatam, quapropter si vere ab Historia Comit. differat, hanc differentiam non ad priorem, sed ad posteriorem huius operis Editionem esse referendam.

Hanc quintam Editionem Codicis Moguntini eodem anno subsecuta est sexta, quae eiusdem Coelestini curâ formâ quaternariâ prodiit *papisticâ Confutatione* et *primâ Apologiâ* aucta, sub hoc titulo:

> Die erste, vngeenderte, Rechte, ware Augspurgische Confession, wie die auff dem Reichstag zu Augspurg a. 1530 Carolo V. vbergeben, zu Meintz in des Reichs Archiuis beygelegt, vnd aus dem Original beiden Churfürsten Sachsen vnd Brandenburg zugeschickt. II. Confutatio oder Widerlegung von den Bäpstischen wider dieselbe vbergeben. III. Die erste, Rechte, Ware Apologia Aus Philippi vnd der Zeit anwesenden Theologen Correctur vnd Hand trewlich abgeschrieben. Allen Christen zur bestendigen gewißheit vnd vngescheweten Bekentnus in Druck gegeben. Georg Celestinus Doctor M. D. LXXVII. Cum Gratia et Priuilegio. 4⁰ (sine loci et typographi nomine).

Hanc collectionem Coelestinus dedicavit tribus Electoribus evangelicis, quorum nomina cum subiectis Insignibus in una linea ita disposuit, ut Ludovicus Palatinus medium, Augustus Saxo dexterum, Iohannes Georgius Brandenburg. sinistrum locum habeat. In Epistola dedicatoria Berolini, festo Iohannis a. 1577. scripta refert, se iussu Electorum Sax. et Brandenb. edere Aug. Confessionem aus den beyden Exemplaren, so E. Churf. G. aus des Reichs Archiue zugeschickt, recht vnd wol collationiret, ohne allen fehl, mangel vnd gebrechen. Augustanae Confessioni praemissi sunt articuli XVII Suobacenses (conf. Feuerlinus l. l. I. p. 64 sq. nr. 352. et Panzerus l. l. p. XL sq.).

Haec collectio ter recusa est *(Cum priuilegio Saxonico et Brandenburgico.)* Franckfurt an der Oder, 1596. 4⁰ *), ibid. 1597. 4⁰ **), ibid. 1603. 4⁰; at hae repetitiones mutilatae sunt, omittitur enim nomen Coelestini in titulo et post praefatiunculam articulorum Suobacensium ex Lutheri Editione repetitorum, omittitur etiam integra Dedicatio. ***)

In his Editionibus, quas Coelestinus post suam primam curavit, quosdam locos emendavit auxilio *Transsumti Vogelini*, de quo p. 443 sq. dicemus. Conf. Weber l. l. I. p. 134 sq.

Illam Editionem Codicis Moguntini sextam, quae in his tribus Editt. repetita est, anno 1580. secuta est septima in scriptorum symbolicorum Ecclesiae evangelicae collectione, quae appellatur

Liber Concordiae.

Anno 1576., quo in Conventu Torgensi de Formula Concordiae Theologi Chemnitius, Chytraeus, Andreae, Musculus, Koerner et 12 Theologi Saxoniae superioris deliberabant, †) Augustus, Elector Saxoniae, ut Weberus l. l. I. p. 124. suspicatur, Wittembergensium illius temporis Theologorum contra Codicem Moguntinum reclamatione, quam in Praefatione ad Articulos Smalcaldicos a. 1575. denuo editos evulgaverant, ††)

---

*) Haec Ed. sine dubio est illa, quae in Catalogo Leineweberiano Nizeliano pro a. 1596. typothetae errore a. 1569. gerit, ex quo iste error supra p. 437 sq. nota *) memoratus, iam anno 1569. primam Coelestini Editionem Codicis Moguntini una cum Confutatione papistica et prima Apologia prodiisse, ortus est.

**) Hanc Ed. ex Bibliotheca Orphanotrophei Hallensis in manibus habeo.

***) Has tres repetitiones recensent Feuerlinus l. l. I. p. 65. nr. 353—355. et Panzerus p. XLI.

†) Conf. Ch. Gottl. Neudecker Allgem. Lexicon der Religions- u. christl. Kirchengeschichte. Tom. I. (Ilmenau 1834. 8⁰) p. 472 sq.

††) In huius enim Editionis: Schmalcaldische Artickel — gefasset vnd vnterschrieben Von den Theologen der Vniuersitet Witteberg in Druck nieder verordnet, aus vrsachen in der Präfation angezogen. Gedruckt zu Wittenberg, Anno 1575. 4⁰. Praefatione fol. a iiij b haec leguntur: „das die Feinde dieser Lande, so lange vnd fürre noch nicht waren, das sie die Augspurgische Confession — — vnnd andere Philippi Bücher hetten namhafft vnd öffentlichen angreiffen, vnd taddeln, oder zwisschen der ersten vnd andern Augspurgischen Confession, ein so großen nötigen vnterschied machen dörfen, Also auch, das sie nu mehr vnserer ganzen Religion Wahrheit vnd grund fast auff das einig erste, vnd zu Augspurg d. k. Key. May. vberantworte Exemplar der

commotus est, ut, quamquam hic Codex secundum apographum Electori Brandenb. exhibitum iam in Corpore Brandenburgico a. 1572. typis erat descriptum, ad rem accuratius explorandam non solum ab Electore Brandenb. illius apographi apographum, quod *Transsumtum* vulgo nominatur, sed etiam a Daniele, Electore Moguntino, novum apographum illius Codicis peteret. Ut huic voto satisfieret, Coelestinus, iussu Electoris Brandenb., Editionis suae, quam ex apographo Codicis Moguntini illo anno curabat (vide supra p. 437 sq., ubi eam recensui) plagulas B—G, Confessionem Augustanam continentes, postquam fides earum Synodi testimonio erat firmata, ad Augustum Electorem misit, id quod ex epistola dedicatoria d. 10. Aug. 1576. ad eundem Electorem data (vide supra p. 437 sq. annot. **) elucet. Has plagulas Elector deinde Theologis conventus Torgensis tradidit. Paulo serius etiam Elector Moguntinus petenti eo satisfecit, quod d. 19. Augusti 1576. exemplum Editionis Melanthonianae variatae, in quod Codex Moguntinus cum ea collatus inscriptus erat, Dresdam transmisit. Hoc testatur Hoe *), qui exemplum e Moguntia missum, cuius fides testimonio subsignato erat firmata, ipse in manibus tenuit. — Hi duo libri a Coelestino et a Daniele Electore ad Augustum Electorem missi vulgo nominantur „die Churſächſiſche Collation."

Ex apographo, quod Daniel Elector miserat, deinde Elias Vogel, Notarius et Electoris Saxonici Secretarius, novum apographum, quod *Vogelinum Transsumtum* nominatur, in usum Coelestini descripsit eiusque fidem testimonio suo addito firmavit. Sic Coelestino ad Transsumtum a Steinbrechero paulo prius acceptum hoc alterum accessit, cuius auxilio quosdam locos suae primae Editionis, quam fere ex solo Steinbrecheri Transsumto fecerat, in sequentibus suis Editionibus emendavit, quapropter in his affirmat, se Confessionem edere ex apographis Electori Brandenburgico atque Electori Saxonico e Moguntia missis. (Vide Weberum l. l. l. p. 132—135.)

Secundum illam *Collationem Saxonicam* Confessio Augustana in *Libro Concordiae* edita est, ita tamen, ut textus Corporis Brandenburgici esset pro fundamento (conf. Weber l. l. l. p. 127.). Hic liber, qui Dresdae a. 1580. formâ maximâ primum prodiit, sic inscriptus est:

*CONCORDIA. | *יהוה | *Chriſtliche, | *Widerholete, einmütige Bekentnüs | nachbenanter Churfürſten, Fürſten vnd Stende | Augſpurgiſcher Confeſſion, vnd derſelben zu ende | des Buchs vnderſchriebener Theologen | Lere vnd glaubens. | *Mit angeheffter, in Gottes wort, als der einigen Richt= | *ſchnur, wolgegründter erklerung etlicher Artickel, bey | welchen nach *D. Martin Luthers* ſeligen abſterben, | *diſputation* vnd ſtreit vorgefallen. | *Aus einhelliger vergleichung vnd | *beuehl obgedachter Churfürſten, Fürſten vnd Stende, | derſelben Landen, Kirchen, Schulen vnd Nachkommen, | zum vnderricht vnd warnung in Druck | vorfertiget. | (Ornamentum typogr.) | *Mit Churf. G. zu Sachſen befreibung. | Dreßden. M. D. LXXX. Novem lineae asterisco notatae rubro colore impressae sunt. 197 plagg. litt. A, B, A—Z, a—z, AA—LL,)(, B—E, A—F signatae, quarum D et x singulam plagulam, d quatuor, f vnd g (sic coniunctae) duas, A—F quaternas, ceterae ternas plagulas complectuntur, prima 12 folia non num., seqq. folia num. (sed ita, ut fol. 22., 161., 228. et 254. numeris suis careant, fol. 103., 158., 229., 239., 319. et 321. typ. errore numeros 102., 157., 129., 229., 318. et 330. habeant, et unum folium [fol. f 4] quinque numeros 169. 170. 171. 172. 173. sic iuxta sese positos contineat, et inter fol. 159. et fol. 160. unum fol. album (d 8) interpositum sit: fol. LL 5 habet numerum 330, subseq. fol. LL 6 album est, seqq. 30 folia)(1—E 6 numeris carent, extrema 24 foll. litt. A—F signata, Appendicem continentia, excepto primo folio (titulo) numeros II—XXIIII habent. Fol. (fol. A 1b vacat; fol. A 2a — B 6b cont. Vorrede, in cuius fine leguntur 86 nomina Principum, Comitum aliorumque Nobilium ac Civitatum; fol. 1a — 2b. [A 1. 2.] Die Drey Haupt Symbola oder bekentnis des Glaubens Chriſti in der Kirchen eintrechtiglich gebraucht [scil. Apostolicum, Nicenum, Athanasianum]; fol. 3a — 20b Confessio Oder Bekentnüs des glaubens etlicher Fürſten vnd Städte, vberantwortet Keyſerlicher Mayeſtat zu Augſpurg. Anno M. D. XXX.; fol. 21a — 134b Apologia der Confeßion aus dem Latein verdeudſcht, durch Juſtum Jonam; fol. 135a — 150b Artickel Chriſtlicher Lere, ſo da hetten ſollen auffs Concilium zu Mantua, oder wo es ſonſt worden were, vberantwort werden, von vnſers Theils wegen, Vnd was wir annemen, oder nachgeben kündten, oder nicht etc. Durch Doct. Mart. Luth. geſchrieben. *Anno* 1537. [Articuli Smalcaldici] Confessorum nominibus subscriptis; fol. 151a — 158b Von der Gewalt vnd Oberkeit des Bapſts, durch die Gelerten zuſamen gezogen zu Schmalkalden. Anno M. D. XXXVII.; fol. 159a–b Verzeichnis der Doctorn vnd Prediger, ſo ſich zur Confeßion vnd Apologia vnterſchrieben

---

Bekentnis gern ſtellen wolten, do ſie doch ſelbſt wiſſen vnd bekennen müſſen, vnd im Fall ſie es leugneten, genugſam vnd gebürlich vberzeuget werden könten, das ſie ſelbſt daſſelbige eigentlich der K. May. vberreichte Original nicht haben, auch einige glaubwirdige vnd vnzweiffelhafte Copiam deſſelben nicht furlegen können."

*) In libro suo: Nochmalige Vertheidigung des Augapfels (Leipzig 1673. 4°) p. 445. 452. Cap. 28. Conf. Weber l. l. l. p. 127.

haben. Anno M. D. XXXVII.; seq. fol. album est: fol. 160ª — 173ᵇ ENCHIRIDION Der Kleine Catechismus, D. Mart. Lutheri, für die gemeine Pfarhern vnd Prediger. [cuius ultimum folium quinque numeros 169. 170. 171. 172. 173. habet]; fol. 174ª — 227ᵇ Der grosse Catechismus Deutsch, Doct. Mart. Luth.; fol. 228 hoc numero carens cont. hunc titulum: Summarischer | BEgriff, der streitigen | Artickel, zwischen den Theologen | Augspurgischer Confession, in nachuolgender | widerholung, nach anleitung Gottes | worts, Christlich erkleret vnd | verglichen. | (Ornamentum typogr.) | Dreßden 1579., altera huius tituli pagina vacat; foll. seqq. 229ª — 253ᵇ librum ipsum exhibent; fol. 254. hoc numero carens cont. sub ornamento typ. hunc titulum: Gründtliche | Lauter, richtige, vnd | endtliche widerholung vnd erklerung | etlicher Artickel Augspurgischer Confession, in | welchen eine zeit lang, vnter etlichen Theologen | derselbigen zugethan, streit vorgefallen, | nach anleitung Gottes worts, vnd Sum- | marischem inhalt vnser Christ- | lichen Lehr, beygelegt, vnd | verglichen. | (Ornamentnm typ.) | Dreßden 1579., altera huius tituli pag. vacat; fol. 255ª — 330ᵇ librum ipsum exhibent: seq. folium album est; fol.)(1ª — 6ᵇ Register der fürnembsten Heuptstücke Christlicher Lere, so in diesem Buch gehandelt werden; fol. B 1ª — E 5ᵇ Volgen die Namen der Theologen, Kirchen vnd Schuldiener, so sich im Churfürstenthumb Sachsen, dem vorgehenden Buch der Concordien vnterschrieben, fol. E 6ª cont. haecce: Ich dancke dem HERRN von gantzem hertzen, | Vnd erzehle alle deine Wunder? | Ich frewe mich vnd bin frölich in dir, Vnd lobe | deinen Namen du Allerhöhester, etc. | (Insigne typogr.) | Gedruckt zu Dreßden, im | Churfürst: Sechs: Hofelager, | durch Matthes Stöckel vnd | Gimel Bergen. | ANNO M. D. LXXXI., altera huius folii pag. vacat; seq. fol. A 1ª cont. hunc titulum: APPENDIX. | VOrzeichnüs der Zeugnis- | sen heiliger Schrifft, vnd der alten | reinen Kirchen Lerer, | Wie dieselbigen von der Per- | son, vnd Göttlichen Maiestet der Menschlichen Na- | tur vnsers HERRN Jhesu Christi, zur rechten | der Allmechtigen krafft Gottes ein- | gesetzt, gelehret vnd geredt | haben. | (Ornamentum typogr.) | Dreßden. | 1580, altera huius tituli pag. vacat, fol. IIª — XXIIIIª Appendicem ipsum exhibent, in cuius fine sub ornamento typ. legitur haec Clausula: Dreßden. | Gedruckt durch Matthes Stöckel vnd | Gimel Bergen. | M. D. LXXX.; ultima pagina alba est.) *)

De hac Editione Feuerlinus l. l. I. p. 8 sq., eius titulo sub nr. 27. breviter descripto, haec adnotavit: „Inter plures editiones Dresdenses in fol. ab a. 1578 ad a. 1581, haec quoad singulas partes (solis nominibus Theologorum subsignatis exceptis) est prima, et maximam saltem partem a. 1578 impressa: nam 1) pudendum erratum (v. Chemnitii Epistola in Hutteri Concordia Concorde p. 1376) quaestio marginalis: Ob nicht das eine Wort warhaftig auszulassen, hic legitur in textu fol. 241ᵇ; 2) fol. 258ª numerantur 25 anni, loco 30 annorum, quos sequentes editiones numerant; 3) verba Aug. Conf. art. XX. repetuntur fol. 269ª ex editione Witteb. 1531., non ex editione huic libro Concordiae inserta. 4) Catalogus testimoniorum et in titulo et in capitibus singularum paginarum appellatur Appendix. 5) Addi potest, quod unicum ultimum folium Catechismi Luth. minoris signatum est numeris 169. 170. 171. 172. 173., quia in gratiam Evangelicarum superioris Germaniae Ecclesiarum (quae abrogaverant Exorcismum in Lutheri libello baptismali praescriptum) removebantur Lutheri Trau- und Tauf-Büchlein, qui libelli, ut alias, Catechismo illi subiuncti prius erant.“ Omnes hi characteres ad hanc Editionem prolixius a me recensitam quadrant.

Hic liber eodem anno 1580, teste Feuerlino, sexies Dresdae formâ maximâ recusus est, et permultae aliae Editiones eius et Dresdae et multis aliis locis usque ad novissima tempora sunt secutae, quarum multas ipse possideo. Has hoc quidem loco recensere supersedeo, et lectores delego ad Feuerlini catalogum earum l. l. I. p. 9—13. propositum, atque ad Iac. Henr. Balthasaris Historie des Torgischen Buchs. 1. Stück p. 32 sqq. Praeterea conf. Bertrami Historische Untersuchungen zum Concordienbuch in Wöchentlichen Hallischen Anzeigen anni 1767. Num. 22 seqq.

Hae Editiones *Codicis Moguntini* modo recensitae inter eas, quae Seculo XVI. prodierunt, primariae sunt; ceteras eiusdem Seculi hoc quidem loco omitto. Ex Editionibus Seculi XVII. **) duas tantum recenseo, quippe quae in historia critica huius Confessionis maioris momenti sunt, primum eam, quae breviter „der Augapfel“ nominari solet et sic inscripta est:

> *Nohtwendige Vertheidigung, | Des heiligen Römischen Reichs Evangelischer | Chur-Fürsten vnd Stände | *Aug Apffels. | *Nemlich der wahren, reinen, vngeänder- | ten, Käyser Carln dem fünfften Höchstlöblichster Ge- | dächtniß, Anno 1530. vbergebenen Augspurgischen Con- | fession vnd des auff dieselbe gerichteten hochver- | poenten ReligionFrieds. | Mit gründtlicher Außführung, | *Daß weder Höchst, Hoch, vnd

*) Hanc Ed. ex Bibliotheca Illustr. Comitis Stolbergo-Wernigerodani in manibus habeo.

**) Plures earum a Feuerlino l. l. I. p. 51 sqq. et Panzero l. l. p. XLII sqq. recensentur.

Wolermelte Chur= | Fürsten, vnd Stände, noch derselben trewe Theologen in | einem einigen Articul von gedachter wahrer Augspurgischen Con- | fession abgewichen, dahero auch des heilsamen Reli= | gionFriedens sich nicht verlustig gemachet haben. | Auff sonderbaren gnädigsten Befelch, | *Des Durchlauchtigsten Fürsten vnd Herrn, Herrn | Johann Georgens, Hertzogen zu Sachsen, Gülich, Cleve vnd | Berg, des Heiligen Römischen Reichs Ertzmarschallens vnd Chur= | Fürstens, Landgraffens in Düringen Marggraffens zu Meissen, | Burg= graffens zu Magdeburg, Graffens zu der Marck vnd Ravens= | burg. Herrens zu Ravenstein, ꝛc. | Verfasset, | *Vnd zur Ableinung der Jesuitischen hin vnd wider ausgesprengten | Lästerungen vnd Beschmitzungen, in Druck gegeben, | Durch | *Höchstgedachter Ihrer ChurFürstl. Durchl. hierzu verordnete | *THEOLOGEN. | *Proverb. 7. v. 2.* | *Behalte mein Gesetz, wie deinen AugApffel. | Mit ChurSächsischem Privilegio. | *Leipzig, In Verlegung Zachar. Schürers, vnd Matth. Götzens. | Im Jahr, 1628. Huius tituli 10 lineae asterisco notatae rubro colore impressae sunt. — (In fine:) Leipzig, | (Insigne) | Gedruckt bey Gregorio Ritzsch | ANNO M. DC. XXIX. 48¼ plagg. litt. A — Z. Aa — Zz. Aaa Bbb (Bbb 1¼ plagg.) signatae, prima 10 folia non num., et 365 pagg., ult. pag. non num. Clausulam cont., 4⁰. (fol. A 2ᵃ — C 2ᵇ Vorrede an den Christl. Leser; pag. 1 — 23. et 150 — 365. Nothwendige Vertheidigung der Augspurgischen Confession; p. 24 — 149. cont. Augustanam Confessionem Latine et Germanice ita, ut pagg. sinistrae, paribus numeris signatae Latinam, et pagg. dextrae illis e regione appositae, imparibus numeris signatae Confessionem Germanicam cum Codice Moguntino congruentem exhibeant.) *)

Altera Editio eiusdem Seculi h. l. recensenda est **Kollonitschii**, in qua **Steinbrecheri** *Transsumtum* supra p. 433 sq. memoratum typis descriptum est. Prodiit sub hoc titulo:

Augustana et Anti-Augustana | Confessio. | Das ist: | Augspurgische Glaubens Bekantnuß, | Vnd dero Gegenlehr: | In zwey Theil abgetheilt. | In deren erstem Theil | Die vnlaugbare Veränderung Augspurgischer Confession durch Vorstellung dero viererley Exemplarn vngleiches Lauts, wie sie in | Ihro Keyserl. Mayest. Wiennerischen Buch=Gemach be= | findlich: | In dem Anderten | Der gründliche Beweiß deß vnter den Lutheranern vor, | vnd nach dem Todt Martini Lutheri, vnd Philippi Melanthonis ent= | standenen, vnd würcklich beschehenen Abfalls von der Augspurgischen Glau= | bens=Bekanntnuß rechtem Verstand | Auß | Dero Bundtsgenossenen Theologen, Universitäten, vnd | Stätten, bevorderist, so dem Concordi-Buch vmb das Jahr 1580. | vnterschrieben, eygnen Zeugnussen geholet, vorgestellet wird. | Auß Befelch | Ihro Hochgräffl. Gnaden | Leopoldi | Deß Heil. Röm. Reichs Graffen von Kollonitsch, Bischof= | fen zu Neustatt, Röm. Kayserl. Mayest. Cammerherrn, Rath, vnd der | Königl. Vngarischen Cammer Präsidenten, Rittern deß Ordens S. Joannis | zu Jerusalem, vnd Commendatorn zu Maylburg | vnd Eger. | Wienn in Oesterreich, | Gedruckt bey Johann Christoph Cosmerovio, Röm: Kayserl. Mayest: | Hoff=Buchdruckern, 1681. Huius libri Pars I. cont. 30 plagg. litt. a — c (c ½ plag.), A, B C — Z. Aa — Ee (Ee ½ plag.) signatas, prima 10 foll. non num. et 218 pagg. Pars II. sub peculiari titulo Anti-Augustanam Confessionem exhibens, cont. 20 plagg. litt. A — V sign., 159 pagg., ult. pag. non num. 4⁰. **)

In huius operis Parte I, pag. 10—217. (fol. B 1ᵇ — Ee 2ᵃ) Confessio Augustana Germanice et Latine quaternis columnis ita proponitur, ut quaeque pagina binas earum contineat. Paginae paribus numeris signatae in columna I. cont. Confessionem German. ex Editione: Wittemberg. Gedruckt durch Hans Lufft 1567., quae vero a **Ioach. Steinbrechero** Notario manu sua ita mutata est, ut cum Codice Moguntino omnino congruat; altera col. continet hanc Editionem Wittemberg. a. 1567. non mutatam. Paginae illis e regione appositae imparibus numeris signatae in col. I. cont. Conf. German. ex Edit. Wittemberg. anni 1551.; altera col. continet Conf. Latinam ex Edit. Wittemb. anni 1531. 4⁰. Sic Confessio Germanica triplici ratione proponitur: 1. ex Codice Moguntino, in Editionem Wittemb. anni 1567. inscripto, 2. ex Edit. Wittemb. a. 1567., 3. ex Edit. Wittemb. a. 1551., et Confessio Latina ex Edit. Wittemb. anni 1531. 4⁰. Ultima pag. 218. exhibet Steinbrecheri testimonium, quo testatur, se optima fide apographum Codicis Moguntini, quod ad Electorem Brandenb. missum sit, in hanc Edit. Wittemb. anni 1567. in utriusque collatione inscripsisse. Conf. quae **Feuerlinus** et **Riedererus** ad hoc Opus l. l. p. 58 sq. adnotarunt.

Inter Editiones Seculi XVIII. primum memorandae sunt illae, quas Chrph. Matth. **Pfaffius** et Henr. **Muhlius** curarunt. Quorum ille anno 1729., ut iam supra p. 425 sq. dixi, quum Moguntiae esset, et exemplum authenticum Confessionis August. German. ibi quaereret, ab ipsis Cancellariae Moguntinae praefectis certior

*) Haec Editio in meis libris est.

**) Haec quoque Editio in mea Bibliotheca est.

factus est, hoc iam dudum esse deperditum, et solum apographum in Protocollo Comitiorum adhuc exstare, ex quo illa apographa ad Electores Brandenburgiae et Saxoniae olim missa essent descripta. Ipse quoque ex illo Protocollo eiusmodi apographum accepit, cuius fides ab Archivario Steeb atque Electoris Registratoribus Hartung et Hennemann nominibus sigillisque eorum erat firmata. Hoc apographum Pfaffius, Tubingensis Academiae Cancellarius, edidit sub hoc titulo:

> Neue nach dem in der Chur-Maynzischen Reichs-Cantzley befindlichen Original errichtete Edition der Augspurgischen Confession nebst Beyfügung der 17 Torgauischen Articeln D. Luthers, auch einer historischen Vorrede und nöthigen Anmerkungen an dem Iubilaeo Aug. Conf. ans Licht gestellet von Christoph Matthäo Pfaffen. Tübingen, 1730. 8°. *)

Weberus l. l. I. p. 137 sq. in annot. t) de hac Ed. haec refert: „Es scheint bey der Collation eine Edition der Confession im Augapfel **) zum Grunde gelegen zu haben. Ich schließe solches daher, weil im Pfaffischen Abdruck Lesarten vorkommen, die man nicht in Corpore Brandenb. Concordienbuch, Coelestinischen Ausgaben, und dem Steinbrecherischen Transsumt, das Graf Kollonitsch zu Wien hat ediren lassen, vorfindet, die aber der Confession im Augapfel eigen sind, und die, weil sie bey der Collation nicht corrigirt worden, im Pfaffischen Texte stehen geblieben sind. Hier ist der Beweis:

Mainz. Exempl. der A. C. im Reichsarchiv.	Corp. Brand., Conc. Buch, Coelest., Kollonitsch. Ausg. d. A. C.	A. C. im Augapfel und bey Pfaff.
Fol. 25ª. Z. 16. †) spricht, So jr	spricht, So jr	spricht Luc. 17 So jhr
— 29ª. — 15. Dan also von glauben glauben geleret, ad hebreos am XI°	Denn also vom Glauben gelehret, ad Hebraeos am 11.	Denn also wird vom Glauben gelehret, zun Hebreern ††) am 11.

Uebrigens ist der Pfaffische Abdruck durchaus unkritisch. Es ist darin keine Rücksicht genommen worden auf Rechtschreibung, Interpunktion, Versetzung der Wörter: es ist alles gelassen, wie im Augapfel. Was aber Pfaffen oder der Mainzischen Canzley am wenigsten zu verzeihen, ist, daß die fehlerhaften Unterschriften im Augapfel im Druck vielleicht auch schon bey der Collation beybehalten worden sind."

Muhlii Editio sic inscripta est:

> Die ungeänderte, rechte, wahre Augspurgische Confeßion itzund aufs neue revidiret, und mit den besten, bewährtesten, so wol ältesten als vielen andern deutschen Exemplarien sorgfältigst conferiret, auch hier und da mit Anmerkungen erläutert. Nebst vorgesetztem Hist. Bericht von der Augsp. Conf. und angefügter Verzeichniß einiger zur Bestättigung derselben dienl. Bibl. Texte herausgegeben von D. Heinrich Muhlius. Kiel, 1730. 8°

Huic titulo Feuerlinus l. l. I. p. 59. nr. 330. hoc adscripsit indicium: »Solertissima haec editio A. C. (sine Apologia) cum variis lectionibus tantum non omnibus praeter ea, quae titulus indicat, in Praef. recenset maximum apparatum editionum, quibus usus est B. Muhlius; Confessioni Aug. praemittit articulos XVII Torgenses cum variis lectionibus; in Appendice exhibet articulos integros in editionibus nonnullis ita prolixos, ut in annotationibus locum non habuerint: sub finem leguntur nomina Theologorum Pontificiorum, qui Comitiis Augustanis a. 1530 adfuerant. Tanta fuit B. Auctoris diligentia, ut nonnisi pauca addi possint, et similis editio A. C. Latinae optanda sit.«

Omnes autem hae Codicis Moguntini Editiones iudici critico non omnino satisfaciunt; quapropter Georg. Gottl. Weberus summa laude dignus est, quod inter Appendices Partis I. Historiae suae criticae Confessionis Augustanae tertio loco (fol. B 5ª — K 7ᵇ) Editionem huius Codicis vere criticam exhibuit, quam sic inscripsit:

*) Sic haec Ed., quam nondum vidi, recensetur a Feuerlino l. l. I. p. 54. nr. 315.

**) Hanc Ed., quae Augapfel appellatur, supra p. 445 sqq. recensui. Suspicatur igitur Weberus, Pfaffii *apographum* fuisse hanc Editionem, cum Codice Moguntino collatam, et ex eo, ubi differret, mutatam, similiter ac Steinbrecheri Transsumtum fuit Editio Wittenb. anni 1567., in quam illius Codicis apographum a Steinbrechero inscriptum est.

†) Z. 16.] in Weberi libro male legitur: Z. 1.

††) zun Hebreern] sic scripsi, in Augapfel h. l. legitur: zun Hebr., Weberus exhibet: zum Hebreern

Augspurgische Confession | nach dem | Actenexemplar im Reichsarchiv, | nebst | Varianten aus Handschriften, den ältesten | Exemplarien vom J. 1530. | und der ersten Melanchthonischen Quartausgabe.

Sic enim hunc Codicem, quem appellat „das Mainzische Actenexemplar", edidit, ut accurata eius imago praebeatur, ex qua lector non solum cognoscat, qua ratione singula verba in Codice scripta et interpuncta sint, sed etiam quot verba in singulis eius versibus seu lineis ac foliis contineantur, quin etiam quoties scribae calamus erraverit.

Huic Codici per typos sic diligentissime descripto in margine inferiore addidit varias lectiones *sex Codicum*, scilicet 1) *Wimariensis 1.*, qui Spalatini apographum exhibet (vide supra p. 417 sq.), 2) *Onoldini 1.* (vide supra p. 419 sq.), 3) *Hannoverani* (vide supra p. 421 sq.), 4) *Wimariensis 2.*, 5) *Onoldini 2.*, 6) *Norimbergensis* ex Editione Panzeri, quos tres Codices infra describam, praeterea lectionis varietatem *trium Editionum*, nempe 1) *Editionis antiquioris 1.*, 2) *Editionis antiquioris*, quam Zeidlerus recudendam curavit, 3) *Editionis Melanthonianae primae a.* 1531., quas infra accuratius recensebo.

Hic Codex a Webero editus invenitur in tabularii Imperialis Moguntini volumine, quod idem editor l. l. I. p. 158 sqq. sic descripsit:

„Ich mache jetzt die Leser mit dem ersten Volumine *) näher bekannt. Es ist ein ziemlich starker Actenband in Folio, in Schweinsleder gebunden, und hat auf der ersten Tafel des Bandes, auf einem pergamentnen Streif, der mit Leimen an der Tafel befestiget worden, folgende Aufschrift:

Handlung zu Augspurg
Anno MDXXX. der Re-
ligion vnd glawbens halber
1530

Man hat dies Volumen, welches 382 Blätter faßt, und einzig und allein Religionsangelegenheiten betrift, zu der Zeit, als Pfaff zu Mainz war, das Protocoll **) genennt. Diese Benennung ist sonder Zweifel aus dem Grunde entstanden, weil folgende Nachrichten darin registrirt worden:

wie vnd was mit Sachssenn Churfursten, Brandenburg Marggraue Georgen Luneburg, Hessen vnnd Anhalt jrer Prediger halber gehandelt, Fol. 1 — 3.

Protocollum wie der reichstag angefangen — die proposition bescheen — die Confession vbergeben worden. Fol. 15 — 20.

Mehrere dergleichen handschriftliche Nachrichten den Reichstag zu Augspurg 1530 betreffend, habe ich nicht vorgefunden, denn alles andere sind Exhibita in extenso. Vorgenannte beide Aufsätze aber sind von einerley Hand und Papier, doch sind die Aufschriften von einer andern, und wie mich dünkt, neuern Hand.

Es entsteht hiebey die Frage, ob diese vorangezeigten Nachrichten Fol. 1 — 3. 15 — 20. auf dem Reichstag zu Augspurg selbst protokollirt worden, oder spätern Ursprungs sind. Das letzte kömmt mir wahrscheinlich vor. Denn nicht zu gedenken, daß sie bloßes Copialprotocoll, von einer und eben derselben Hand, und wie man aus der Dinte und Schriftzügen sieht, nicht abgesetzt, und zu verschiedenen Zeiten geschrieben worden sind, so sind sie auch gröſtentheils bloßer Extract aus den Copialacten, auf deren Erklärung sie verweisen, und ich ziehe daraus den Schluß, daß sie nicht eher entstanden seyn können, als nachdem die Copialacten in Ordnung gebracht und foliirt worden. ***) — — —

Ich habe gefunden, daß diese handschriftlichen Nachrichten vom Reichstag zu Augspurg 1530 Fol. 1 — 3. und 15 — 20. von einer Hand, die zu den Exhibitis zuweilen Bemerkungen gemacht, das Protocoll genennt werden. †) — — Nachgehends scheint diese Benennung auf das Volumen Actorum selbst übergegangen zu seyn, wenigstens nannte es die Mainzische Canzley so, als Pfaff 1729. zu Mainz war, ††) und wenn vorher Forer †††) und Coelestin *†) vom Mainzischen

*) Vide locum supra p. 429 sq. ex eodem libro a me exscriptum, quem haec verba proxime sequuntur. Illic quatuor voluminum mentio fit, quae ad Concilium Tridentinum ex hoc tabulario sunt allata, quorum primum nunc describitur.

**) Pfaffens Ausgabe der A. C. Tub. 1730. Vorrede fol. A 4.

***) Haec conclusio confirmatur exemplis quibusdam p. 160—162 annexis, quae hic omittuntur.

†) Hoc quoque loco additur exemplum, quo hoc iudicium affirmatur.

††) Pfaffens Ausgabe der A. C. nach dem Original in der Churmainzischen Reichscanzley. Tübing. 1730. Vorrede fol. A 4.

†††) Ueberschlag S. 184.

*†) Histor. Comitior. Anno M. D. XXX. Augustae celebratorum. T. II. p. 151. 168.

Protocoll reden, so ist wohl hierunter nichts anders zu verstehen, als eben das vorgedachte Volumen Actorum. Wenn aber Pfaff sagt, daß es das authentische Reichsprotocoll sey, so muß man nur nicht an Originalacten denken, denn es faßt, außer zwey oder drey Originalexhibits und Originalconcepten lauter Copialacten in extenso von den Religionsverhandlungen auf dem Reichstag 1530 zu Augspurg: doch sind die Acten nicht durchgängig von einerley Hand, auch nicht von einem und eben demselben Papier. Aus dem Gesagten werden die Leser sich nun selbst einen Begriff von diesem Actenband, dem man die Ehre erwiesen, das Reichsprotocoll zu nennen, machen können. *) — — —

Inzwischen ist sonder Zweifel das merkwürdigste Stück in diesem Actenband die Copey der Augspurgischen Confession. Sie beginnt fol. 21 — 51 und enthält im Grunde 34 Blätter, wovon aber die drey letzten nicht beschrieben und foliirt sind. Das letzte Blatt ist überaus schmutzig, ein Beweis, daß die Handschrift in vieler Menschen Händen herumgegangen seyn müße, ehe sie zu den Acten genommen worden. Sie hat doppelte Foliirung: einmal als ein für sich bestehendes Volumen, ehe sie zu den Acten gebracht worden, welche Foliirung aber ausgestrichen ist: zweytens hat sie die gewöhnliche Actenfoliirung, die ich schon angezeigt. Das Papier, worauf sie geschrieben, ist aus dem damaligen Zeitalter, und hat zum Zeichen einen Bär. Auch hab ich das nämliche Papier noch in den Acten angetroffen. Eben die Hand, so die handschriftlichen Nachrichten, den Reichstag zu Augsspurg 1530. Fol. 1 — 3. und 15 — 20 geschrieben, und vermuthlich auch die Acten in Ordnung gebracht, hat ihr folgende Aufschrift gegeben:

Der funf chur vnd Fursten Sachssen
Brandenburg luneburg, hessen vnd anhalt
furbrachte opinion vnd Bekantnus
jm glawben

Dieser Rubrik zur Seite, etwas höher hinauf steht folgendes Präsentatum:

Exhibitum et lecti altera die
Jobis Bapti in
prsntia Impatri
electorum et aliorum
principum et
statuum Imprij

Die Handschrift der Confession selbst ist von einer andern Hand, als die von welcher die Rubrik und das Präsentatum herrührt, und bis zum Artickel von der Bischöffe Gewalt mit ganz leserlicher Canzleyschrift geschrieben: alsdenn folgt gewöhnliche Currentschrift bis zu Ende. Auch hab ich die Hand, so die Confession copirt, noch einigemal in dem Actenband angetroffen. Die Zahlen, mit welchen die Artickel bezeichnet worden, stehen nie über, sondern allezeit den Artickeln zur Seite. Uebrigens ist die Mundart der Confession nicht, wie ich vermuthet, die obersächsische, wie sie damals in der Canzley des Churfürst Johans, nach den Acten im Herzogl. Weimarischen Archiv, gäng und gebe gewesen, sondern die Oberländische, ebendieselbe, wie ich sie in Bucers, Brenzens, Capitos und andern Schriften finde, die damals zu Augspurg, Ulm, und der Orten gedruckt worden sind. Da ich die Handschrift in den Beylagen habe abdrucken laßen, so brauche ich keine Proben der Mundart zu geben. Uebrigens hat sie nicht wenig Schreibfehler, die ich sorgfältig copirt, hie und da verderbte Stellen, auch einige wenige Correkturen, die mehrentheils Schreibfehler betreffen, theils von eben derselben, theils von einer andern Hand, und worüber sich die Leser am meisten wundern werden, keine Unterschriften."

Postquam Weberus l. l. I. p. 158 — 168. hunc Codicem Moguntinum sic descripsit, p. 199 sqq. et 333 sqq. de eius critica conditione disserit, et ostendit, lectiones, quibus ab aliis Codicibus atque ab Editionibus antiquioribus ac prima Melanthoniana differat, duplicis esse generis:

1. ex scribae indiligentia ortae, cuiusmodi sunt omissiones, additiones, transpositiones verborum aliique calami errores;
2. ex conditione exempli ortae, ex quo scriba Confessionem exaravit. Huiusmodi lectiones docent, illud exemplum, quod scribae ante oculos versabatur, eodem fere tempore esse scriptum, ac illos tres Codices, de quibus supra p. 417 — 422. diximus. Hoc enim colligit:
   a) ex lectionibus huius Codicis, quae etiam in Codice Wimariensi 1. (Spalatini apographo) vel Cod. Onoldino 1. vel in utroque reperiuntur, in ceteris vero fere omnibus Codicibus ac in Editionibus illis emendatae sunt, cuiusmodi lectiones a Webero l. l. p. 336 — 338. afferuntur;

*) In subsequentibus Weberus refutat Goezii de hoc volumine opinionem, affertque exemplum cuiusdam scripti originalis in hoc volumine contenti: „das Originalconcept des Abschieds, den der Kaiser den protestirenden Fürsten ertheilet, Fol. 274 ff.

b) ex eo, quod hic Codex plurimas lectiones exhibet, quae in Codice Onoldino 2. infra recensendo postea litura deletae ac emendatae sunt, quae emendationes plerumque cum aliis Codicibus atque Editionibus congruunt. Exempla huius generis Weberus l. l. p. 339 — 341. collegit.

c) ex eo, quod conditionem habeat Codici Hannoverano simillimam, id quod a Webero l. l. p. 342 — 344. tribus probatur argumentis.

Hoc solo *Codice Moguntino* nititur Confessio, quae in *Corpore Brandenburgico* et in *Concordiae Libro* exhibetur, sed tam mendose et fictis subscriptionibus adulterata ex eo in illis libris repetita est, ut multi hanc originem in dubium vocaverint. Attamen Weberus l. l. I. p. 189 sqq. eam firmis argumentis comprobavit:

1) *testimoniis historicis*:

a) testimonio praefectorum Cancellariae Moguntinae, qui a. 1729. Pfaffio Cancellario Tubingensi asseverarunt, apographa A. C. ad Electores Brandenburgicum et Saxonicum missa ex illo Codice, qui in Protocollo Moguntino asservetur, esse descripta, quippe quod exemplum authenticum ab ipsis Principibus Legatisque duarum civitatum subscriptum iam dudum sit deperditum. *)

b) testimonio ipsius Coelestini, qui in Historia Comitiorum Augustae a. M. D. XXX. celebratorum Tomo II. fol. 151[a] in inscriptione Augustanae Confessionis germanicae (et similiter fol. 168[a] in postfatione ei suffixa, vide supra p. 437 sqq., ubi utramque exscripsi) refert, se h. l. Augustanam Confessionem exhibere „aus dem Original vnd Protocol beiden Churfürsten Sachsen vnd Brandenburg zugeschickt." Haec enim verba subobscura ita explicanda sunt, ut sententia sit, Coelestinum Confessionem edere ex Codice („Original"), qui *in* Protocollo (de cuius significatione supra p. 451 sq. dictum est) contineatur, ex quo apographa, ad illos duos Electores missa, sint descripta.

Praeter haec *historica* affert 2) *testimonia critica:*

a) Textus *Corporis Brandenburgici* ac *Libri Concordiae* nullo enuntiato plenior est quam *Codicis Moguntini*.

b) Textus illarum Editionum fere omnes varias lectiones huius Codicis, et praesertim calami errores in eo obvios continet. Variae autem lectiones, quibus hic Codex a quibusdam Codicibus melioris notae, Editionibus antiquioribus anni 1530. atque a prima Melanthonis Editione differt, dividi possunt in haecce genera:

aa) *omissiones* singulorum vocum aut enuntiatorum;

bb) *additiones* singularum verborum;

cc) *transpositiones* singulorum vel plurium verborum;

---

*) Hoc exemplum iam ante annum 1545. periisse, Weberus l. l. II. in praefatione fol. b 1[a] — 3[a] probat hisce verbis: „Es hat Herr Archivsrath Molitor, der nach dem Zeugniß der Mainzischen Gelehrten, — mit dem Reichsarchiv die genaueste Bekanntschaft hat, folgende zwo Anfragen also beantwortet:

Erste Anfrage: Wann oder zu welcher Zeit sind die Repertorien über das Reichsarchiv gefertiget worden, und gedenken solche des deutschen von Fürsten eigenhändig unterschriebenen Originals der A. C.? Antwort: Die Repertorien sind gemacht worden: als die Acten an das Trienter Concilium verschickt wurden, zwischen 1545 und 46. tempore Alberti Cardinalis AEpi et Elect: Mog: Das Repertorium ist verschieden von dem Verzaichnuß aller Handlungen, brief vnnd schriften zu Sachen der Religion zu Concilio gen Trient mit genommen; das Repertorium gedenkt einer Originalconfession ohne den Zusatz: von Fürsten eigenhändig unterschrieben.

Zwote Anfrage: Wird diese Originalconfession nachgewiesen in dem fehlenden Acten Volumine: Acta conuentus Imperialis Augustan. Anno 1530. oder in dem noch vorhandenen: Handlung zu Augspurg Anno M D XXX der Religion vnd glawbens halber 1530"? [conf. supra p. 429 sq.] Rdetur: im Repertorium stehet folgendes: Handlung zu Augsburg Anno M D XXX der Religions vnd glaubens halber 1530.

Durch Beantwortung vorgedachter Anfragen wird demnach mein System vom deutschen Original der A. C., das ich im ersten Theil der kritischen Geschichte aus kritischen und andern historischen Gründen und Conjecturen ausgeführt, aus dem Reichsarchiv selbst bestätiget. Denn es erhellet daraus:

daß in dem Jahr 1545., da die ältesten Repertorien über das Reichsarchiv gefertiget worden, das wahre von Fürsten eigenhändig unterschriebene Original der A. C. nicht mehr vorhanden gewesen, indem in dem Repertorio eine Copey ohne Unterschriften in den Religionsacten: „Handlung zu Augspurg Anno M D XXX der Religion vnd glawbens halber 1530." als Originalconfession aufgeführt worden ist. Wo das Original, das so frühzeitig verlohren gegangen, hingekommen, ist nicht mehr meines Amts zu untersuchen: es bleibt hier jedem seine eigene Speculation."

dd) *permutationes* vocum praesertim similium;

ee) *depravationes* vocum, quae ex permutatione aut omissione aut additione singularum litterarum ortae sunt, et *alii calami errores*;

quorum omnium generum exempla a Webero l. l. I. p. 205 — 232. afferuntur.

In his fere omnibus textus *Corporis Brandenburgici* et *Libri Concordiae*, atque Editionum Coelestini et Kollonitschii, quas supra p. 437 sqq. et 447 sq. recensui, cum *Codice Moguntino* consentit, originemque suam demonstrat; attamen satis magna diversitas inter utrumque intercedit in hisce:

1. in *dialecto*, *orthographia*, *interpunctione* et quibusdam *aliis lectionibus*;
2. in eo, quod illae Editiones habent *subscriptiones*, quae Codici Moguntino prorsus desunt.

Haec quidem diversitas tanti videtur esse momenti, ut illam originem dubiam reddere possit; sed eiusmodi dubitationem tollere licet hac ratione:

1. Iam ex descriptione *Collationum Brandenburgicae* et *Saxonicae*, quae dicuntur, supra p. 431 sqq. et 443 sq. proposita elucet, has ita esse factas, ut *Editio* quaedam *Wittembergensis variata* cum *Codice Moguntino* collata et secundum hunc mutata sit. *) Haec autem mutatio minime fuit integra, sed collatores sibi satisfecisse opinati sunt, quum Editionem cum hoc Codice conferendam ita mutassent, ut easdem voces ac hic Codex, eodem numero et ordine exhiberet, *dialectum* vero, *orthographiam* atque *interpunctionem* nihil curantes. Inde factum est, ut Editores Corporis Brandenburgici et Libri Concordiae (aeque ac Coelestinus et Kollonitschius), qui Codicem Moguntinum ex Editione Wittembergensi sic mutata typis describendum curarunt, pro dialecto superioris Germaniae, quae in illo Codice invenitur, eiusque orthographia et interpunctione, dialectum Saxoniae superioris atque orthographiam et interpunctionem Editionis Wittembergensis redderent, **) quippe quod illi collatores harum rerum nulla ratione habita eas intactas reliquerant.

Sed collatores non tantum has vocum formas neglexerunt, sed etiam saepe eo lapsi sunt, quod ab iis in Editione Wittembergensi, quam cum Codice Moguntino conferebant,

a) voces ab hoc Codice *diversae non mutatae sunt*, e. c. zu erſeben, quae mutanda fuisset in zuerſteun, sic enim in Cod. Mog. legitur; contra loco quodam Corp. Brandenb. verbum erzelen, quod et in Ed. Wittemb. et in Cod. Mog. legitur, mutatum est in verbum machen (vide Weberum l. l. I. p. 263.).

b) vocum *ordo* ab hoc Cod. *diversus non mutatus est*, e. c. Alſo auch alle, Cod. Mog.: Auch alle alſo

c) voces ex hoc Cod. *addendae non additae sunt*, e. c. Furſten, Stende, pro Furſten vnnd Stende, quae in Cod. Mog. exhibentur;

d) voces, quae in hoc Cod. *desunt*, *non deletae sunt*, e. c. vnd dazu auch gemeiner, Cod. Mog.: vnnd dartzu gemainer, quin etiam enuntiatorum, quae ab hoc Cod. absunt, *deletio praetermissa est*, e. c. oder fur die ſünde gnug thun, oder vergebung der ſunde verdienen, vnd ſoll derhalben, Cod. Mog.: oder für die ſund gnug thun, Vnnd ſoll derhalben; contrarium invenitur quodam loco Corp. Brandenb., ubi integrum enuntiatum, quod et in Ed. Wittemb. et in Cod. Mog. legitur, omissum est, quoniam a collatore per errorem erat deletum (vide Weberum l. l. I. p. 262.).

Eadem indiligentia etiam conspicitur in illis tribus articulis in margine inferiore nota **) memoratis, nempe

*) Weberus l. l. I. p. 240 sq. ea, quae aliis locis iam de hac conferendi ratione dixerat, sic repetiit: „Ich habe ſchon oben erwieſen, daß man die Churſächſiſche und Churbrandenburgiſche Collation mit dem ſeyn ſollenden Original zu Mainz nach einem gedruckten Exemplar bewirkt. Es wurden darin die Additionen unterſtrichen, das, was fehlte, in den Text hineingeſchoben, und natürlicher Weiſe mußten alſo auch die Artikel, die anders als die im gedruckten Exemplar ausfielen, als der zwanzigſte, die beyden von Kloſtergelübden und der Biſchöffe Gewalt, gantz und gar abgeſchrieben werden."

**) Permulta huiusmodi exempla a Webero l. l. I. p. 244 sqq. proposita sunt. Praesertim in *Libro Concordiae* nullum vestigium illius dialecti, qua Codex Moguntinus scriptus est, reperitur; in *Corpore* autem *Brandenburgico* atque Editione Kollonitschii perpauca dialecti illius Codicis exempla restant; conf. Weber l. l. I. p. 243. nota a): „Einige wenige Ueberbleibſel der Mundart im Mainziſchen Exemplar kommen vor im Corp. Brandenb. und der Kollon. Ausgabe der A. C. im 20. 27. und 28. Artickel, die man abſchreiben mußte. Im Concordienbuch ſind ſie aber völlig weggewiſchet." In illis enim tribus articulis scriba, qui eos ex Codice Moguntino descripserat, non omnes illius dialecti formas in suae patriae dialectum converterat. Etiam in principio primi articuli Editio Kollonitschii formam „wirdet" (i. q. wird) ex Cod. Mog. exhibet.

art. XX. atque *De votis Monachorum* et *De potestate ecclesiastica*, qui propter magnam Codicis Moguntini ab Ed. Wittemb. in iis diversitatem ex illo descripti sunt. In his enim incuria scribae passim

a) voces Codicis Moguntini *permutatae sunt*, e. c. in, Cod. Mog.: an;

b) vocum Codicis Mog. *ordo mutatus est*, e. c. seind verstackt worden, Cod. Mog.: versteckt seind worden;

c) voces, quae non in Cod. Mog. leguntur, *additae sunt*, e. c. inn jhrem beruff, Cod. Mog.: jrem beruff;

d) voces Codicis Mog. *omissae sunt*, e. c. dann die Schrifft, Cod. Mog.: Dan die gotlich schrifft.

Haec omnia breviter tantum h. l. indigitata a Webero l. l. l. p. 252—268. uberius accuratiusque sunt explanata.

Ex illis lectionibus prioris generis, quibus textus Corporis Brandenburgici *) ex Editione quadam Wittembergensi secundum Codicem Moguntinum mutata typis descriptus ab hoc Codice eo discrepat, quod voces illius Editionis mutandae seu delendae non mutatae aut deletae sunt, coniicere licet, ex quanam Editione Wittembergensi sic mutata hic textus typis exscriptus sit. Plures quidem harum lectionum iam in prioribus variatis Editionibus Wittembergensibus a. 1533. 8⁰ et a. 1555. 4⁰ inveniuntur (vide Weberum l. l. I. p. 242.), quaedam quoque in Editione principe Melanthonis a. 1531. 4⁰ (vide Weberum l. l. l. p. 253 sq.), aliae autem primum in Editione Wittemb. anni 1567. leguntur, cuius supra p. 433 sq. in recensione *Transsumti Steinbreckeriani* mentio est facta. Cum igitur haec Editio omnes fere lectiones, quibus textus Corporis Brandenb. a Codice Moguntino differt, complectatur, verosimillimum est, ex hac Editione secundum Codicem Moguntinum mutata textum Corporis esse excusum. **) Quaeritur, utrum collatio huius Editionis cum Codice Moguntino iam Moguntiae, an postea alibi facta sit. Weberus, quem supra secuti sumus, sumit, collationem Brandenburgicam anno 1566. esse factam, quod Coelestinus in prima sua Editione A. C. anni 1576., quam supra p. 437 sq. recensui, in titulo refert, illam collationem *ante decem annos* esse confectam. Quid vero impedit, quin hunc numerum vagum seu rotundum, qui dicitur, iudicemus atque statuamus, collationem Brandenburgicam demum anno 1567. esse susceptam? ***) Hac enim coniectura facillime explicatur, cur Editio Wittemb. huius anni, quae modo prodierat ideoque in promtu erat, electa sit, ut cum Codice Moguntino Moguntiae conferretur, atque iterum a Steinbrechero in Transsumto suo adhibita sit.

Postquam sic de textus A. C., qui in Corpore Brandenburgico et Libro Concordiae legitur, origine dubitationem *ex dialecti*, *orthographiae ac interpunctionis diversitate variisque eius lectionibus* exortam diluimus, restat, ut

2. eam quoque de eius origine dubitationem tollamus, quae *ex subscriptionibus eius* depromta est. Cum enim Corpus Brandenburgicum ac Liber Concordiae in Augustanae Confessionis fine habeant *subscriptiones*, †) quibus Codex Moguntinus omnino caret, inde a quibusdam colligitur, illorum librorum textum non ex hoc Codice posse derivari. Quaeritur ergo

---

*) Hoc solum h. l. nomino eam ob causam, quod textus Libri Concordiae ex hoc Corpore repetitus et paucis tantum locis ex Collatione Saxonica emendatus est, vide supra p. 443 sq. et Weberum l. l. I. p. 253. notam *a*.

**) Hoc Weberus l. l. l. p. 244 sqq. permultis demonstravit exemplis.

***) Hoc iudicium eo quoque affirmari videtur, quod Coelestinus etiam in titulo Editionis anno 1577. Fol. refert, illam collationem *ante decem annos* esse factam (vide supra p. 439 sq.).

†) In Corp. enim Brandenb. fol. 16ᵇ hae leguntur:

E. Kay: May:
Vntertheni̇gste.
Johannes Hertzog zu Sachsen Churfürst.
Georg Marggraff zu Brandenburgk.
Ernst Hertzog zu Lünenburgk.
Philips Landgraff zu Hessen.
Wolffgang Fürst zu Anhalt.
Die Statt Nurnbergk.
Die Statt Reutlingen.

et in Libro Concordiae fol. 20ᵇ haece:

E. Kay. May.
Vnterthenigste
Johannes Hertzog zu Sachsen Churfürst.
Georg Marggraff zu Brandenburg.
Ernst Hertzog zu Lüneburg.
Philips Landgraff zu Hessen.
Wolffgang Fürst zu Anhalt.
Die Statt Nürnbergk.
Die Statt Reutlingen.

a. Cur hic Codex subscriptionibus careat?
b. Unde subscriptiones Confessionis in Corpore Brandenb. et Libro Concordiae ortae sint?
c. Num hae subscriptiones cum genuinis congruant?

Ad *primam quaestionem* sic respondendum est: Codex Moguntinus ex Augustanae Confessionis exemplo descriptus est, priusquam Principes ac Civitates ei subscripserant, quapropter scriba eorum subscriptiones nondum legit. Eandem ob causam in aliis quoque Codicibus ante subscriptionem descriptis haec nomina subscripta desunt. Eiusmodi enim apographa Augustanae Confessionis iam illo quoque tempore esse facta, quo nondum manus auctoris extrema ei accesserat, supra p. 213 sq. in latina Confessione ac p. 417 sqq. in Prolegomenis ad hanc germanicam diximus (conf. Weber l. l. I. p. 303 sqq.).

Secundam quaestionem sic dissolvere licet. Coelestinus, cum vidisset, Codicem Moguntinum, quem exemplum Confessionis authenticum esse vel ipse iudicabat, vel simulabat, ut se Ecclesiae Lutheranae genuinum Confessionis eius exemplum subministrasse gloriaretur, subscriptionibus carere, atque optimo iure metueret, ne non eiusmodi exemplum a viris doctis authenticum haberetur, ipse subscriptiones addidit, quas supra p. 459 sq. in annotatione attulimus. Hae enim sic primum in Corpore Brandenburgico a. 1572. typis descriptae atque ex eo in Libro Concordiae, perpaucis mutatis, repetitae sunt. Hoc iudicium, quamquam severum, tamen ei, qui Coelestini mores satis cognovit meminitque istius plagii atque adulterationis, de quibus supra p. 229 sqq. in Prolegomenis latinae Confessionis disseruimus, minime iniustum apparebit. Quaeritur autem, unde iste has subscriptiones sumserit, quae neque cum Codicibus, neque cum Editionibus antiquioribus neque Melanthonianis consentiunt. Confessio Augustana in Codice Moguntino sic inscripta est:

Der funf chur vnd Fursten Sachssen
Brandenburg luneburg, hessen vnd anhalt
furbrachte opinion vnd bekentnus
im glawben

Ex hac inscriptione Coelestinus falso concludit, quinque tantum Principes Confessioni subscripsisse.*) In hoc errore verosimiliter eo confirmatus est, quod in eodem Volumine Actorum, in quo fol. 21 — 51. hic Codex Aug. Conf. exstat, fol. 6 — 13. invenitur apographum exhibiti sic inscripti: *Exhibitum altera corporis Christi a.* 1530. *per principes subscriptos, eorum concionatores concernens*, iuxta quae verba leguntur haec: Sachsen Churfurst. Marggraff Georg. Luneburg Hessen Anhalt. Hoc exhibitum in fine fol. 13. habet has subscriptiones:

Johans Hertzog zu Sachsen Churfurst
Georg Marggraff zu Brandenburg
Ernst Hertzog zu Braunschweig vnd Lunenburg
Philips lantgraf zu Hessen
Wolfgang furst zu Anhalt

His commotus est, ut in Editione Wittembergensi ab ipso cum Codice Moguntino collata, quae aeque ac ceterae Wittembergenses nomina septem Principum in fine exhibet, duorum Principum subscriptiones, nempe: Johan Friderich Hertzog zu Sachssen et Franciscus Hertzog zu Lunenburg deleret, reliquas vero partim intactas relinqueret, quapropter in Corpore Brandenb. aeque ac in Ed. Wittemb. a. 1567. Johannes legitur, et Ernst Hertzog zu Lunenburgk (Ed. Witt. Lunenburg), non, ut in illo exhibito, Johans, Ernst Hertzog zu Braunschweig vnd Lunenburg, partim secundum illud exhibitum mutaret, ut Philips (Ed. Witt. Philippus), et Marggraff, Landgraff (Ed. Witt. Marggraue, Landgraue). (vide Weberum l. l. I. p. 293 — 300.).

In *tertia* denique *quaestione* de genuinis subscriptionibus exempli originalis quaeritur

*) Ex eiusmodi inscriptione minime numerum subscriptorum colligi posse, 1. ex eo elucet, quod Civitatum subscriptarum in ea mentio non facta est, 2. ex eo quoque, quod similis inscriptio etiam in eiusmodi exhibitis eiusdem Voluminis Actorum invenitur, quae a maiori Principum numero subscripta sunt, e. c. fol. 188. apographum exhibiti cuiusdam Ordinum evangelicorum sic inscriptum est:

Antwort der V chur vnd fursten
auch der Stett auf der Churfl.
furstl. vnnd Stende freuntlich Handlung.

in eius fine autem hae leguntur subscriptiones:

Johanns Hertzog zu Sachsen churfurst Georg marggraff zu Brandenburg, Ernst hertzog zu Braunschweig vnd Lunenburg, Phillps Landgraff zu Hessen, Johans frietrich hertzog zu Sachsen, Frantz hertzog zu Braunschweig vnd lunenburg Wolfgang furst zu Anhalt. Albrecht graue. vnd Herr zu manssfelt, vnd die gesannten der Stet Nürnberg Reutling. Haylbronn Kempten Winsheim vnd Weissenburg

a) *quot* Principes Civitatesque Confessioni d. 23. Iunii 1530. Confessioni subscripserint, et
b) *quomodo* ab ipsis Legatisve factum sit.

De *priori* harum quaestionum observanda sunt testimonia historica Lutheri et coaetaneorum, ex quibus elucet hosce Principes ac Civitates illo die Confessioni subscripsisse: Iohannem Electorem Saxoniae, eiusque filium Iohannem Fridericum Ducem Saxoniae, Georgium Marchionem Brandenburgicum, Ernestum et Franciscum Duces Brunsuicenses et Luneburgenses, Philippum Landgravium Hassiae, Wolfgangum Principem Anhaltinum, atque Legatos Civitatum Norimbergensis et Reutlingensis.*) — *Altera* quaestio, *quomodo* illi subscripserint, exemplo authentico Confessionis deperdito, eo tantum dissolvenda est, quod investigatur, quomodo aliis documentis adhuc asservatis ipsi subscripserint. Ex eiusmodi investigatione accuratissime a Webero suscepta et l. l. l. p. 275 — 283, 289 sq. proposita, additis imaginibus subscriptionum horum Principum, elucet ipsos sic subscripsisse:

Iohannem Electorem Saxoniae: Johans K
Iohannem Fridericum Ducem Saxoniae: HFHZS m pp ßst [i. e. Hans Friedrich Herzog zu Sachsen manu propria subscripsit]
Georgium Marchionem Brandenb.: Gorg [seu Georig (vel Gorig, Jorg, Jerig) marggraf rc.] Manu proppria zßt [s. zßt rc]
Ernestum Ducem Luneburg.: Ernst mppria
Franciscum Ducem Luneburg.: Frantz m ppria
Philippum Landgravium Hassiae: philips l z. Hessen sst [i. e. Landgraf zu Hessen subscripsit]
Wolfgangum Principem Anhaltinum: wolf Furst zw anhalt meiner hant [seu F w z A (i. e. Fürst Wolf zu Anhalt)]
Albertum autem, Comitem Mansfeldiae, de quo dubium est, an item Confessioni subscripserit, sic: Albrecht Grawe zw Manßfelt.

Ab his subscriptionibus *manu propria* Principum exaratis distinguendae sunt a scribis Cancellariarum factae (Conceptsunterschriften), quippe quae plerumque ab illis diversae sunt. In scripto enim, quod Principum evangelicorum ad Caesarem responsum de concionibus ab illo vetitis continet, eorumque iussu a scribis exaratum est (Originalconcept in Archivo Wimariensi) sic inscriptum: der Chur vnd Fursten Antwort auf Ro Kay Mat begern das ir churf. vnd f. g. nicht sollen predigen lassen rc subscriptiones illorum quinque principum, quas Corpus Brandenb. et Liber Concordiae in fine Augustanae Confessionis exhibent, (teste Webero l. l. l. p. 276.) sic leguntur:

Johans hertzog zu sachssen vnd churfurst rc.
Georg marggraf zu Brandenburg rc.
Ernst hertzog zu Braunschweigk vnd Lünenburg
Philips lantgraf zu Heßl
Wolf first [typ. err. pro furst?] zu Anhalt

Cum Augustanae Confessionis exemplum authenticum a Principibus manu propria subscriptum sit, consequitur eorum subscriptiones genuinas cum illis congruisse, quas priori loco proposuimus, non cum his, quas scribae eorum nomine exararunt.

Ex his elucet, subscriptiones in Corpore Brandenburgico et Libro Concordiae exhibitas neque historice neque diplomatice veras esse, quoniam nec cum testimoniis historicis de numero Principum, qui Confessioni 1530. subscripserunt, nec cum ratione, qua Principes subscribere soliti sunt, consentiant.

Haec longior *Corporis Brandenburgici* et *Libri Concordiae* descriptio me defendet, si quis miretur, quod in Editione mea Confessionis critica horum librorum nullam habeo rationem, et sola Editione Weberiana vero critica *Codicis Moguntini* utor. Signabo hunc Codicem, qui nonnisi apographum apographi est, sigla: *Mog.*

---

*) Argumenta, quibus hoc confirmatur, collegit Weber l. l. l. p. 284—289. Num etiam Albertus, Comes Mansfeldiae, Confessioni subscripserit, dubium esse videtur, conf. Weber l. l. p. 286. 291. — Mia sententia defenditur in hac dissertatione, quam ex Biblioth. Ponickav. Hallensi in manibus habeo: *Observationes historicas et criticas de subscriptione Augustanae Confessionis ad disputationem inauguralem pro consequendo Magistri in philosophia honore auspiciis divinis ac iussu benevolo Amplissimi Ordinis Philosophici in Academia Altorfina sub moderamine Ioannis Davidis Koeleri P. P. — ipso die subscriptionis istius seculari secundo qui est d. XXIII. Iunii M DCC XXX. publice habendam subministrat Ulricus Sebastianus Beck Norimbergensis. Typis Magni Danielis Meyeri.* 36 pagg 4°, in qua auctor suam sententiam p. 16 sq. §. VI. breviter sic proposuit: „Primitivorum A. C. subscriptorum numero vulgo, sed *contra fidem rei gestae*, adiiciuntur Iohannes Fridericus, Dux Saxoniae et haeres septemviralis dignitatis ac ditionis, Franciscus, Dux Luneburgicus, et Albertus, Comes de Mansfeld, in multis ac variis libris A. C. lingua Germanica et Latina typis exscriptis."

Ab hac satis longa *Codicis Moguntini* descriptione ac historia progredimur ad ceteros Codices describendos.

2. *Codex Wimariensis 2.*

Hic Codex invenitur in tabulario communi Wimariensi, in Volumine signato: *Reg. E. Fol. 41.* et sic inscripto: Vorzaichnus der Handlung wie sich die vf dem Reichstag zu Augspurg in der Relligion sache, zugetragen. Anno Dominj 1.5. 3. 0., in quo exstat inter appendices, quae Pontani Cancellarii Codici: Geschichte des Reichstages zu Augsburg, adiunctae sunt, et accuratius recensentur a Foerstemanno in l. Archiv für die Geschichte der kirchlichen Reformation in ihrem gesammten Umfange. Tom. I. Fasc. 1. p. XXII — XXXII. Inter has enim decima, quae fol. 384 — 426ª huius Voluminis exstat 44 folia complectens, inscripta est:

Bekenntnus vnnd Artickel des Glaubens.

supra quam inscriptionem ab alia manu eiusdem temporis scripta est haecce:

Confession wie die kay. Mat. zu Augspurg vbergeben ist worden,

quibus a tertia manu eiusdem saeculi XVI. serius addita sunt haec verba:

durch den Churf. zu Sachssen vnd ander Fursten, Grauen vnd Stette vbergeben.

Hic Codex, qui est apographum ex alio apographo transscriptum, recensetur a Webero l. l. I. p. 174 — 176. et a Foerstemanno praeter librum modo laudatum p. XXVII., etiam in l. Urkundenbuch etc. I. p. 374., et ab utroque cum aliis Codicibus collatus est. Cum Codice Moguntino supra recensito maxima ex parte congruit, eo quoque, quod nomina Principum Civitatumque subscripta in utroque desunt; differt autem ab illo erroribus calami, locis omissis, et variis additamentis, quae etiam in aliis Codicibus, Editionibus antiquioribus et prima Melanthoniana reperiuntur. — Articuli fidei numeris arabicis a seriori manu superscriptis signati sunt.

In mea Editione hunc Codicem signabo: *Wim. 2.*

3. *Codex Dresdensis.*

In Actis regii-primarii tabularii Dresdensis, quae inscripta sunt:

Augsp. Handelung | Anno p 30. | XLIV. | No 1. B.

proxime post Spalatini apographum latinae Confessionis supra p. 261 sqq. descriptum exhibetur in foliis 90 — 143. apographum germanicae Confessionis, quod autem non a Spalatini manu, sed ab alia circa a. 1550., ut videtur, in charta robusta, in qua signum aquarium 𝔓 conspicitur, *) exaratum est. Hoc apographum formae maximae omnino ab una eademque manu scriptum est; etiam emendationes et additamenta, quae in eo occurrunt, ab eadem manu exarata sunt. Singulae paginae continent fere 20 lineas s. versus; margo albus, quo hae lineae continuae terminantur, in superiore parte sesquidigitalis, a latere 2 — 3 digitos, et in inferiore parte 2 digitos latus est. Fol. 90ª legitur hicce titulus:

Copej 𝔡

1530.

Bekenntnus vnnd Artickel des glaubens

Mense Iunio: 1530.

Canzley.

Harum 5 linearum tertia et quarta ab eadem manu, quae apographum exaravit, secunda et quinta ab alia manu

*) Charta robusta, in qua Spalatinus latinam Confessionem transscripsit, signo aquario caret.

scriptae sunt. Fol. 90^b — 91^b vacant. Fol. 92 — 94 continent Praefationem ad Caesarem. In fol. 94^b est titulus: Artickell des glaubenns Vnnd der Lere. Fol. 95^a — 143^a Confessionem ipsam continent, cuius articuli numeris non signati sunt. Fol. 143^b incipit Imperatoris responsum. Hic Codex igitur $52\frac{1}{2}$ folia complectitur.

Hoc apographum, Viro Illustrissimo, Libero Barone de Falkenstein, Supremo cultus evangelici in Saxonia Praeside, et Viro Perillustri a Weber, Consiliario Summi Senatus Saxonici ac Praefecto tabularii regii primarii Dresdensis, generosissime permittentibus, a Viro Clar. Beyero in meum usum accuratissime transscriptum atque deinceps hoc novum apographum cum illo a Viro Clarissimo Schladitz, huius tabularii Secretario, benignissime collatum est; praeterea illius apographi descriptionem specimenque imaginis litterarum eius Beyeri cura accepi. Quapropter his Viris Celeberrimis gratias ago maximas.

Hunc Codicem in mea Editione signabo sigla: *Dresd.*

4. *Codex Onoldinus 2.* (Georgii Marchionis Brandenburg.)

Hic Codex, quem Georgius Marchio Brandenburgicus a Comitiis Augustanis a. 1530. domum revertens secum tulit, a Webero l. l. I. p. 177 — 179. et accuratius a Foerstemanno l. l. I. p. 369 — 372. descriptus, huiusque cura l. l. p. 375 — 441. recusus est. Adhuc in tabulario Onoldino asservatur, et 45 folia complectitur, quae in superiore parte numeris voluminis Actorum continuatis 54 — 98., in inferiore autem parte numeris 1 — 45. signata sunt. Haec folia in tres fasciculos dispertita sunt, quorum alter a folio 13. incipiens numerum 2., et tertius a folio 33. ordiens numerum 3 habet. Ad hunc tertium fasciculum pertinent etiam folia alba 99 — 105. Huic Codici a Sebastiano Hellero, Cancellario iuniori Marchionis Brandenburgici, fol. 53^a praefixa est haecce inscriptio:

„Volgt des Churf. vonn Sachsenn vnd seiner Churfl. gn. verwandten Irer prediger leer vnd Ires glaubens bekentnus, offentlich vor key^r Mt. vnd den Stenden dess Reichs, Inn kay^r Mt. hofe zu Teutsch verlesen, vnd volgends darauff Inn Teutscher vnd Latteinischer sprach key^r Mt. vbergeben. Act. am tag Johannis Bap^{te} A^o 1530." *)

Hoc Codice Hellerus usus est in actionibus colloquiisque, quae, hac Confessione publice lecta, inter quosdam electos Evangelicorum et Catholicorum in illis Comitiis instituta sunt, de quibus legatur Seckendorfii historia Lutheranismi lib. II. p. 177 sqq. (Ed. 2.). Plurimis enim articulis, scilicet I°, III. VI. IX. X. XIII. XVI. XVII. XVIII. XIX., hic Cancellarius signum crucis in margine adscripsit, quo verosimiliter utrarumque partium de iis consensum indigitare voluit; praeterea quibusdam articulis annotationes in margine apposuit.

Hic Codex habet lituras ab eadem manu, quae Codicem scripsit, emendatas, ex quibus intelligitur, eum primo descriptum esse ex Confessionis exemplo, quod paulo priorem textus formam continebat, eique deinde emendationes a Melanthone paulo serius factas esse inscriptas, deletis verbis, quae prius in his locis postea emendatis legebantur. Sic Codex seriorem textus formam exhibet quam plures alii Codices, attamen talem, quae ante d. 25. Iunii facta est. Quam ob causam praesertim *Codici Moguntino* praeferendus est, quod praeter seriores emendationes etiam ea, quibus cum illo Codice in universum congruit, in hoc multo correctiora quam in illo exhibentur. **) Ex quibus Foerstemannus l. l. I. p. 370 sq. colligit, hunc Codicem summam auctoritatem obtinere atque exemplo originali deperdito fortasse inter omnes Codices, qui adhuc exstent, simillimum esse. Quapropter in sua Confessionis germanicae Editione critica l. l. I. p. 375 — 441. proposita huius Codicis textum tanquam exempli originalis exhibuit, cui varias lectiones aliorum Codicum in margine inferiore adiecit.

Etiam *Codici Norimbergensi* infra recensendo hunc Codicem esse praeferendum et seriorem textus formam praesertim in lituris emendatis continere, ex eo cognoscitur, quod quibusdam locis ille Codex Norimb. antiquiorem lectionem in hoc Codice deletam atque emendatam exhibet, cuiusmodi exempla Weberus l. l. I. p. 325 sq. affert. In eo autem cum illo Codice (item cum *Casselano, Nordlingensi* et *Augustano*) congruit, quod in fine habet subscriptiones. Attamen hae in utroque Codice non sunt genuinae, sed a scriba ex loco

---

**) Ob haec verba: Actum am tag Johannis Baptistae, Hellerus a Webero l. l. I. p. 93. negligentiae accusatur, a Foerstemanno autem l. l. I. p. 371. eo excusatur, quod haec verba non urgenda sint. Denn, inquit, „Actum" ꝛc. kann man ja auch auf die Zeit beziehen, wo die folgende Abschrift in ihre jetzige Gestalt gebracht wurde, und das geschah spätestens am Johannistage, wo die luther. Fürsten und Stände vor dem Kaiser erschienen, um ihr Bekenntniß zu übergeben, aber trotz ihrer wiederholten Bitte diesen Wunsch nicht erreichen konnten. Doch auch zugegeben, daß Heller hier irrte, so ist das nicht zu sehr zu urgiren, und „nach" (vor: Joh. Bapt.) konnte er eben so leicht zu schreiben vergessen, als wir es nun zu suppliren haben.

*) Sic Foerstemannus l. l. I. p. 370. de hoc Codice iudicat; conf. etiam Weberus l. l. I. p. 177 — 179., ubi hunc Cod. recensuit atque cum Codice Moguntino contulit.

praefationis postea litura deleto adscriptae sunt. Principio enim, ut supra p. 209 sq. nota †) memoratum est, Confessio solius Electoris Saxonici nomine erat scripta, huic deinde in praefatione etiam aliorum Principum ac Civitatum nomina addebantur, tum vero aptius videbatur Confessioni ab ipsis in fine subscribi, quapropter nomina illa Principum ac Civitatum in praefatione litura delebantur, ubi e. c. in Cod. Norimb. prius sic erant scripta:

> Vnd von gots genaden, vns Johansen hertzog zu sachssen vnd Churfursten, Georgen Marggrafen zu Brandenburg, Ernsten hertzog zu Braunschweyg vnd Lünenburg, Philipsen Landgrafen zu hessen, Johanns Friederichen hertzogen zu Sachssen, Frantzen hertzogen zu Braunschweig vnd Lünenburg, Fursten Wolfgangen zu Anhalt, Albrechten grafen vnd herren zu Manssfelt, vnnd die bede gesandten der zweier Stett Nürmberg vnd Reutlingen

Ex hac enim litura subscriptiones in *Codicibus Onoldino 2.* et *Norimbergensi* ab eorum scribis (sine dubio eam ob causam, quod in exemplis, ex quibus Confessionem exarabant, subscriptiones nondum erant adscriptae) depromtas esse, praesertim ex duabus extremis subscriptionibus elucet, quae in Cod. Onold. 2. sic leguntur: vnd dj bede gesanten der zweier Stette Nürnberg vnd Reutlingen, et in Cod. Norimb. sic: Vnd die bede gesandten der zweier Stet Nurmberg vnd Reutlingen. Nam sic non ipsos harum Civitatum legatos Confessioni subscripsisse Weberus l. l. I. p. 314 sqq. ostendit.

Hunc Codicem Onoldinum in Editione mea signabo: *Onold. 2.*

5. *Codex Onoldinus 3.* (Georgii Marchionis Brandenburg.)

Hic Codex a Webero l. l. I. p. 179 sq. et Foerstemanno in Urkundenbuch I. p. 374 sq. descriptus invenitur in Comitiorum Augustanorum Actis Georgii Marchionis Brandenburgici fol. 338 — 385., 47 folia complectens, quorum primum (fol. 338.) nihil exhibet nisi hanc inscriptionem:

> Teutsche Confession. 1530.

Hoc apographum, cuius folia prius numeris 236 — 282. insignita erant, qui deinde in illos numeros 338 — 385. mutabantur, in hoc Actorum Volumine non suo loco, sed male inter folia numeris 125. et 126. signata insutum est.

Weberus p. 180. iudicat, hoc esse apographum e Codice Onoldino 2. (quem modo descripsimus) ab eadem manu transscriptum; sed litterarum ductus ab illo Codice tantopere differt, ut pateat hoc ab alia manu esse exaratum; verbis vero, paucis exceptis, cum illo congruit. — In nostra Editione notatur sigla: *Onold. 3.*

6. *Codex Casselanus* (Philippi Landgravii Hassiae).

Hic Codex, quem Philippus, Landgravius Hassiae, a Comitiis Augustanis 1530. domum revertens attulit, diu Cassellis et Ziegenhayniae in tabulariis frustra quaesitus, *) et demum a Viro Clarissimo a Rommel, illorum tabulariorum summo huius temporis praefecto, in tabulario sanctiori Electorali Casselano repertus ab eoque liberalissime cum Foerstemanno est communicatus.

Actorum volumen satis magnum habet involucrum membranaceum, in cuius fronte legitur haecce inscriptio:

B.
Augspurgische
CONFESSION Sampt deren
APOLOGIA; ILLA Deutsch,
Lateinisch vnnd Frantzösisch.
Item
Bekändtnuß der Zwinglischen
Reichs = Städte
Anno
1530.
vbergeben.

*) Conf. Weber l. l. I. p. 183.

Germanica Confessio in hoc Volumine sine peculiari titulo fol. 57. orditur. Praefatio ad Caesarem, a qua incipit, finitur fol. 60ᵃ: Articuli fidei fol. 61ᵃ ordiuntur. Confessio cum subscriptionibus finitur fol. 108ᵃ. Cetera 5 foll. subsequentia 109 — 113. alba sunt. — Emendationes, quae in hoc Codice passim occurrunt, ab alia manu eiusdem temporis vel paulo serioris scriptae sunt. (De duobus Codd. latinae Confessionis in hoc Volumine contentis supra p. 213 sqq. 221 sq. dixi.)

Hic Codex in nostra Editione signabitur: *Cass.*

7. *Codex Monacensis.*

Hic Codex exstat in Volumine I. Actorum Comitiorum, quae in regio Bavarico tabulario sanctiori Monacensi asservantur, fol. 651 — 663. sub Nr. XIV. inscriptus:

Anzeigung der Bekhanntnus vnnd der lere 1530.

Sed proh dolor! mancus est; nam fol. 663ᵇ finitur verbis articuli de Missa: „fur Anndre lebentigen vnd Todten", ergo desideratur fere media pars huius Codicis. Illa eius pars conservata partim lectiones aliorum Codicum, qui integram Confessionis formam exhibent, partim textum Editionum, quae a. 1530. prodierunt, affirmat, partim etiam quibusdam locis ab iis discrepat. Sic a Foerstemanno l. l. I. p. 373 sq. descriptus est.

In mea Editione hunc Codicem signabo: *Mon.*

8. *Codex Norimbergensis* (Legatorum Norimbergensium).

Ex Legatorum Civitatis Norimbergensis, Kressii et Volkameri epistolis supra p. 207 sqq. saepius laudatis intelligitur, ab iis non solum formae intermediae Confessionis, sed etiam integrae latinae et germanicae Confessionis apographa ad Senatum Norimbergensem missa esse. Haec forma integra utriusque Confessionis adhuc in tabulario illius Civitatis asservatur, ex quo a Georg. Wolfg. Panzero a. 1782. in libro supra p. 223 sq. recensito edita est. Germanica Confessio in hoc libro p. 1 — 86. exhibetur cum variis lectionibus Corporis doctrinae Brandenburgici, Editionis Coelestini in eius Historia Comitiorum Augustanorum, et Libri Concordiae germanici.

Hic Codex, cuius litterae lineaeque distractius exaratae sunt, 24 plagulas formae maximae, quarum folia in medio per longitudinem plicata sunt, continet (teste Panzero l. l. p. XXII.), atque sic inscriptus est:

Bekanntnus des | glaubenns. |
.XXX.

cui inscriptioni superscripta sunt haecce verba:

Vbergeben vnnd verleßen
vor key. M.
Churfursten fursten vnd stenden
vf der pfaltz 25 Junj 1530

(vide Panzeri Ed. fol. A 1ᵃ et Weber l. l. I. p. 184 — 187., ubi de hoc Codice disserit).

Articuli fidei numeris, qui arabici dicuntur, inscripti sunt. Lituras in hoc Codice obvias, de quorum origine Weber l. l. II. in praefatione fol. a 8 et Dan. Eberh. Beyschlag in libro illico recensendo p. VII sqq. sententias suas proposuerunt, Panzerus in Ed. sua accurate adnotavit. Nomina Principum Civitatumque subscripta in fine leguntur; at has subscriptiones non esse genuinas, sed a scriba ex praefatione additas, supra in recensione Codicis Onoldini 2. dixi.

Hunc Codicem in mea Editione signabo: *Nor.*

9. *Codex Nordlingensis* (Nicolai Fessneri Consulis Nordling.).

Nicolaus Fessner, Consul Civitatis Nordlingensis, a. 1530. ad Comitia Augustana huius Civitatis Legatus, inde rediens secum attulit apographum Confessionis germanicae, quod adhuc in tabulario urbano asser-

vatur. Hoc est fasciculus formae maximae, 20 plagulas continens. Primum folium in antica parte habet hanc inscriptionem:

Confeſſio fidei der Lutheriſchen Stennd zu Augſpurg vbergeben 1530.

Pars postica huius folii vacat. Ipsum apographum 32½ folia non numerata explet; incipit enim a fol. 2ᵃ et finitur fol. 34ᵃ, cetera folia, quorum duo (fol. 38. et 39.) exsecta sunt, vacant. Margo illorum 32½ foliorum superior 2 digitos, inferior 3 — 4 digitos, et qui a sinistra linearum est, 3 digitos latus est. Chartae signa aquaria tria conspiciuntur: 1. gothicum P, 2. remus, 3. scutum, in quo ancora est. Liturae et additamenta in hoc Codice non occurrunt praeter nonnulla verba, quae scriba tanquam falsa illico delevit, et passim singula verba, quae omiserat eamque ob causam supra lineam statim addidit. — Extremae 8 lineae folii 31ᵇ, integrum fol. 32ᵃ et fol. 32ᵇ, exceptis ultimis 7 lineis, ab alia manu scripta esse videntur. — Primi 19 articuli numeris carent, item sequentes 9 articuli non numerati, sed similiter ac in Codice Norimbergensi inscriptionibus instructi sunt. In fine leguntur subscriptiones.

Sic hic Codex describitur (p. XVII sq.) a Dan. Eberh. Beyschlagio, qui eum edidit in hocce libro:

Die Augsburgiſche Confeſſion nach einer in dem Archive der Stadt Nördlingen befindlichen vollſtändigen Handſchrift mit Varianten einer noch ungedruckten Handſchrift aus der Bibliothek zu Augsburg und vier anderer gedruckter Abſchriften, nebſt angehängter Nachricht von einer in der Augsburger Bibliothek befindlichen Handſchrift der Konkordien-Formel mit Original-Unterſchriften. Herausgegeben von Dr. Daniel Eberhard Beyſchlag Bibliothekar und quiesc. Rector. Mit lithograph. Abbildungen. Augsburg 1830. XXXVI et 112 pagg. 8º (pag. III — XXXVI. Praefatio; p. 1 — 112. Confessio germanica e Cod. Nordling. recusa, cui in margine inferiore adscriptae sunt variae lectiones Codicis Augustani, Moguntini [ex Editione Weberi] et Norimbergensis [ex Ed. Panzeri], atque Editionis cuiusdam ante-Melanthonianae a. 1530. et Ed. Melanthonianae principis a. 1531. 4º). *) Hunc Codicem in mea Editione notabo sigla: *Nordl.*

10. *Codex Augustanus.*

Hic Codex, qui in Bibliotheca civitatis Augustae Vindelicorum exstat, a Beyschlagio cum Cod. Nordlingensi collatus atque in Praefatione libri modo recensiti p. XVIII sq. sic descriptus est. Continet 6 fasciculos formae quaternariae, quorum quinque priores binas plagulas seu octona folia complectuntur, sextus vero duas plagulas cum dimidia seu decem folia complectitur. Horum 50 foliorum primum et ultimum instar involucri fuerunt, in quorum priori alia serior manus scripsit titulum:

Die Augſpurgiſche Confeſſion.

Confessio ipsa orditur fol. 2ᵃ et finitur fol. 49ᵃ; fol. 49ᵇ continet notata de colloquio Ratisbonensi a. 1540.; fol. 50. vacat. Hoc apographum nitidissime scriptum serius eleganti integumento scorteo munitum est. Chartae signa aquaria eadem sunt ac in Codice Nordlingensi. Liturae in hoc apographo rarissime occurrunt, plura enim verba, quae falso aut bis scripta erant, quin integram lineam fol. 40ᵇ falso repetitam scriba non delevit. — Priores 18 articuli numeris carent; 10 extremi inscriptiones habent sicuti in Cod. Nordlingensi ac Norimbergensi. — Passim in margine a priore huius libelli possessore quaedam rubro liquore adnotata sunt. — Ratione scribendi hoc apographum a Nordlingensi valde differt, ab omnibus autem Codicibus eo, quod inter Confessionis epilogum et subscriptiones insertum est hocce testimonium:

Diſe ſchrift iſt nach mittage gen abents, nach Johannis Baptiſte. 1530. vmb drey vrr von den hohe bedachte Churfurſten vnd furſten, vnd andern jn gegenwirtigkait Romiſcher kay: kon: wirde zu Vngern vnd Bechem ꝛc Churfurſten Furſten vnd der abweſſenden, botſchafft, auch aler anderer ſtende Offenlich verleſenn, vnnd volgend kay. Mt. jn latein vnd teuſch zu Irer Mt. ſelbs handen vber antwurt worden Actum Augſpurg vt ſup. eodem die et anno vff der pfaltz da kay. Mt. jr reſidentz gehabt

Quod testimonium subsequuntur hae subscriptiones:

*) Hic liber in mea Bibliotheca est.

Vndertheinigste
Jabannes Hertzog zu Sachsenn Churfürst
Georg Margraff zu Brandenburg
Ernnst Hertzog zu Lindenburg
Philips Landgraff zu Hessenn
Johannes Friderich Hertzog zu Sachsen
Frantziscus Hertzog zu Lindenburg
Wolffgang Furst zu Anhalt
Rathe vnnd Burgermaister zu Niernberg
Rathe zu Reytlingen

De origine harum subscriptionum, quas scriba iu exemplo Confessionis Aug. germanicae ipsi ob oculos versanti non invenit, **Beyschlagius** l. l. p. 90. haec adnotavit: „Diese scheint der Abschreiber erst nach Beendigung seiner Arbeit vermißt zu haben. Da er wahrscheinlich kein deutsches Exemplar zur Ergänzung zu Hand bringen konnte, so benutzte er dazu die Unterschriften der lateinischen Konfession. Mit dem Lateinischen nicht ganz vertraut, wie man aus einigen vorkommenden lateinischen Namen und Wörtern in seiner Abschrift des Textes sieht, ließ er sich gesammte Unterschriften in die Feder dictiren; denn nur so läßt sich das zweymal vorkommende Lindenburg statt Lünnenburg erklären. Er hatte vom Niederschreiben der Unterschrift: Georg Margraff zu Brandenburg von dem letztern noch die zwey Schlußsilben im Kopfe und so wurde dann aus Lünnenburg ohne welters Lindenburg, das er ganz consequent auch bey dem Herzog Franz beybehielt. Als eln mit dem Reichsstädtischen Kanzleystil etwas bekannter Schreiber dictirte ihm sein Dolmetscher für das lateinische Senatus Magistratusque Nurnbergensis, Senatus Reutlingensis die Unterschrift Rathe vnd Bürgermeister zu Niernberg, Rathe zu Reytlingen. Seine ganze Arbeit beschloß er mit dem in damaligen Zeiten selbst in gedruckten Dedicationen herkömmlichen Mßzt, ohne einen Namen zu nennen, auf welchen die nachgemachte Sigla gehen sollte, ob auf den seinigen oder auf die voranstehenden Unterschrlebenen, wo es denn: manibus suis subscripserunt, zu lesen wäre."

Hunc Codicem in mea Editione signabo: *Aug.*

Ex his 13 Codicibus Confessionis germanicae, quae adhuc exstant, **Weberus** in Editione sua *Codicis Moguntini* hos sex Codices cum illo contulit: *Wimarienses 1. 2.*, *Onoldinos 1. 2.*, *Hannoveranum* et *Norimbergensem*, quos l. l. I. p. 308 — 311. in tres classes divisit hisce verbis:

„Vergleicht man nun aber die Archivsexemplare unter einander, so finden sich

1) Handschriften so die Confession noch in dem ganz ersten Concept enthalten, denen noch Präfation, der größte Theil des Artickels von Klostergelübden, und der von der Bischoffe Gewalt ganz, wie auch Beschluß und Unterschrift mangelt. Zu dieser Gattung gehört die Spalatinische im Herzoglich Weimarischen Archiv [*Cod. Wimar. 1.*].

2) Handschriften, so bloß die Glaubensartickel fassen, und denen noch Präfation, streitige Artickel, Beschluß und Unterschrift fehlen. Ich rechne hieher dle erste Anspachische, wie auch die Hannöverische, noch ehe sie von einer andern Hand corrigirt, und mit Präfation und den streitigen Artickeln und Beschluß versehen worden. Obgleich diese Gattung von Handschriften dem Anschein nach minder vollständiger ist als die vorhergehende, und nur die so genannten Glaubensartickel faßt, so ist sie doch für diese weit beßer bearbeitet, denn sie stimmt in sehr vielen Lesarten, wo sie vom Spalatinischen Exemplar abweichet, mit den vollständigern Concepten überein.

3) Handschriften, welche vollständiger sind, als jene zwo Gattungen, und Präfation und den Text der Confession für Glaubens und streltige Artickel wie auch deren Beschluß liefern, und nur darin verschieden sind, daß einige Unterschriften aufzeigen, andere aber nicht. Zu jener Classe gehören die zwote Anspachische, Nürnbergische,*) so wie auch die Handschriften, auf welchen die Abdrücke der A. C. beruhen, so im J. 1530 ohne Vorwissen der evangelischen Fürsten und Stände erschienen. Zu dieser aber muß gerechnet werden die Weimarische [*Cod. Wimar. 2.*] und Hannöverische [scilicet serior eius forma, quam ab altera manu accepit], auch, wenn man will, die Mainzische Copey."

Quam Codicum partitionem pluribus exemplis probavit atque illustravit.

Postquam sic Codices latinae Confessionis, qui adhuc asservantur, recensuimus, progredimur ad Editiones eius recensendas, quarum duo sunt genera: 1. *ante-Melanthonianae*, 2. *Melanthonianae*.

*) Ex praecedentibus cognoscitur, etiam Codices *Casselanum*, *Nordlingensem* et *Augustanum* habere subscriptiones.

1. *Editiones antiquiores* seu *ante-Melanthonianae.*

Quamquam Imperator interdixerat, ne Confessio evulgaretur, id quod Principes eius Confessores promiserant (conf. supra 211 sq.); tamen non solum latina, sed etiam germanica iam anno 1530., insciis Principibus, edita est, ut facile fieri poterat propter multa apographa Confessionis facta. Latinae Confessionis tantum una, quantum hucusque comperimus, nesciis Principibus, prodiit: germanicae autem Confessionis plures a. 1530., his insciis, evulgatae sunt, quae a Feuerlino*), Bertramo**), Webero l. l. I. p. 357 sqq., I. L. Funkio***), et Foerstemanno†) recensentur.

Praeter illos libros inprimis laudandus est hicce iam supra aliquoties breviter memoratus Car. Frid. Krafftii, qui sic inscriptus est:

> *Ex Theologia symbolica | Dissertatio | historico-critica | de | Confessione Avgvstana | Germanice et Latine | eodem qvo exhibita fvit | anno M.D.XXX. | septies impressa. | Qvam | Praeside | Svmme Reverendo | Iacobo Gvilielmo | Feverlino | S. S. Theol. D. Prof. Primar. et Dveatvs | Göttingens. Svperint. Generali | patrono ac praeceptore svo longe | colendissimo | d. XVI. Martii a. MDCCXLI. | in Academia Georgia Avgvsta | examini ervditorvm | svbiicit | avtor | Carolvs Fridericvs Krafft. | Hvsvmo-Cimber, sanctior. litterar. cvlt. | Gottingae, litteris Hagerianis.* 12 plagg., quarum prima signo)(, secunda asterisco, reliquae litteris A—K signatae sunt, priora 8 foll. non num., seqq. 80 pagg. num., 4°. Tituli pars postica cont. Conspectum Dissertationis; seqq. 4 folia cont. Krafftii Epistolam dedicatoriam ad Christianum VI. Daniae Norvegiae Vandalorum Gothorumque Regem etc.; subseqq. 3 foll. exhibent Iac. Wilh. Feuerlini Praefationem; pagg. 1—80. Dissertatio ipsa in 21 §§. divisa.) ††)

Ut lectoribus ea, quae in hac Dissertatione lectu dignissima perhibentur, accuratius indigitem, eius Conspectum in tituli parte aversa ab ipso auctore propositum h. l. affero: „Confessionem Augustanam a. 1530. fuisse impressam probant et confirmant §. I. II. III. — Septies illo anno impressam. §. IV. — Generaliter describuntur editiones Germanicae a. 1530. quinque §. V. VI. VII. VIII. IX. et Latinae duae. †††) §. X. XI. — Pro speciali descriptione Germanicarum editionum normae loco ponitur Confessio in libro Concordiae. §. XII. — Praecipuae lectiones variantes ab authentico exemplo recedentes recensentur. §. XIII. — Latinarum normam editionem Witeb. a. 1531. in 4. ponit. §. XIV. — Ab hac non distinctam editionem Latinam a. 1530. posteriorem ostendit. §. XV. — Solius ergo prioris variae lectiones omnes exhibentur. §. XVI. — Consectarium I. Latinam, non Germanicas editiones a. 1530. depravationis de industria accusari in Praef. Editionis Latinae Principis. §. XVII. — Cons. II. de origine variantium lectionum in Veteribus Editionibus, et precio Editionum. §. XVIII. et XIX. — Cons. III. de ordine temporis, quo prodiisse videntur. §. XX. — Cons. IV. de locis impressionis, maxime de Vratislauia. §. XXI.“

---

*) Primum in l. Fränckische Acta erudita et curiosa, Die Geschichte der Gelehrten in Francken, Auch andere in diesem Crayß vorgefallene Curiosa und Merckwürdigkeiten in sich haltend. (24 Sammlungen, Nürnberg 1726—1732. 8°) 22. Samml. p. 831 sqq. in dissert. III. inscripta: „Jac. Wilh. Feuerleins, D. P. P. Allerhand zur Historie der Gelahrheit gehörige Anmerkungen. Anderer Theil.“ §. I. Von einigen sehr merckwürdigen editionibus der Augspurgischen Confession; deinde in eius Bibliotheca symbol. ed. Riederer I. p. 40 sq.

**) In Wöchentl. Hallischen Anzeigen vom J. 1773. 4° Nr. 4 sqq. sub hac inscriptione: „Historisches Verzeichniß von Ausgaben der verschiedenen Exemplare der Augspurgischen Confeßion.“

***) In l.: Die Augsburgische Confessien deutsch nach Melanchthon's Hauptausgabe v. J. 1530 mit den Varianten der andern kirchlichen Redactionen herausgegeben von J. L. Funk Pastor. Lübeck 1830. Bei J. J. von Rohden. XVI et 162 pagg. 8° (pag. III—XVI. Praefatio, Indice Confessionis adiuncto; pag. 1—115. Confessio germanica ex Editione principe Mel., cui in margine inferiore adnotatae sunt variae lectiones 1. Editionum Melanthonis, quae annis 1533., 1540. prodierunt, et Confessionis doctrinae Saxonicarum Ecclesiarum a. 1555.; 2. Editionum Codicis Moguntini, quae exstant a. in Corpore Brandenburgico, b. in Libro Concordiae germanico, c. In Weberi l.: Krit. Gesch. der Augsb. Conf.; pag. 116—120. Index rerum; pag. 121—162. Appendices: A. Articuli Suobacenses [p. 123—132.], B. Lectiones memorabiles Editionum Confessionis ante-Melanthonianarum [p. 133—139.], C. Testimonia auctoritatis symbolicae hic collatarum antiquarum Editionum Confessionis [p. 140—154.], D. Recensio Editionum originalium Confessionis Augustanae [p. 155—162.]). In hac Appendice IV. Editiones ante-Melanthonianae p. 156—158. recensentur.

†) In Ephemeridibus litterariis Hallens. mensis Iulii a. 1830. T. II. Nr. 125. p. 355 sq., ubi illum Funkii librum recenset.

††) Hunc librum ex Biblioth. ducali Guelferbyt. nunc in manibus habeo.

†††) Harum duarum Editionum prior est *Ed. antiquior* seu *ante-Melanthoniana* supra p. 231 sqq. descripta, altera autem est illa ***Ed. Melanthonis princeps***, cuius integrum titulum p. 237 sq. attuli (conf. illius Conspectus §§. XIV. et XV.).

In hoc libro §. V. p. 10. et a Webero, Funkio ac Foerstemanno inter Editiones Confessionis germanicae ante-Melanthonianas *primo* loco recensetur haecce:

Anzeigung vnd bekant nus des Glaubens vnnd der lere, so die adpellierenden Stende Key. Maiestet auff yetzigen tag zu Augspurg öberantwurt habend.

M. D. XXX.

In prima huius tituli linea littera n tertiae syllabae primae vocis et littera initialis b tertiae vocis superimposito ornamento simili litterae s tranversae sunt instructae. Haec Ed. continet $7\frac{1}{2}$ plagulas *) litteris A — G signatas, 30 folia non numerata, 4° (fol. A 1ᵇ vacat; fol. A 2ᵃ — 4ᵃ med. cont. Praefationem ad Caesarem; fol. A 4ᵃ med. — E 3ᵃ init. Artickel des Glaubens vnd der Leer, quorum articuli numeris I — XXI. inscripti sunt; fol. E 3ᵃ post init. — G 4ᵇ init. Artickel an welichen zwifspalt ist, da erzelt werdend die mißbreüch so geendert seind; fol. G 4ᵇ — 5ᵃ Beschlufs cum nominibus subscriptis; fol. G 5ᵇ — 6ᵇ vacant) **).

Locus impressionis nomenque typographi neque in fronte, neque in fine indicantur. Haec Ed. typis Suobacensibus maioribus, quae *mediae* vocantur, iisque nondum usu detritis in nitida charta expressa est; margo lateralis ac inferior fere pollicis latitudinem habet, superior semidigitalis est. Pagina integra, non distinctis intervallis interrupta, continet 32 lineas. Praecipui huius Ed. characteres sunt dialectus et orthographia; has esse Helveticas illius temporis, ex aliis scriptis theologicis germanico sermone tunc apud Helvetios excusis ***) cognoscitur. Specimina huius generis sunt: öberantwurt (in titulo) et überantwurten, begär (begehr), läben (leben), beschwärung (beschwerung), wäsen (Wesen), vertruwten (Vertrauten), sy (sie), glöubige (Gläubige), widertöuffer (Widertäufer), mennli (männlich), künscheit (Keuschheit), terminatio 1. et 3. pers. plur. Verbor. ind, end (pro en), e. c. wöltind wir (wollten wir), sterkind (stärken), fallind (fallen), könnind (können), mitteyletind (mittheilten), wir stryttend (wir streiten), übergebend wir, sy predigend, lerend, haltend, tund (sie predigen, lehren, halten, thun), fälend (fehlen). haec terminatio end etiam in plur. Imperativi pro et invenitur, e. c. nemmend hin (nehmet hin) et in quibusdam aliis vocibus pro en, e. c. zwüschend (zwischen). Infinitivi cum praefixo ze (pro zu): zegon (zu geben). zesein (zu sein), zeknewen (zu knien), atque forma kilch, quae in articulis VII. VIII. XI. XII. occurrit, pro vulgari kirche, quae in

---

*) Recte Krafftius scripsit, hanc Ed. continere *plagulas VII et dimidiam*; Weber, Funk et Foerstemann referunt $7^1/_4$ *plagulas* quoniam aut ultimum folium album (G 6) ipsi Editioni non adnumerarunt, aut exemplo usi sunt, in quo hoc folium deerat (cuiusmodi sunt exemplum Dresdense, Gothanum, et Gottingense).

**) Hanc Ed. ex Bibliothecis senat. Norimberg., ducali Gothana, regia Dresdensi, academ. Ienensi, academ. Gottingensi et regia Berolinensi in manibus habeo. In exemplis Goth., Dresd. et Gotting. ultimum folium album (fol. G 6) deest.

***) Eiusmodi libri sunt: Das gantz Nüw Testament, gründtlich vnd recht verteutscht. Getruckt zu Zürich bey Christoffel Froschouwer. 12° (sine anni indicio, hoc autem circiter tempore impress.); Handlung oder *acta* gehaltner Disputation zu Bernn in üchtland. getruckt zu Zurich by Christoffel Froschouer am XXIII. tag Mertz *anno* M. D. XXVIII. 4°; Eyn kurtze klare summ und erklerung des Christenen gloubens, von Huldrychen Zwinglin gepredigt, und unlang vor synem tod [a. 1531.] zu eynem Christenen Künig geschriben, getruckt zu Zurich by Christoffel Froschouer. 8° sine anni mentione [hic liber e latino sermone a Leone Iuda in germanicum translatus circa a. 1531. editus est.]. In his libris non tantum eadem dialectus et orthographia, atque inprimis singularis terminatio 1. et 3. pers. plur *end* ut habend, bleybend, werdend, frequentissime, sed etiam voces: öberantwurt, vberantwurt, Kilch (i. q. Kirche) reperiuntur.

praefatione aliisque locis legitur. Praeterea haec Ed. a reliquis eiusdem anni 1530. eo dignoscitur, quod in articulo Von der Bischoffen gewalt, fol. G 1b et in Epilogo (Beschluss) vox schelmen invenitur; illic enim haec leguntur: „Daß den schelmen der gewalt zu besseren. vn̄ nit zu verderben gegeben sey." hic vero sic: „Es hattend auch die Pfarrherren vnendtliche gezenck, mit denen münich schelmen," etc.

Ob illas formas inprimis cum dialecto Helvetica congruentes Krafftius hanc Editionem in Helvetia excusam esse statuit:*) item Weberus l. l. I. p. 361. de huius Editionis origine sic iudicat: „Wahrscheinlich haben demnach die Schweizerischen Gesandten, die auf dem Reichstag zugegen waren, eine Handschrift, wie sie damals circulirte, copiren lassen, die hernach zu Zürich oder in Oberdeutschland vielleicht zu Augspurg selbst abgedruckt worden." **) — Idem hanc Editionem integram cum Codice Moguntino in sua critica huius Codicis Editione supra laudata contulit, praeterea etiam l. l. I. p. 205 sqq. et praesertim p. 361 sqq. multos singulos utriusque locos, ex qua collatione elucet, multos huius Editionis locos typographicis erroribus aliaque ratione esse corruptos, alias vero lectiones, quibus ab illo Codice differt, cum emendatiori textu Codicum optimae notae atque Editionis Melanthonianae principis convenire. — Subscriptiones, quas haec Editio exhibet, differunt non solum a Coelestini, sed etiam a Melanthonis Editionibus, et cum Codicibus *Onold. 2.* et *Norimbergensi* consentiunt.

Hanc Editionem in mea Editione signabo: *Ed. ant. 1.*

Secundo loco ab iisdem viris doctis proponitur haec Editio:

Anzeigung vnd bekant=
nus des Glaubens vnnd der lere/ so die
adpellirenden Stende Key. Maie=
stet auff yetzigen tag zu Aug=
spurg öberantwurt
habend.

M. D. XXX.

Hic titulus a praecedenti differt 1. omisso ornamento illic duabus litteris n et b superimposito; 2. signo partitionis (=) syllabis bekant in prima linea hic addito, illic omisso; 3. scriptione vocis adpellirenden, cuius loco illic adpellierenden legitur; 4. distributione duarum vocum Maiestet et Augspurg in duas lineas subsequentes, quae illic in 3. et 4. linea non divisae leguntur; 5. voce habend, quae hic integra in 6. linea exhibetur, illic autem

*) Hic enim in Dissert. laudata p. 73. de loco hanc proponit sententiam: „Primam in Heluetia excusam esse statuo; cum enim Heluetici Legati ea, ut videtur, mente Confessionem in suum transfunderent idioma, ut a pluribus suorum ciuium legi posset, iam autem Confessio multo citius per typos, quam scriptionem, cum pluribus potuit communicari, et pro temporis conditione, maturato fuit opus, nullus igitur dubito, quin Legati Confessionis impressionem ciuibus suis suaserint eiusque Prima editio in Heluetia prodierit."

**) Cum hoc de dialecto et loco impressionis iudicio ex parte tantum congruit Bertrami in Hallischen Anzeigen anni 1773. p. 103 sq., ubi haec refert: „Ich weiß wirklich nicht, ob ich bey dem Dialect von n. I. (und II.) an die Schweitz gedenken solle, und es ließe sich aus diesem wol auf Augspurg selbst oder dasige Gegend schließen. Ich habe die sächsische Confeßion von 1551. zwiefach vor mir, wie sie durch M. Johann Mätsperger von Augspurg verteütscht, und zu Augspurg durch Philipp Ulhart 1552. in 8. sowol ohne als nachher mit Mätspergers Namen gedruckt ist, und finde hier den Dialect fast einerley." et in suo libro: Litterarische Abhandlungen 2. St. p. 59. hoc iudicium repetit hisce verbis: „Daß der allererste Druck zu Zürch oder in dortiger Gegend geschehen und solches aus der häufigen Termination end für en und andern solchen Provincialismis zu schließen sey, habe ich schon ehemals durch diejenige Uebersetzung der Confessionis Saxonicae bestritten, welche Johann Mätsperger von Augspurg 1552. zu Augspurg hat drucken lassen."

in 5. et 6. lineam distributa est; 6. varietate loci, quo punctum duabus litteris numeralibus M et D appositum est, in illa enim Ed. mediae litterae, in hac autem inferiori eius parti adiectum est.

Haec Editio continet 6 plagulas litteris A — F signatas, 24 folia non numerata. 4°. sine loci et typographi indicio. (fol. A 1ᵇ orditur Praefatio ad Caesarem et fol. A 3ᵃ med. finitur; fol. A 3ᵃ med. — E 1ᵃ init. perhibentur Artickel des Glaubens vnd der Leer, quorum articuli numeris germanicis i — xxi. inscripti sunt; fol. E 1ᵃ inde a lin. 8. — F 2ᵇ vers. fin. Artickel an welchen zwijspalt ist, da erzelt werdent die mißbreuch so geendert seind; fol. F 2ᵇ extr. — F 3ᵃ Beschluss cum nominibus subscriptis; fol. F 3ᵇ — 4ᵇ vacant). *)

Differt haec Ed. a praecedenti non solum minori plagularum numero, sed etiam hisce: 1. eo quod folii primi pagina aversa, quae in illa vacat, in hac continet initium praefationis ad Caesarem; 2. typis minoribus, qui *Corpus* in officinis nominantur, usu detritis, quapropter integra pagina, non distinctis intervallis interrupta hic 34 lineas seu versus continet; 3. charta minus candida.

Dialectus et orthographia huius Ed. partim cum illa Ed. 1. congruunt, partim cum libris Wittembergae illo tempore impressis. Prioris generis sunt e. c.: vertruwten (Vertrauten), eerbütig (erbötig), terminatio end pro vulgari en persaepe occurrens, ut: wir streytend (wir streiten), wöltend wir (wollten wir), vbergebend wir (übergeben wir), thun werdend (thun werden) es wurdend (es wurden), thund sy (thun sie), söltend (sollten), zwüschend (zwischen), end quoque pro et in plur. Imperat. e. c. nemend hin (nehmet hin), item sy (sie), täglich, beschwären (beschweren), begärend (begehren), schwärt (Schwert), fäle (Fehler), fräfel (Frevel), bänn (Bann), gaaben (Gaben), embörung (Empörung). Alterius generis sunt: firche (Ed. 1. kirche et kilch), usus vocalis e, ubi Ed. 1. habet ä, e. c. beger, begert, were, leben, gemess (Ed. 1. begär, begärt, wäre, läben, gemäss): diphthongi ei, ey, ubi Ed. 1. habet ai, e. c. einer, teylen (Ed. 1. ainer, tailen); vocalis u, ubi in Ed. 1. legitur ü, uti volltbuung, hut, vber, fur (Ed. 1. volltbüung, hütt [heute], über, für): diphthongi eu, ubi Ed. 1. exhibet eü, e. c. missbreuch, Teutsch (Ed. 1. missbreüch, Teütsch).

Praeterea haec Ed. 2. ab Ed. 1. dignoscitur eo, quod vocem schelmen in solo Epilogo habet: mit denen Münch schelmen; altero autem loco, quo Ed. 1. hanc vocem exhibet, scil. in art. Von der Bischoffen gewalt, pro Daß den schelmen haec Ed. habet Daß ihm — Denique ab illa Ed. 1. eo differt, quod nonnulli typographici errores eius in hac emendati sunt e. c. pro tration, Casanus, hochnütig (qui errores in Ed. 1. fol. E 3ᵃ lin. 5., E 3ᵇ lin. 16. 17. et D 1ᵃ lin. 9. occurrunt) in hac leguntur: tradition, Cusanus, hochnötig; at hae emendationes longe superantur erroribus, quae editoris aut typothetae incuria commissi sunt partim corruptione, partim omissione quarundam vocum, e. c. voces fund gnug, zeschmach, Glaubens (quae in Ed. 1. fol. E 1ᵃ lin. 22. 23., E 2ᵃ lin. 11., E 3ᵃ lin. 9. leguntur) in Ed. 2. sic corruptae sunt: fundigung, zeschmach, Glabens, et voces buch, vns, greulichen, quae in Ed. 1. fol. B 4ᵃ lin. 9., B 4ᵇ lin. 21., E 4ᵃ lin. 3. exstant, in Ed. 2. omissae sunt. Haec exempla et plura alia Weberus l. l. I. p. 369 sq. ex sua utriusque Editionis diligenti collatione affert.

De loco, ubi haec Editio impressa sit, viri docti varia proposuerunt indicia. Saligius**) indicat, eam in una quatuor civitatum, Argentinae, Constantiae, Memmingae vel Lindavii, typis in lucem emissam fuisse, idem etiam Krafftio propter dialectum semi-Helveticam prius probabile visum est, ut ipse in sua Dissert. p. 73. refert, tum vero concessit in Christ. Becmanni sententiam, eam Vratislaviae per Adamum Dyonem impressam esse,***) vide l. l. p. 76 sqq.; quapropter etiam a Feuerlino l. l. I. p. 41. nr. 248. *Vratislauiensis* appellatur. Webero autem l. l. I. p. 371 propter illam dialectam probabilius videtur, eam Basileae, vel Bernae vel alia illius regionis urbe prodiisse.

Variae lectiones, quibus haec Editio a textu Confessionis in Libro Concordiae differt, exhibentur in hisce huius Libri Editionibus: †)

Christliches Concordienbuch, darin öffentliche Bekentnisse und symbolische Schriften der evangelisch-lutherischen Kirche enthalten sind: mit Beifügung der verschiedenen Lesearten voriger Ausgaben sowol der einzeln Be-

*) Haec Ed. in Bibliothecis regia Berolinensi et ducali Guelferbytana atque in meis libris est. In illis duobus exemplis, quae item in manibus habeo, ultimum folium album (fol. F 4) exstat, quod in meo exemplo deest.

**) In l. Vollständ. Historie der Augspurg. Confession Tom. I. p. 696.; hoc enim loco de hac Ed. 2. dici, elucet ex verbis extremis Epilogi ab eo allatis: „Die obgemeldten Artikel habend wir — ubergeben wöllen, zu einer Anzeigund" etc.; nam hic typogr. error. Anzeigund tantum in hac Ed. 2. invenitur, Ed. 1. habet recte anzeygung.

***) Hanc sententiam Becmannus, Prof. Theol. et Superintendens Servestanus, in libello sic inscripto: Ausführliche Behauptung der verbesserten Augspurg. Confess. und etlicher dazu gehöriger Materien, a. 1621. scripto et 1625. 4° anonymice et sine indicio loci edito p. 6. hisce verbis proposuit: „Ich für meine Person habe nicht wenig Fleiß darauf gewendet, daß ich eines der ersten, vnd ältesten Exemplarien haben möchte, habe aber kein älters als ein Deutsches in quarto zu Breßlau (wie ich aus der Gleichheit der littern vnd gantzem Format der darbey gedruckten 17. Artickel Lutheri, bey welchen der Ort Breßlau, sampt des Druckers Nahmen Adam Dyon, auch die Jahrzahl ao. 1530. specificiret, muthmasse,) erhalten können."

†) Hae duae Editiones cum subsequenti in mea Bibliotheca sunt.

kentnisse als des gesamten Concordienbuchs, herausgegeben von Siegm. Jac. Baumgarten. Halle, bey Joh. Just. Gebauer. 1747. 8°, ubi in margine inferiori Confessionis praeter aliarum Editt. lectiones etiam huius Ed. 2., quae hic signatur sigla: oberl. (i. e. oberländische Ausgabe), varietas adscripta est.

Christliches Concordienbuch worinnen sämtliche gewöhnlichste symbolische Schriften der evangelischlutherischen Kirche deutsch und lateinisch enthalten sind, mit historischen Einleitungen herausgegeben von Johann Georg Walch. Jena im Verlag Joh. Rud. Crökers sel. Wittwe. 1750. 8° mai. In hoc libro variae lectiones huius Ed. 2., quae sigla: oberländ. indigitatur, cum ceteris non in margine inferiori, sed in peculiari collectione sic inscripta: Samlung der vornehmsten verschiedenen Lesearten und Abweichungen sowohl in den deutschen; als lateinischen Ausgaben des Concordienbuchs und der darinnen enthaltenen symbolischen Schriften, quae Indicibus proxime praecedit, afferuntur.

Cum Melanthonis Editione principe, et quadam ex parte (scil. in articulo XX. atque duobus articulis extremis: Von Klostergelübden ac Von der Bischoue gewalt, a Melanthone retractatis) cum textu Libri Concordiae haec Ed. 2. collata est in hocce libro:

Die symbolischen Bücher der evangelisch-lutherischen Kirche, deutsch und lateinisch. Neue sorgfältig durchgesehene Ausgabe, mit den sächsischen Visitations-Artickeln, einem Verzeichnis abweichender Lesarten, historischen Einleitungen und ausführlichen Registern. Besorgt von J. T. Müller. Stuttgart Verlag von Sam. Gottl. Liesching. 1848. 8° mai., ubi p. 863 — 904. exhibetur Confessionis germanicae Editio Melanthoniana princeps, cui in margine inferiori adscriptae sunt praeter varias lectiones 12 Codicum (scil. Spalatini [Wim. 1.], Onold. 1. 2. 3., Wim. [Wim. 2.], Hannov., Cassel., Norimb., Monac., Nordling., Mogunt.) etiam lectiones Editionum antiquiorum 1. 2., quae signantur: Oberländ. 1. 2., sed in ipsa collatione sine numeris additis, sola sigla: Oberländ. indigitantur.

In mea Editione critica hanc Editionem signabo: *Ed. ant. 2.*

Eadem Editio etiam prodiit cum hocce titulo paululum a praecedente diverso:

Anzeigung vnd bekant-
nus des Glaubens vnd der lere/ so die ad
pellirenden Steende Key. Maie-
stet auff ytzigen tag zu Aug-
spurg öberantwurt
habend.

M· D· XXX·

Huius tituli prima linea cum altero titulo huius Editionis 2. omnino congruit, nam aeque ac in illo partitionis signum in fine additum est et ornamenta duabus litteris n et b in Ed. 1. superimposita desunt; item quinta et sexta linea cum altero consentiunt; secunda autem et tertia linea ab illo differunt 1. scriptione vocis vnd (alter tit. et Ed. 1. vnnd) 2. distributione vocis ad | pellirenden in duas lineas (alter tit. adpellirenden, Ed. 1. ad-pellierenden integram in tertia linea habent), 3. scriptione vocis Steende (alter tit. et Ed. 1. Stende), in quarta linea hic titulus differt voce ytzigen ab altero tit. et Ed. 1., in quibus legitur yetzigen. Denique varietas conspicitur in collocatione trium punctorum numeris romanis adscriptorum. In Ed. 1. primum et alterum punctum mediae parti litterarum M et D appositum est, (M· D·), tertium inferiori parti litterae X (X.); in altero titulo Ed. 2. quodque punctum inferiori parti adiectum est; in hoc titulo quodque punctum mediae parti litterarum est appositum.

Editionem hoc titulo paululum diverso instructam eandem esse, ac illam proxime praecedentem, ex eo elucet, quod non modo plagularum numero et typorum chartaeque forma, sed etiam singulis paginis, lineis verbisque cum illa omnino congruit. Quapropter iudico, primum folium denuo esse impressum, titulo paululum mutato, altera autem huius folii pagina non variata. *) Idem iudicat Panzer l. l. p. XXIX., qui utrumque huius Editionis exemplum possedit et inter se contulit.Weberus l. l. l. p. 372. suspicatur, hanc Ed. primum cum hoc titulo prodiisse, tum vero hunc titulum ob typogr. errorem Steende esse recusum et in illum, quem priori loco recensui, mutatum.

Tertio loco a Webero l. l. I. p. 372 sqq., quem Funkius in libro supra p. 477 sq. laudato p. 157. secutus est, recensetur haecce Editio Krafftio, Feuerlino et Bertramo ignota:

Anzeigung vnd bekant nus des Glaubens vnd der lere/ so die adpellieren= den Stende Key. Maiestet auff yetzigen tag zu Augspurg oberanwurt ha= bend.

M. D. xxx.

Haec Editio typis maioribus, qui *Cicero* in officinis appellantur, usu valde detritis in charta subalbida impressa continet 5 plagulas **) litt. A (a) — E (e) ***) signatas, 20 folia non num., 4° sine loci et typographi nomine. (fol. A 1ᵇ — a ijᵇ sub fin. Praefatio ad Caesarem, inscriptione carens; fol. a ijᵇ extr. — b iijᵇ med. Articuli fidei inscripti: Artickel des Glaubens vnd der leer, vocis numeralibus: Der erst. — Der ein vnd zweyntzigist. inscripti, cum eorum epilogo; fol. b iijᵇ med. — c iijᵇ med. Confessionis altera pars inscripta: Artickel an welchen zwifpalt ist, da erzelt werdend die mißbreüch so geendert seind., cuius singuli articuli habent peculiares inscriptiones; fol. e iijᵇ med. — e 4ᵃ Epilogus: Beschluß cum nominibus subscriptis; fol. e 4ᵇ vacat). †) Pagina integra intervallis seu inscriptionibus non interrupta habet 36 lineas s. versus. Margo textum cingens angustior est quam in Ed. 1.

Ex hac brevi descriptione iam elucet, hanc Editionem, praeter alia illico referenda, ipso titulo a praecedentibus esse diversam 1. divisione linearum s. versuum, 2. scriptione quarundam vocum, nempe vocis vnd (Ed. 1. 2, a. vnnd), adpellierenden (= Ed. 1.; Ed. 2. adpellirenden), yetzigen (Ed. 1. et Ed. 2, a. yetzigen, Ed. 2, b. [i. e. alter huius Ed. titulus] ytzigen), 3. typogr. errore oberanwurt (Editt. 1. 2. überantwurt), 4. anni numero litteris germanicis hic expresso pro romanis, quae in illis Editt. leguntur. Praeterea ab iis distinguitur ratione, qua numeri articulorum fidei indicantur. Hi enim in Ed. 1. numeris romanis: I. II. etc., in Ed. 2. litteris germanicis: i ij etc., in hac Ed. 3. vero vocibus numeralibus: Der erst. Der ander. etc. significantur.

In textu haec Ed. cum Ed. 1. maxima ex parte, etiam in erroribus typographicis et locis corruptis consentit; dialectus autem, quamquam item magna ex parte formas Helveticas exhibet, tamen quadam ex parte ad dialectum Saxoniae superioris prope accedit. Prioris generis sunt: usus vocalis ä pro e, e. c. begär, begärt (Be-

---

*) Haec Ed. ex Biblioth. senat. Norimb. ad meas manus est.

**) Sic recte Funkius refert, qui eodem exemplo usus est, quod nunc in manibus habeo.

***) Singularum plagularum primum folium (excepto titulo) littera magna (A) B, C, D, E, secundum et tertium minuta: a, b, c, d, e signata sunt.

†) Hanc Editionem perraram ex Biblioth. senat. Lubecensi in manibus habeo.

gehr, begehrt), wär (et wer, qui); vocalis e pro o, ä in voce wellen (pro wollen et wählen); diphthongi eü pro eu e. c. freünd (et freund), heüchler; keüsch; perfrequens usus vocalis y et diphthongi ey pro i, ei e. c. wyssen, gewyß wehl, jeyt; usus vocalis o pro a in: gethon (gethan), vndertbon (Unterthan), vocalis ö pro o, u, ü et diphthongi öu pro äu, ei, e. c. söltend (sollten), wölten (wollten), bedörffen (bedurft), förchten (fürchten), glöubigen (gläubigen), sich eröugend (sich ereignen); vocalis u pro o in: sunst (sonst); vocalis ü pro ö, u, e: erbütig (erbötig), fünigklich, berüfft (berufen), süchet (sucht), brünnen (brennen); perfrequens terminatio 1. et 3. pers. Plur. end (pro en) e. c. strebtend, habend wir, predigend, lerend, haltend, tund, werdend, könnend, pro qua raro ent et aliquotius ind occurrit: habent, werdent, reichent; woltind wir, werdind, wir sterckind, etiam end (pro et) in 2. pers. Plur. e. c. könnend jr, et in Imperativo: trinckend (trinket), würckend (wirket); eadem terminatio end pro en est quoque in voce zwyschend (zwischen); praeterea frequentes Infinitivi cum praefixo ze (pro zu), e. c. zehalten (zu halten), zesein, zeförchten, zewellen (zu wählen), zegon (zu gehen); et formae: stadt (steht), bestadt (besteht), gath (geht), stand (stehe), geschrifft, gschrifft (i. q. Schrift), gemylter (i. q. milder), enbieten, embieten (erbieten), bequemener (bequemer).

Pauci quidem errorum typograph. Editionis 1. in hac a typotheta et correctore emendati sunt:

Ed. 1.	Ed. 3.	Ed. 1.	Ed. 3.
B 3ª lin. 11. seind	— recte omissum	C 4ᵇ lin. 20. Consilijs	— Concilijs
C 3ª — 15. 16. geduldet	— geduldet,	D 1ᵇ — 5. übernacht	— vbermacht

sed multo ampliores errores corruptione aut omissione singularum pluriumve vocum in hac Ed. prioribus additi sunt, e. c.

Ed. 1.	Ed. 3.	Ed. 1.	Ed. 3.
A 3ª lin. 28. dem	— deest.	B 1ᵇ lin. 18. die	— deest.
A 3ᵇ — 26. auff	— deest.	B 2ª — 26. eigentlich nichts	— eigentlichen.chts
A 4ᵇ — 6. 7. in sünden empfangen vnd geborn werdend,	— desunt.	B 3ᵇ — 9. gelert	— gelet
		B 4ª — 17. auß	— deest.
		C 1ᵇ — 30. eerlich	— eelich

Denique notatu dignum est, vocem schelmen iisdem duobus locis, quibus in Ed. 1. est, nempe in art. Von der Bischoffen gewalt et in Beschluß, etiam in hac Ed. inveniri.

Haec omnia etiam a Webero de hac Editione, quae ei illo tempore ex Bibliotheca academica Helmstadiensi ad manus erat, referuntur; sed in una re differt, dicit enim p. 372. et 374., hanc Ed. continere *quatuor* plagulas. Ad hanc rem accuratius inquirendam, operam dedi, ut illud exemplum ipse inspicerem; at Vir Summe Reverendus Kelbe, Superintendens generalis, h. t. illius Bibliothecae Praefectus, ad me benigne scripsit, hanc Editionem in ea non amplius inveniri. Quapropter facultas mihi non data est huius rei ita explicandae, ut nulla dubitatio relinqueretur. Sed cum omnia a Webero relata in hanc Ed. omnino quadrent, etiamque articulus XVII. et pars articuli XVIII., quos tanquam dialecti specimina p. 373 sq. exscripsit, sic (perpaucis exceptis sine dubio indiligentia scriptoris vel typothetae mutatis) in hac Ed. legantur, minime dubito, quin a Webero hoc *tertio* loco eadem Editio describatur, quae mihi ob oculos versatur, quamquam nescio quomodo in istum de plagularum numero errorem inductus sit. Foerstemannus in *Hall. Allg. Lit. Zeit. Jul.* 1830. Num. 125. p. 356. ob illas paucas diversitates, quae inter locos a Webero exscriptos et ipsam Editionem 3. modo recensitam, cuius exemplum mancum (scilicet plagula quinta carentem) ipse possidebat, *) intercedunt, et inprimis propter plagularum numerum a Webero bis memoratum haesitat, utrum Editio, quam ipse possideat, eadem sit ac illa a Webero recensita, an ab ea diversa. Quapropter illam, de qua Weberus disserit, *tertio* loco, eam vero, quam ipse possidebat, *septimo* loco inter Editiones antiquiores Confessionis germanicae recensuit.

De *loco*, ubi haec Ed. impressa sit, Weberus proposuit coniecturam, hunc esse in Germania superiore quaerendum. **) Equidem puto, hanc Ed. esse *Vratislaviae* per Adamum Dyonem impressam, et Becmanni

---

*) Nihilo secius titulum huius Ed. non satis accurate descripsit, nam pro yetzigen scripsit *yetzigen* et pro M. D. xxx.: M. D. xxx. Praeterea errat in hisce verbis, quae ad errores typogr. huius Ed. a Webero memoratos spectant: *„aber Art. VIII. heisst es nicht: „eigentlichen nichts", sondern: eigentlich nichts (wie in der 1sten Ausg.)."* At error typogr. Editionis 3. eigentlichen.chts pro eigentlich nichts, cuius supra ipse mentionem feci, non ex Art. VIII., sed ex Art. XII. a Webero affertur, ubi vere exstat.

**) Dicit enim l. l. p. 375.: „Druckort ist wie bey den vorigen Ausgaben nicht gemeldet, läßt sich auch schwer bestimmen. Allem Ansehen nach ist er in Oberdeutschland zu suchen. Ich schließe solches aus den Ueberschriften der Artickel: Der zweyetzigist. — Der ein vnd zweynzigist [in hac Ed. potius legitur: Der ezweynczigist. — Der ein vnd ezweynczigist] — welche vom Corrector und Herausgeber abgehangen, und oberländische Mundart verrathen. Druck und Lettern, die sehr abgenutzt sind, so wie die schiefe Setzung der Buchstaben in einzelnen Wörtern, und Wörter in ganzen Zeilen, verrathen eine schlechte Officin."

indicium supra p. 483 sq. memoratum ad hanc Ed. esse referendum, quia eius typi fere iidem sunt ac in Vratislav. Ed. XVII Articulorum Suobac. illic recensita.

Hanc Editionem signabo: *Ed. ant. 3.*

Weberus et Foerstemannus *quarto*, Feuerlinus, Krafftius et Bertramus, quos illa Ed. 3 fugit, *tertio* loco recensent hanc Editionem:

Anzeigung vnd
Bekentnus des Glaubens vnd der lere/ so die adpellierenden Stende Key. Maiestet/ auff yetzygen tag zu Augspurgk/ öberantwort habend.
M. D. XXX.

Infra hunc titulum est Insigne magnum quatuor lineis rectis inclusum: Aquila, cuius caput non coronatum, sed nimbo circumdatum sinistrorsum est versum, alaeque expansae, ceterum eius corpus obtectum est scuto rotundo in 25 scutula varie picta ac formata diviso ornamentisque cincto. Hoc Insigne, quod neque apud Weigelium *), neque Gattererum **) aliosque inveni, a Krafftio l. l. p. 14. in huius Editionis recensione nominatur Insigne Austriacum, quo ipse Carolus V. uti consueverit, item a Feuerlino l. l. I. p. 41. nr. 249. Insignia Imp. Caroli V. A Webero l. l. I. p. 376. sic describitur: „Auf dem Titelblatt findet sich das Wappen des römischen Königs, nämlich der einfache Reichsadler mit dem Schein, von welchem Kopf und Flügel, und der obere Theil der Brust sichtbar sind. Statt der fehlenden Theile erblickt man das österreichische Wappen, mit dem Orden des goldnen Vließes gewöhnlicher maaßen umhangen." Alterum Insigne in fine huius Editionis invenitur: Aquila biceps, cuius utrumque caput coronatum nimboque cinctum est, in pectore gerens Insigne Austriacum et Burgundicum. De quo Weberus l. l. haec refert: So findet sich auch am Ende der römisch kaiserliche doppelte Adler, auf der Brust mit dem österreichischen und burgundischen Wappen in einem getheilten Schilde, davon die eine Hälfte [scil. sinistra] den österreichischen weißen Queerbalken im rothen Felde, die andere [dextra] aber gelbe und blaue Queerbalken, als das burgundische Wappen, darstellet." ***) Haec Ed. typis minoribus, qui *Corpus* in officinis nominantur, impressa (quapropter pagina integra, nullis intervallis interrupta 31 — 32 lineas seu versus habet) continet 4 plagulas litt. A — D signatas, 32 folia non num., sine loci ac typographi nomine, 8° min. (fol. A 1ᵇ vacat; fol. A 2ᵃ — 4ᵃ init. Praefatio ad Caesarem, inscriptione carens; fol. A 4ᵃ — B 3ᵃ Articuli fidei inscripti: Artikel des Glaubens. | vnd der Leer., quorum numeri litteris j — XXi superscriptis signati sunt, cum eorum epilogo; fol. B 3ᵃ — D 5ᵃ Confessionis altera pars: Artikel an welichen zwispalt ist, | da erzelt werdend die misbreüch so geendert seind., qui articuli peculiaribus inscriptionibus instructi, numeris carent, in eorum fine est ornamentum typogr.; fol. D 5ᵇ — 6ᵃ init. Confessionis epilogus: Beschluß, cui ornamentum typogr. subiunctum est; fol. D 6ᵇ Subscriptiones; fol. D 7ᵃ Insigne supra descriptum: Aquila imperialis biceps, Insignia Austriae et Burgundiae in pectore gerens; fol. D 7ᵇ — 8ᵇ vacant). †)

Dialectus huius Editionis maxima ex parte Helvetica est, admixtis quibusdam Saxoniae inferioris voci-

*) Das große und Vollständige anfangs Siebmacherische, hernacher Fürstische und Helmerische, nun aber Weigelische Wappen-Buch In Sechs Theilen, etc. Nürnberg 1734. Fol.

**) Handbuch der neuesten Genealogie und Heraldik, — — vermehrt von Joh. Christoph Gatterer. Nürnberg 1762. 8°.

***) De utriusque insignis in hac Ed. usu idem deinceps l. l. p. 376 sq. haec addit: „Niemand wird sich über die Erscheinung vorgedachter Wappen bey der Confession wundern, der weiß, daß die Drucker damaliger Zeit die Wappen ihrer Fürsten und Obrigkeiten geführt, so wie ich auch in Schriften damaliger Zeit, die besonders in Reichs- auch andern Städten gedruckt werden, das kaiserliche Wappen auf dem Titel oftmals gefunden habe." Id quod in annotationibus *o* et *p* pluribus exemplis illustravit, inter quae etiam affert duos libros, alterum Norimbergae, alterum Oppenheimiae impressos, qui idem habent Insigne, ac in huius Ed. fine conspicitur, item librum Turici impressum aquila imperiali ornatum.

†) Hanc Ed. ex Biblioth. regia Berolinensi in manibus habeo.

bus, *) sed ita ut variae formae earundem vocum occurrant, id quod lector ex his exemplis intelligat: jhn, jnn, jn, yn, in, inn (variae formae Praep. in); dan, dann, den, denn (Coni. denn); vnde, vnnd, vnd (Coni. und); sonder, sunder, sondern (Coni. sondern); jetz, yetz, ytzt (Adv. jetzt); gesatze, gsatz, gesatzt, gesetzt (Gesetz); kastigung, kestigung, kesteigung (Kasteiung); teil, teyl et semel tail (Theil); keuschheit, küschheit (Keuschheit); solich, sölich, sölch (solch); jetzlicher, yetlicher, ytlicher, yeglicher (jeglicher); sind, synd, sint, seind, seint, seynt, seyndt (sind); seyhen, seyen (seien); stedt, steit, stadt (stehet); gheit, gadt, gath (gehet). Notatu dignus est usus vocalis ā pro e, e. c. wāsen, begārend, beschwārung (Wesen, begehren, Beschwerung) et vocalis e pro o, ā, a, e. c. wellen (wollen et wählen), zellen (zählen), erber, quel (ehrbar, Quaal); item frequens est usus diphthongi eü, etiam eüw, pro eu, äu, ü, ie, e. c. heütt (heute), bezeügen, heüchler, leüt (et leut), eüsserlich, nateürlich et nateurlich (natürlich), beschleüßt (beschließt), neüwer (neuer), kneüwen (knien), perfrequens usus vocalis y pro i, ie, ü; ye pro ie; ey pro ei, e. c. gewyß, nyt, wyr (et nit [nicht], wir), sy, sye (sie), wy (wie), dy, dye et die, hyr (hier), wyßte (wüßte), weyßheit, reynigen; usus vocalis o pro a, e. c. gethon (gethan), vnderthon (unterthan), vnderstond (unterstand), do (da), usus vocalis ö pro o, äu, e, i, et diphthongi öu pro äu, eu, ei, e. c. sölich (et solich), wöllen, söllen, örten (wollen, sollen, Orten), töffer (Täufer), brönnen (brennen), begönnet (beginnet), töuffer (Täufer), fröud (Freude), eröugend (ereignen); usus vocalis u pro o, i et voc. ü pro o, ö, u, eu, i, e. c. antwurd (Antwort) sun (Sohn), sunst (sonst), begreptnuß (Begräbniß); besünderlich (besonderlich), sünst (sonst), kümpt (kommt), eerbütig (erbötig), müglich (möglich), dürch (durch), jügend (Jugend), schüldigk (schuldig), küschheit (Keuschheit), würcket (wirket). Diphthongus ai uno tantum loco, fol. A 2ª lin. 19. in voce tailen occurrit. Praeterea eaedem terminationes 1. et 3. pers. Plur. in ind, ynd, end, nd (pro vulgari en, n), quae iam in Editionum 1. 2. 3. descriptione memoratae sunt, saepissime reperiuntur, e. c. woltind wir, werdind, sterckind, könnind, fallind, redind, brechind, hettind, söllind; nachlassynd; streitend, habend wir, soltend, predigend, lerend, haltend, tund, werdend, söllend, wir wellend (wir wollen), schicktend, bezeügend; eaedem terminationes end, nd, ent et en etiam in 2. pers. Plur. occurrunt, e. c. werend ihr (wäret ihr), seind jr (seid ihr), könnend jr, lassent, lassend, lassen (lasset), trinckend (trinket). item in Praepositionibus: zwyschend (zwischen), nebent (neben); memorandae etiam sunt Imperat. et Infin. formae: zugang (zugehe), ston, gon (stehen, gehen), item ze (i. q. zu) persaepe Infinitivis praefixum, e. c. zebringen (zu bringen), abzethun, anzesetzen, zehalten, zehandlen, zesein (zu sein), zewerden (zu werden) zewellen (zu wollen), zegon (zu gehen), praeterea voces: embieten, enbieten (erbieten), eer embietung (Ehrerbietung), empfacht, empfachent (empfängt, empfangen), beschehen (geschehen), vnersucht (i. q. unerfarn, quod illo loco in Ed. princ. Mel. legitur), nirnen keinen (durchaus keinen), ye dester bas, dester mer (je desto besser, desto mehr), Neuwmonaten (Neumonden), öuglich et ogentlich (i. q. öffentlich), menli (männlich), geschrifft, gschrifft (Schrift), geschrifftlich, gschrifftlich (i. q. schriftlich), gemilter (milder), gesundet, gesündet (gesündigt), zu entyegen s. entgegen (i. q. entgegen), et genera obsoleta: der tauff (die Taufe), der gewalt (die Gewalt). Specimina dialectus Saxoniae inferioris sunt: in Praef. ad Caesarem: vertruwten (Vertrauten), ogentlich (öffentlich), protesteren (protestiren), enigen (einigen), sunder (sondern); Art. I. kätzerien (Kätzereien); Art. II. van (von); Art. VI. et XX. sprickt (spricht); Art. XII. globen (Glauben); Art. XVI. husz (Haus); Art. XVIII. minsch (Mensch), friheit (Freiheit), förchten et fröchten (fürchten); Art. XIX. wert (wird); Art. XX. tröstlick (tröstlich), on (ohne); Art. XX. XXI. et Art. Von der Beycht: vnde (und); Art. XXI. abzusundern (abzusondern); Epilog. articulorum fidei: orsachen (Ursachen); Art. Van beyder gestalt des Sacraments: van (von), küschheit (Keuschheit); Art. Vom Eestand der Priesteren: orsach, Gots förchtigen, vnstrefflick, küschheit; Art. Von der Mesz: werlt (Welt), sal (soll); Art. Von vnderscheid der Speyse: forcht (Furcht) et bis was (war); Art. Von Clöster gelübden: erstlick, nottorfft (Nothdurft), ys (ist), dardorch (dadurch), worden (wurden) et his steit (steht); Art. Von der Bischoffen gewalt: feihle (Fälle), gheit (gebt), hilligen (heiligen). — Has formas esse dialecti Saxoniae inferioris, ex eo quoque colligere licet, quod Articulorum Suobacensium in hanc dialectum translatio supra p. 141 sq. recensita et huius Confessionis translatio in eandem dialectum illico recensenda (Ed. aut. 5.) plurimas earum exhibent.

In hac Editione fere omnes errores typogr. et loci corrupti Editionis 1. reperiuntur et novis aucti sunt, e. c. pro Ed. 1. fol. B 1ª lin. 2. leben et fol. B 2ª lin. 3. Phariseer in hac Ed. leguntur lieben, Phariseen; Ed. 1. fol. A 3ᵇ lin. 26. auff, A 4ª lin. 28. ein, B 1ª lin. 26. werck, F 4ᵇ lin. 16. joch, G 4ᵇ lin. 6. mer in hac Ed. indiligentia typothetae et correctoris desunt.

Praeter hos errores Weberus l. l. I. p. 380. affert hasce varias lectiones, quibus haec Ed. ab Ed. 1. differt et cum Ed. 6. infra recensenda consentit:

---

*) Krafftius l. l. p. 15. de huius Ed. dialecto hoc proposuit iudicium: „Dialectus et orthographia, quae in terminatione vocum: *habend bleibend werdend* cum Prima, sed subinde etiam cum Secunda convenit, nonnunquam autem singulare quoddam ostendit." Sic, ut ipse p. 74. dicit, varias voces appellat, quas haec Ed. ab inferioris Saxoniae dialecto adscitas Helveticae immiscuit. — Weberus l. l. I. p. 377 sq. de ea sic iudicat: „Nach sorgfältiger Collationirung mit der ersten von mir angezeigten Ausgabe habe ich bemerkt, daß gleichfals die schweizerische Mundart, zuweilen ein wenig gemildert, und dann und wann, jedoch sehr selten mit einigen Niedersächsischen Wörtern: ogentlich — sprickt — vnde — minsch — fröchten — fryheit — werlt — troßlick — u. s. w. vermischt, in der Confession herrscht."

Ed. 1.	Ed. 4.	Ed. 1.	Ed. 4.
B 4^b lin. 5. 6. gesetzte Fasten	— gesetze, fasten	E 2^a lin. 5. anzogen	— angezogen
C 3^b — 13. nienen	— nirnen	E 4^b — 30. übertennend	-- ebereilen
D 4^a — 25. sechenn [i. q. sehen]	— zeichen	F 2^a — 30. bä'tlen	— platten
D 4^b — 15. gewüssenn. Darzu	— gewyssen, darzu	G 4^b — 21. anzuziechen	— anzuzeichen

Cum Ed. 1. haec Ed. eo quoque congruit, quod vocem Schelm iisdem duobus locis habet ac illa, nempe in articulo extremo Von der Bischoffen gewalt, et in Epilogo.

De *loco*, quo haec Editio impressa sit, Krafftius l. l. p. 73 sq. hanc proposuit coniecturam: „*Tertiae* [i. e. huius *quartae*] impressionis locum coniectura adsequar, necesse est, simul ac *Quartae* [i. e. subsequentis *quintae*] diuinatus fuerit, nam non solum in binis his editionibus ubique ferme idem typi, et eadem charta, sed in titulo etiam idem Imperatoris insigne conspiciuntur; verisimillimum itaque est, in uno loco, et ab eodem Typographo utramque impressam esse; cum autem Bugenhagius Quartae editionis curam, ut §. VII. coniectaui, gessit, illumque temporis, quo Confessio exhibebatur, tractum in Saxonia egit Inferiori, et haud longe post Lubecam intraret, ac ibidem a. M. D. XXX. plura scripta, dialecto Saxoniae Inferioris composita, prelo subiiceret, vero admodum est simile, hanc Quartam editionem Lubecae esse editam; eadem autem in ciuitate, ut mea fert opinio, *Tertia* quoque impressa est; saltem quod in Saxonia Inferiori excusa fuerit, ex variis vocibus probabilissime colligitur, quas haec editio, ab Inferioris Saxoniae dialecto adscitas Helueticae immiscuit. — — Existimo enim, aut homini, qui hanc editionem pro impressione descripsit, aut ipsi typothetae aliquam sui idiomatis vocem huic quippe magis adsueto, subinde obrepsisse, quam vel ex praecipitantia ipsi editioni intexuit.« — Weberus l. l. I. p. 380. de loco impressionis haec refert: „Druckort dieser Ausgabe läßt sich schwer bestimmen, doch erhellet aus den niedersächsischen Wörtern, die sich zuweilen in die oberländische Mundart mit eingemischt, wie auch aus dem vorangeführten Wappen sowohl auf dem Titel, als am Ende der Confession, daß er in einer niedersächsischen Reichsstadt, und zwar wie ich nachher zeigen werde, wahrscheinlich zu Lübeck, zu suchen sey." Contra hoc iudicium, hanc Ed. 4. et subsequentem Ed. 5. Lubecae esse impressas, Funk in libro supra p. 477 sq. laudato p. 158. in annot. haec affert: „Aus der niedersächsischen Sprache und dem Reichsadler vermuthet Weber Lübeck als den Druckort dieser beiden Ausgaben. Diese Angabe hat jedoch gegen sich, daß die lübschen Drucker in jener Zeit den römischen Reichsadler nicht mit dem österreichischen Wappen auf der Brust (wie W. in der benannten Ausgabe bezeichnet), sondern entweder den bloßen Doppeladler (siehe die lübsche Kirchenordnung v. 1531), oder denselben mit einer Krone zwischen den Köpfen führten; und daß nach v. Seelen's Nachricht von der Buchdruckerei in Lübeck und allerlei hier gedruckten merkwürdigen Büchern, Lübeck 1740, und nach allen hier bekannten lüb. Drucken, und deren Catalogen hier erst i. J. 1531 evangelische Bücher gedruckt wurden, auch jene Ausgabe der Confession nirgends erwähnt noch gefunden wird." Ex his consequitur, certe dubium esse, utrum *Lubeca* an alia Saxoniae inferioris urbs sit locus impressionis. Cum his conferantur, quae infra de loco, ubi Editio ant. 5. impressa sit, afferentur.

Hanc Editionem in mea Editione critica signabo: *Ed. ant. 4.*

Quinto loco a Webero l. l. I. p. 381 sqq. Funkio l. l. p. 157. et Foerstemanno l. l. p. 356.; *quarto* autem a Krafftio l. l. p. 15 sq. et Feuerlino l. l. I. p. 41. nr. 250. recensetur haecce in idioma Saxoniae inferioris translatio:

Anteking vnd be

kenienisse des gelouens vnde der le=
re, de de appellerende Stende Key.
Maiestat vp den yegenwardigen dach
tho Augßborg auerantwert hebben.

M. D. XXX.

Infra hunc titulum est idem Insigne ac in titulo proxime praecedentis Editionis 4., quapropter lectores ad descriptionem eius supra datam delego. Haec Editio item typis minoribus, qui *Corpus* nominantur, impressa (quam

ob rem pagina integra nullis intervallis interrupta 32 lineas s. versus habet) continet 4 plagulas *) litteris A — D signatas, 31 folia non num. et ultimum folium album, sine loci ac typographi nomine, 8° min. (fol. A 1^b vacat; fol. A 2^a — 4^a med. Praefatio ad Caesarem, inscriptione carens; fol. A 4^a extr. — B 4^a init. Articuli fidei inscripti: Artikel des Louens | vnde der Lere. quorum numeri litteris i — xxi. superscriptis signati sunt (excepto articulo XVII, qui hoc romano numero inscriptus est), cum eorum epilogo; fol. B 4^a post init. — D 7^a init. Confessionis altera pars inscripta: Artikel an welcken twispalt ys, dar | ertelt werden de misbrüke so geandert synt. qui articuli peculiaribus inscriptionibus instructi numeris carent; fol. D 7^a — 7^b Confessionis epilogus voce Beschlüth inscriptus subiunctis subscriptionibus; fol. D 8 vacat). **)

In hac Ed. dialecto Saxoniae inferioris scripta, Webero teste, plurimi Ed. 1. errores typograph. et loci corrupti repetiti, nonnulli tamen emendati sunt, scilicet hi:

Ed. 1.	Ed. 5.	Ed. 1.	Ed. 5.
B 3^a lin. 9. vermeint	— man vorment	D 1^a lin. 9. hochuätig	— hochnödich
C 1^a — 8. vnersuchten	— vnuorsöchten	D 2^a — 17. 18. gesehen	— gescheen
C 2^b — 22. nach	— nicht	F 2^a — 26. stat	— standt
C 3^a — 15. 16. gedulder	— gedüldet	F 4^b — 19. gepflantzet	— tho planten

Sed longe maior est numerus locorum, quibus haec Ed. 5. ab Ed. 1. aut additis aut omissis vocibus aliisve mutationibus differt, id quod ex his exemplis elucet:

Ed. 1.	Ed. 5.	Ed. 1.	Ed. 5.
A 3^a lin. 2. offtgemelts	— vorgemeltes	D 4^a lin. 12. vil lertend,	— vel hebbe gelert,
A 4^a — 28. Arriani	— deest.	— 25. sechenn [i. q. sehen]	— seggen [i. q. sagen]
A 4^b — 20. auß	— van	D 4^b — 14. das hauptstuck vnd das fürnemest darinn ist,	— dat höuetstücke dar ynne ys, vn̄ dat vornemeste,
B 1^a — 6. vn̄ todten	— vnde de doden		
B 1^b — 3. 4. durch glouben	— dorch den louen		
B 2^b — 26. on ordenlichen beruff.	— an ördentlichen berop vfft esschinge.***)	E 1^b — 13. nötigern	— nödighen
		— 22. er	— deest.
B 3^b — 11. den gloubigen vn̄ außerwelten	— desunt.	E 2^a — 32. erkennt habend:	— erkennen,
		E 2^b — 5. hie schuld gibt,	— de schult gyfft,
— 20. vertilcken werden.	— vordelget werden.	— 14. leiplich übung	— stedlike öuinghe [stetige Uebung]
B 4^a — 2. neüwekeit	— nichticheit †)		
— 26. spricht	— deest.	— 32. man ein	— man nen
B 4^b — 6. &c.	— deest.	E 3^a — 9. 10. trennet nitt	— tho trennet vfft tho delt nicht †††)
— 10. gar nitt	— gantz nicht		
— 15. mag	— mögen	— 21. gar vil	— gantz vel
C 1^a — 10. seer	— gantz	— ult. ir vil, auch	— erer vel dar mede
D 1^a — 17. 18. die scherpffe vnnd reüche linderen	— de scherpe vnde rode senfften vnde lindern ††)	E 3^b — 1. vor gebürenden Jaren	— ock vor eren vullenkamen jaren *†)

*) Hunc plagularum numerum etiam Feuerlinus l. l. I. p. 41. nr. 250. affert, et Weberus l. l. I. p. 381., qui eodem exemplo usus est, quo nunc ipse utor, item Karl F. A. Scheller in l. Bücherkunde der Sassisch-Niederdeutschen Sprache, hauptsächlich nach den Schriftdenkmälern der Herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel entworfen (Braunschweig, 1826. 8°) p. 192 sq. nr. 756., ubi hanc translationem breviter recenset, et Bertramus in Wöchentl. Hall. Anzeigen v. J. 1773. p. 67.; at Krafftius, qui praeter suum exemplum et Feuerlini etiam Guelferbytanum inspexit, l. l. p. 16. refert, hanc Ed. constare *plagulis* V., id quod tantum typogr. errorem iudico. — Saligius Hist. der A. C. I. p. 711. huic Ed. male tribuit formam duodenariam.

**) Hanc Editionem rarissimam ex Bibliotheca acad. Gottingensi in manibus habeo.

***) vfft esschinge i. q. oder Erforderniß, aut officio, conf. Versuch eines bremisch-niedersächsischen Wörterbuchs (5 Tomi, Bremen 1767 — 1771. 8°) T. V. p. 363. In art. Von Kloster gelübden verba Ed. 1. nach eines yeden beruffs interpres eadem voce reddit: nach eynes jtlicken esschinghen [secundum cuiusque munus]. — Hoc sine dubio additamentum interpretis est.

†) nichticheit (i. q. Nichtigkeit) videtur typogr. error pro nigicheit (i. q. Neuigkeit).

††) Codices et Ed. princeps Mel. h. l. habent: die scherffe vnd rigorem lindern; Editt. ant. 1 — 4. pro rigorem exhibent reuche i. q. Rauhigkeit, pro qua voce interpres in Ed. 5. scripsit rode [Ruthe], virga (scil. castigatoria) et addidit senfften [sanft machen].

†††) i. e. zertrennet oder zertheilt nicht. — Interpres h. l. addidit: vfft tho delt (oder zertheilt).

*†) i. e. ihrer viele damit auch vor ihren vollkommenen Jahren

E 4b	lin. 30.	überrennend sy	— lopen se [laufen sie]
F 1b	— 30.	den anderen	— desunt.
F 2a	— 26. 27. 28.	das wir auch jnn des söllend eusserlich mitt fleyß gute werck thun, vnnd vnsers berussis wartenn,	— desunt.
F 2b	lin. 30. 31.	das sy haben die übermaß der werck, die man Gott nit schuldig sey.	— desunt.
G 1b	— 23.	oder	— deest.
	— 31.	als werend jr lebendig,	— als weren gy leuendich noch ynn der werlt,

Haec exempla a Webero proposita sufficiant, ex quibus huius Editionis ab Ed. ant. 1. diversitas cognoscatur. Vocem schelmen iisdem duobus locis habet, quibus in Editt. 1. 3. 4. legitur.

De huius translationis *auctore* Krafftius l. l. p. 16 sq. hanc proposuit coniecturam: »Autorem huius vel translationis, vel si mauis, transcriptionis, et editionis, coniicio esse Io. Bugenhagium, Virum propagatione instauratae religionis de Ecclesiis Septentrionalibus immortaliter meritum: Partim enim hac lingua, quam lacte quasi materno imbiberat, Pomeranus usus fuit, unde cum de puritate doctrinae euangelicae in Saxonia Inferiori conseruanda tanto studio niteretur, ut Bibliorum Germanicorum Lutheri integri corporis, hoc in idioma translati, saltem dirigendo autor esset, laborem non adeo molestum in conuertenda A. C. ponendum neutiquam videtur subterfugisse: Partim quod Ph. Melanchthon iam in antecessum veritus, ne Confessionem in publicum spargeret, cum ipso communicari eam nolebat.« *) Ob haec argumenta etiam Webero l. l. I. p. 383. probabile videtur, Bugenhagium huius Ed. esse auctorem, ad quam sententiam magis firmandam haecce addit: „Darzu kömmt auch noch, daß sich Bugenhagen [cuius loco errore typograph. legitur Melanchthon] im J. 1530. 31. und 32. wirklich in Niedersachsen und zu Lübeck aufgehalten. Beide Umstände machens also wahrscheinlich, daß Lübeck der Druckort sey: welche Conjektur auch noch dadurch begünstiget wird, daß der einfache römische Reichsadler, mit dem österreichischen Wappen auf der Brust für den Druck in einer Reichsstadt, und zwar des Dialekts wegen, für eine Reichsstadt in Niedersachsen zu sprechen scheint." Idem de *loco* impressionis etiam Krafftius l. l. p. 73 sq. indicat (vide supra p. 495 sq., ubi eius verba in Editionis 4. recensione adscripsi), addit autem l. l. p. 74 sq. Saligii quoque sententiam **) a sua diversam hisce verbis: »Ceterum de *Quarta* [i. e. quinta] editione adhuc obseruo, hanc B. Saligium Magdeburgi per Woltherum esse exscriptam, hac ex ratione, tradidisse, quod eodem, quo haec, in Augusta Bibliotheca Guelferbytana, compacta est, volumine alii libelli comprehendantur, qui eadem dialecto, iisdem typis, hoc circiter tempore Magdeburgi prodierunt; verum cum idem volumen inspiciendi, nactus fuerim copiam, nonnihil differentiae inter typos Confessionis et Magdeburgicos, bene obseruaui.« Quibus in adnotatione haec adscripsit: »Adhuc prae manu habeo *De bekentenisse, D. Martini Luthers vp den jegenwardigen angestelden Rykesdage tho Augsburg. In XVII. Artikel Vorvatet.* M. D. XXX. 2 pl. in 4. form. minor. cuius in fine legitur: *Gedrücket tho Magdeborch Dorch Hans Wolther.* Ast hic libellus, qui prima Confessionis materia est, longe alios quam Confessionis Quarta editio typos habet, quamuis eodem anno et per Woltherum Magdeburgi sit excusus.« — Funkii de illo loco impressionis, quem Krafftius et Weberus sumunt, iudicium supra p. 495 sq. adscripsi. Foerstemannus l. l. p. 356. in recensione Editionis Funkianae huic iudicio adnotavit haecce: „Die Gründe, welche Hr. F. gegen die Vermuthung, daß Lübeck der Druckort von Nr. IV. u. V. sey, [anführt,] scheinen uns unhaltbar. Doch läßt sich auf der andern Seite ebenso wenig vor einer genauern Erweisung Magdeburg bestimmt angeben. Der Sup. Göring nennt geradezu Lotther in Magdeburg als Drucker einer von dieser wahrscheinlich verschiedenen Ausgabe."

His verbis Foerstemanni extremis idem indigitari videtur, quod Bertramus in Wöchentl. Hall. Anzeigen v. J. 1773. p. 69. dicit hisce verbis: „Wenn man sich auf die Orthographie in den Hardtischen autogr. Brunsv. T. 3. p. 200. verlassen kan, so wäre dort noch eine andere Octav-Ausgabe des platt-teutschen Exemplars angezeigt, (Antwurde ꝛc.) zumal weil överantwert für averantwert (ö für a) gesetzt ist. *) Es kan auch wol seyn, daß dieses zu Braunschweig

---

*) Vide locum ex eius ad Vitum Theodorum epistola supra p. 211 sq. allatum.

**) Hanc proposuit in l. Vollständ. Historie der Augspurgischen Confession T. I. p. 711 sq., ubi titulo huius Ed. allato haec addit: „Es stehet zwar kein Ort und Jahr dabey, allein, ich zweifle nicht, daß sie zu Magdeburg gedruckt. Denn bey meinem Exemplar sind Lutheri Glosse auf das vermeinte Kayserliche Edict, desgleichen seine Warnung an seine liebe Teutschen: die Predigt, daß man die Kinder zur Schulen halten solle, alle in der Nieder-Sächsischen Sprache, beygebunden, und bey der letzten stehet hinten: Gedrucket in der Kayserlichen freyen Statt Magdeborch dorch Hanß Wolther. Desgleichen Lutheri Wedderrop vam Vegefür gedruckt tho Magdeborch dorch Henrick Ottinger, item van dem Gruwel der Stilmissen, so men den Canon nömet, auch zu Magdeburg 1529 durch Heinrich Ottinger. Weil nun der Druck in allen diesen Niedersächsischen Tractätgen einerley ist, so schließe ich daraus, daß die Augspurgische Confeßion auch daselbst gedruckt sey."

***) Nam Herm. von der Hardt in Autographis Lutheri et coaetan. T. III. p. 200. hanc translationem sic recensuit: „Kalte linge unde Bekentniß des Gelovens unde der Lehre, de de appellerende Stände Käyserl. Majest. up den gegenwardigen Dach to Augsb. överantwert heben 1530."

gewesene Exemplar von dem Wolfenbüttelischen, das D. Feuerlein bekommen gehabt, verschieden ist, zumal wenn jene Sammlung jetzt in Helmstedt ist." Ex his intelligitur, fortasse alteram huius Confessionis in dialectum Saxoniae inferioris translationem exstare, de qua autem aliquid certi dicere nequeo.

Sexto loco a **Webero**, a **Krafftio** autem (propter omissam tertiam Editionem) *quinto* recensetur haecce Editio omnium rarissima:

> Anzeigung vnd Bekentnis des Glaubens vnd der Lere, so die Appellirenden Stende Key. Maiestet, auff jtzigen tag zu Augspurg vberantwortet haben. M. D. XXX. (in 8°)

quam **Ioh. Gottfrid. Zeidler** recudendam curavit in hoc libro:

> Des Ehrwirdigen Herrn, | *D. Martini | *Lutheri | Bücher, Schrifften vnd Predigten, | Welche | In den Wittembergischen, Ihenischen vnd Eislebi- | schen Teilen, Kirchen vnd Hauspostillen, auch zuletzt vor diesem | ausgangenen Aldenburgischen Tomis, nicht zu finden, vnd doch von dem tewren | Man GOttes zum teil in Druck ausgangen, vnd sonst geschrieben | vnd gepredigt worden sind. | Mit einer Vorrede | *Herrn Ioh. Francisci Buddei, P. P. | und itziger Zeit Prorectoris der hochlöb- | lichen Universität in Halle, | Von | Rechten Gebrauch der Schrifften Lutheri. | (Imago Christi crucifixi, quem Elector Saxon. et Lutherus genibus innixi adorant) | *Halle, im Hertzogthum Magdeburg. | Zu finden bey Johann Gottfried Rengern Buchhändlern daselbst. Anno M DCC II. (Lineae asterisco signatae rubro colore impressae sunt.) Prima 14 folia non num., 547 pagg. num. in binas columnas divisae, ult. pag. vacat, Fol. *)

Zeidleri editoris nomen legitur in fine epistolae dedicatoriae et alterius praefationis inscriptae: Vorbericht Von Ausfertigung der Schrifften Lutheri, absonderlich gegenwärtigen Wercks." **) In huius libri pag. 346 (altera columna) — 363. recusa est Confessio germanica sic inscripta:

> Anzeigung vnd | Bekentnis des Glau- | bens vnd der Lere, so die | Appellirenden Stende Key. Ma- | iestestet (sic), auff jtzigen tag zu Aug- | spurg vberantwortet ha- | btn (sic). M. D. XXX.

cui titulo editor in margine haec adnotavit: „In des Hochgebornen Graffen vnd Herrn, Herrn Johann Georgen, Grafen vnd Herrn zu Mansfeld, Edlen Herrn zu Heldrungen Seeburg vnd Schraplau rc. Bibliothec in Octav mit kleiner Schrifft zu Wittemberg gedruckt zu finden, vormals meines Urelterraters, Johannis Petreii Superintendentens zu Mülhausen gewesen."

Hanc Editionem post **Zeidlerum** nemo, qui de his rebus scripsit, hucusque conspexit, ***) quapropter vere *omnium rarissima* nominatur. **Bertramus** in libro infra nota ***) laudato p. 87. illis Zeidleri verbis in margine adiectis haec adscripsit: „Es wäre zu wünschen, daß, wenn diese Bibliothek des Grafen Johann Georg von Mansfeld noch vorhanden ist, das Buch darin aufgesucht werden möchte. Ohne Zweifel wäre diese Bibliothek in Eisleben zu suchen, weil die Eislebische Linie der Grafen 1710. mit Johann Georg III. ausgestorben ist." **Weberus**, qui l. l. I. p. 387. item fatetur se fatorum Bibliothecae huius Comitis Mansfeldensis esse ignarum, suspicatur hanc Editio-

---

*) Hunc librum ex Bibliotheca academ. Hallensi in manibus habeo.

**) In hac praefatione fol. c 4a haec affirmat: „Ueberhaupt ist zu wissen, daß alle Stück in diesem Werck begriffen in Originali bey mir zu finden, ausser denen da auffm Rande notiret, woher ich solche bekommen, —. Und ist alles und jedes so wol gedrucktes als geschriebenes, von mir getreulich abgeschrieben, mit den Originalen nochmals collationiret, und im druck mit fleiß corrigiret, also das mit willen kein buchstab verändert, und auch die druckfehler, wo sie nicht gantz kentlich, wie sie sich in den Originalen befinden, gelassen sind."

***) **Phil. Frid. Hane** in *Historia critica Augustanae Confessionis* p. 53 sq. annotatione *a*, in qua de Editionibus ante-Melanthonianis disserit, opinatur, etiam **Christ. Reineccium** hanc Editionem ipsam in manibus habuisse, id quod ex eius annotatione articulo XII. fidei in l. *Concordia Germanico-Latina* adscripta colligit; at **Bertramus** hanc opinionem in Wöchentl. Hall. Anzeigen vom J. 1773. Nr. 6. p. 87 sq. nota 9. sic refutavit: Daß Hr. D. **Hane** glaubt, **Reineccius** habe diese Edition auch gehabt, und ihr den Zeidlerischen Abdruck gemäß befunden, beruhet auf nichts weiter, als daß er nicht immer auf Buddeum oder Zeidlern sich beziehet, sondern dafür schlechthin ed. Witt. germ. 1530. 8. setzt. Und auf solche Art müßte sie **Muhlius** 1730. bey seiner Edition, die von Hrn. D. **Hane** mit besorgt worden, auch gehabt haben, weil in der Vorrede steht: „Weiter ist auch die zu Wittenberg A. 1530. in 8vo mit kleiner Schrift gedruckte Edition, deren Abdruck Zeidler dem Hällischen Tom. — — — einverleibet, zu Rathe gezogen;" wofür es nach denen bloß aus Zeidlern gemeldeten Varianten heißen solte, es sey der **Abdruck** der Witt. Ed. gebraucht. Es würde auch Reineccius in der exerc. hist. de A. C. graeca Dolscii 1730. (und vorher 1726.) §. 5. nicht sich bloß auf diesen Abdruck beziehen, und mit dem Zusatz, Authenticum *quondam fuit* in biblioth. Illustriss. Comitis Mansfeldensis, sich begnügen, wenn er die Ausgabe selbst auch gehabt oder gesehen und genutzt hätte. — Idem fere **Bertramus** iam in Wöchentl. Hall. Anzeigen a. 1767. Nr. 44. p. 815 sq. in annot. 89. dixerat.

nem rarissimam in Bibliotheca Imperiali Viennae reperiri. *) His iudiciis commotus ad duos viros clarissimos mecum amicitia coniunctos in illis urbibus Islebiae et Viennae degentes litteras dedi, rogans, ut hanc Editionem illic quaererent et me de hac re facerent certiorem. Nunc ex Islebia recepi litteras, quibus ad meam quaestionem sic respondetur: „In illa urbe nonnisi Bibliothecam Ecclesiae Sancti Andreae exstare, in cuius Catalogo Nr. 228. inveniatur haec Editio: Confessio oder Bekentnis des Glaubens etlicher Fürsten vnd Stedte, überantwortet Keyserl. Maj. zu Augspurg 1530. 4°." Unusquisque facile videt, hanc non esse Editionem tantopere quaesitam, sed Melanthonianam principem supra p. 239 sq. recensitam. Ex Vienna mihi respondetur, illic in Biblioth. academ. tantum Editionem ant. 1. et Ed. Mel. principem asservari. — Tam diu autem, quoad exemplum huius Editionis authenticum nondum repertum est, Zeidleriana eius repetitione eius loco utamur necesse est.

Haec Editio, quae dialectum Saxoniae superioris exhibet, Webero teste, praecedentibus multo correctior est et plurimos illorum errores typographicos et locos corruptos habet emendatos, id quod ex his exemplis intelligitur:

	Ed. 1.	Ed. 6.
A 2ᵃ lin. 17.	mit Recht auffgelegt	— mit recht außgelegt
A 2ᵇ — 1.	one	— an
— 11.	vermögen,	— vermöge
A 3ᵃ — 19.	worden	— werden
A 3ᵇ — 1.	auff nächsten	— auf dem letzten
— 29.	geflossen	— geschlossen
A 4ᵃ — 28—30.	der gleichen. So nun	— dergleichen, so nur
A 4ᵇ — 26.	verdienet	— versünet
B 1ᵃ lin. 10.	bekennen	— bekomen
— 25.	des heiligen geists	— den heiligen Geist
B 2ᵇ — 9. 10.	Nouiciani	— Nouatiani
— 19.	vnserem	— vnsern
B 3ᵃ — 17.	vnbillichen rechten	— vblichen Rechten
B 4ᵃ — 2. 3.	wirt. So seind	— werde, So sind
— 22.	erhept	— erhelt
B 4ᵇ — 9.	gelert nichts	— gelernet nu

Quamquam autem haec Editio eiusmodi emendationibus praecedentibus Editionibus excellit, tamen quasdam habet omissiones, **) inprimis vero notatu digna sunt nonnulla additamenta aliaeque lectiones, quibus ab illis 5 Editt. differt et fere ubique cum Codice Moguntino congruit. Weberus l. l. I. p. 390 sq. et illarum omissionum, et harum additionum aliarumque lectionum haecce proposuit exempla, inter quae ea, quibus haec Ed. cum Codice Moguntino consentit, asterisco signata sunt:

	Ed. 1.	Ed. 6.
A 4ᵃ lin. 28.	ein guten	— guten
A 4ᵇ — 16.	haltend	— *haben
B 1ᵃ — 6.	läbenden vnd todten	— *lebendigen vnd die todten
— 10.	vnnd werdind gerecht	— *vnd gerecht werden
— 21.	leret,	— *do leret,
B 1ᵇ — 4.	glouben	— *den glauben
B 2ᵃ — 8.	den Tauff	— *solche Tauff
— 26.	Nun	— *vnd
B 2ᵇ — 9.	werdend	— deest.
— 15.	Von dem brauch	— *Vom brauch
— 30.	Feyrfeste	— *feyer, Feste
B 3ᵃ — 23.	die	— *die jenigen
B 3ᵇ — 12	vnd fröud	— *vnd ewige freude
B 4ᵇ — 2.	zu	— *vor
— 30.	Ephe. 2.	— Ephesern im 2. Cap.
— 32.	sonders	— sondern
C 1ᵃ — 13.	beschleüßt	— *schleust
— 14.	Paulus	— *auch Paulus
C 1ᵇ — 5.	teüffel	— *der Teufel
C 2ᵃ — 14.	meyden. ꝛc.	— *meiden.
— 24.	Keys.	— *die Key.
C 2ᵇ — 18.	fellen	— deest.
— 19.	dann	— deest.
C 3ᵇ — 6.	auß den	— *durch die
C 4ᵇ — 6.	von dem	— *vom
— 9.	gesetzt	— widersetzt
D 1ᵃ — 4.	die	— Sie
— 25.	das	— *dis
D 1ᵇ — 9—11.	so doch Gott in der heiligen schrifft, den Eestand in allen eeren zehaben gebotten hat	— desunt.
D 1ᵇ — 24. 25.	oder enderen, Darum̃	— *oder endern, also kan auch kein gelübde, Gottes gebot endern. Darumb
D 2ᵃ — 1.	gelindigkeit,	— *gelindigkeit vnd
— 1.	denen	— *diejenigen

*) Nam l. l. I. p. 387 sq. in nota o. haec refert: „Aus einem handschriftlichen Verzeichniß seltener Ausgaben der A. C. in der kaiserlichen Bibliothek zu Wien, welches Se. Excellenz der Herr geheime Rath Freyherr von Fritsch auf meine Veranlassung ausgewirkt, und mir zu communiciren geruht, sollte ich fast schließen, daß die kaiserliche Bibliothek diese höchst seltene Ausgabe besitze."

**) Einsmodi omissiones, quamquam non omnes, etiam Zeidlerus l. l. in margine adnotavit.

Denique memorandae sunt huius Editionis lectiones illorum locorum, quorum priore Apostoli vel Episcopi in Editt. ant. 1. 3. 4. 5. et altero Monachi in Editt. 1 — 5. schelmen vocantur. Illo loco, qui exstat in art. Von der Bischoue gewalt, haec Ed. pro Ed. 1. Daß den schelmen der gwalt zu besseren, habet: das jnen der gewalt zu bessern, et altero, qui legitur in Beschluss, pro Ed. 1. Es hattend auch die Pfarrherren vnendtliche gezenck, mit denen münich schelmen, haec Ed. exhibet: Es hatten auch die Pfarrer vnendlich gezenck mit den Münichen, utroque loco cum Codice Moguntino consentiens.

Hoc frequenti consensu huius Editionis 6. cum Codice memorato Bertramus commotus esse videtur, ut Zeidlerum fraudis accusaret. Nam in Ge. Theod. Strobelii l. Neue Beyträge zur Litteratur besonders des XVI. Jahrhunderts. Tom IV. Fasc. 2. (Nürnberg und Altdorf 1793. 8⁰) p. 43. principio secundae dissertationis inscriptae: Von Cochläi Uebersetzungen aus dem deutschen Original der Augspurgischen Confession, Bertramus, huius dissertationis auctor, haec adnotavit: „Wittenbergischer Octavdruck von 1530, den Hr. Weber noch angenommen hat, ist Zeidlers Figment oder irrige Vermuthung. Und sein Abdruck im Hallischen Supplement der Werke Lutheri (1702. Fol.) ist bloße Interpolation des Concordienexemplars, die nicht alle Fehler des sonst bekanten Octavdrucks liefert, (selbst viele von denen nicht, die in der Krafftischen Disputation unter D. Feuerlein de A. C. septies a. 1530. impressa diesem Zeidlerischen Abdruck mit zugeschrieben werden, und die sein Original freylich wird enthalten haben,) ja die auch nicht alles Gute dieses Drucks eingetragen, und daher die Lücke des 23 Artickels überschlagen hat. Hat er, wie sein Vorbericht sagt, einige allzuodiöse Tractate weggelassen, so wird er auch in der Confession die Schelme da nicht haben einrücken wollen, wo sie von Mönchen und Bischöfen vorkamen, und man kann nicht daraus schließen, daß sein Original davon gereinigt gewesen sey. Man findet bey ihm auch nur sieben Randcorrecturen, und in der zweyten und größern Abtheilung hat er sie lieber vermieden."

Huic Bertrami iudicio, *) quamquam a Foerstemanno quoque l. l. p. 356. probato, equidem minime assentior, quia mihi persuadere nequeo, Zeidlerum ad tantam fraudem faciendam fuisse aptum. Quapropter iudico, hanc Editionem a Zeidlero l. l. repetitam, quamquam post hunc virum a nemine, qui de his rebus scripsit, conspectam, vere prodiisse **). Quod vero hic editor addit, eam Witebergae excusam esse, nescio an locum hunc impressionis ipsa Editio exprimat, an editor e sua adiecerit coniectura; illud vero propter summam curam et diligentiam, quam in recudendo hanc Editionem Zeidlerus adhibuit, admodum probabile est. ***)

Hanc Editionem Baumgartenius in libro supra p. 483 sqq. recensito: Christliches Concordienbuch, cum Confessionis textu in *Libro Concordiae* contulit eiusque varias lectiones sigla „Zeidl." [Zeidlerus] notatas in margine inferiore adscripsit. Inprimis vero memoranda est Weberi huius Editionis cum *Codice Moguntino* collatio, quam in huius Codicis Editione critica supra p. 451 sq. laudata in margine inferiore exhibuit, ubi huius Editionis a Zeidlero recusae varias lectiones signavit: „Ae. Ex. 2." [Aelteres Exemplar 2.]. Equidem hanc Editionem in mea Editione critica signabo: *Ed. ant. 6.*

---

*) Priori tempore ab hac gravi accusatione longe abfuit; nam in Wöchentl. Hall. Anzeigen a. 1767. p. 425 sq. nota 23. ipse iudicat, Editioni Wittembergensi a. 1531. 4⁰ aliam Editionem Wittemberg. a. 1530. 8⁰ a Zeidlero in illo Tomo recusam antecessisse, quapropter illam Editionem a. 1531. 4⁰ Melanthonis quidem primam, sed non Wittembergensem primam esse nominandam. Item in Wöch. Hall. Anz. a. 1768. p. 465 sq. nota 155. de hac Ed. sic disserit: Da sie allerdings sehr unbekant ist, und Feuerlein sie zwar in der biblioth. symb. aus Zeidlers Abdruck angeführt, aber den Drucksort, den Zeidler am Rande des Titels anzeiget, nicht beyfügt, der auch in der Baumgartischen Vorrede zum Concordienbuch nicht angezeigt werden; so halte ichs nicht für überflüssig, aus einer schon gerühmten Zuschrift folgende Worte herzusetzen: „Von der not. 23. gemeldeten ersten Wittenb. teutschen Ausgabe, 1530. 8, möchte ich wol nähere Nachricht haben. Ich wenigstens weiß nicht, wodurch sie sich genau von andern unterscheide, oder ob Zeidler gewiß gewußt, daß sie 1) 1530. und 2) zu Wittenberg gedruckt ist." Beides leztere muß man ihm, da er es schlechthin bezeuget, so lange wol glauben, bis man das Glück hat, ein solches Exemplar selbst zu sehen, und vielleicht ist die Bibliothec des Grafen Joh. Georg von Mansfeld noch vorhanden. Mir deucht aber auch, daß es sich durch den Baumgartischen Auszug der Lesearten wol bestätige. Da dieser negative und positive gelten muß, so siehet man daraus nicht bloß, daß die Aenderungen von 1531. noch darin fehlen, und sie in dergleichen Stellen mehrentheils mit dem verglichenen Exemplar oder Abdruck der oberländischen Ausgabe übereinstimme, sondern auch daß sie sich von diesem oft unterscheide, da dieses Fehler enthält, die in dem Zeidlerischen Exemplar nicht stehen, ob er gleich versichert, daß er die Druckfehler selbst beybehalten habe. Doch aber siehet man auch, daß einige unbequeme Lesearten noch mit jenem Exemplar übereinkommen; Z. E. Artic. 20. Meinung für Ermahnung; zu dieser Zeit, für vor; Augustinus erinnert uns doch, für auch; sich allein durch menschliche Schrift regiert, für Kräfte; den befohlnen Aemtern fleissig Befehl zu thun, an statt, befohlne Aemter fleissig auszurichten. Im übrigen hat D. Feuerlein den Abdruck auch von seinem Octavexemplar der oberländischen oder frühzeitigen Ausgabe verschieden befunden, und aus seiner Nachricht schreibt Hr. Widekind, der den Drucksort auch wegläßt, (im Verzeichniß rarer Bücher p. 247.): „Sie ist von der dritten (Feuerleinischen), mit welcher sie sonst leicht vermischet werden könnte, durch ihre verschiedene Lesearten zu unterscheiden, und besonders das im 23 Art. und im Beschluß ausgelassene Wort Schelmen, so in jener befindlich ist." — Item in Wöch. Hall. Anz. a. 1773. p. 87 sq. nota 9. minime dubitat, quin haec Ed. vere prodierit.

**) Conf. quae supra p. 247 sq. de Editione Wittembergensi priore formae quaternariae adhuc ignota sunt dicta. Fortasse illa ad hanc Editionem octonis expressam referre licet.

***) His verbis, quae Krafftius l. l. p. 17 sq. de loco scripsit, quo haec Ed., teste Zeidlero, impressa sit, assentior.

Krafftius quirque Editiones antiquiores, quas in manibus habuit, scilicet Editt. 1. 2. 4. 5. 6., ab ipso numeris I. II. III. IV. V. signatas, cum textu *Libri Concordiae* contulit, et 79 numeratas potiores variantium lectionum in hac collatione inventas in peculiari §. XIII. p. 30 — 38. secundum singulas Confessionis particulas ita proposuit, ut primum Libri Concordiae lectionem, et deinceps variam lectionem illarum Editionum antiquiorum numeris romanis signatarum afferat.

Ut singularum Editionum *dialectum* specimine quodam lectoribus proponerent, Krafftius in earum recensione Articulum VIII., Weberus autem Articulum XVII. et alteram dimidiam partem Articuli XVIII. exscripserunt. Equidem praetuli, eiusmodi specimen non, ut illi fecerant, in singularum Editionum recensione dispersim, sed nunc, post illarum 6 Editionum descriptionem, coniunctim Articulo XII. ex unaquaque accurate exscripto proponere, ut eo facilius earum diversitas cognoscatur.

Articulus XII.

Ed. ant. 1.

XII.

Von der Buß wirt gelert, das die yhenigen, ſo nach der Tauff geſündet habend zu aller zeyt, ſo ſy zur buß kommend, vergebung der ſünd erlangend, vnd jnen die abſolution von der Kilchen nitt ſol gewegert werden. Nun iſt ware rechte buß eigentlich nichts anders, dann reüw vnnd leyd oder erſchrecken baben über die ſünd, vnnd auch darnebend glauben an das Euangelium vnd abſolution, das die ſünd vergebung durch Chriſtum gnad erworben ſey, welicher glaub widerumb das hertz tröſtet vnd zu friden macht. Darnach ſol auch beſſerung volgen, vnd das man von den ſünden laſſe, dann diß ſöllennd die frücht der buß ſein. Wie ſpricht Matthens 3. Würckennd rechtgeſchaffne frucht der buß. Hie werdend verworffen die ſo lerend, das die yhenigen, ſo eyneſt ſeind fromm worden, nit wider fallen mögend. Dargegen auch werdend verdampt die Nouiciani, welche die abſolution, denen ſo nach dem tauff geſündet hatten, wegertend. Auch werdend die verworffen, ſo nit lerend, das man durch glauben der ſünde vergebung erlangennd, ſonder durch vnſer gnugthüung.

Ed. ant. 2.

rij.

Von der Buß wirt gelert, das die jhenigen, ſo nach der Tauff geſundet habend zu aller zeit, ſo ſie zur buß kommen, vergebung der ſund erlangen, vnd yhnen die abſolution von der Kirchen nicht ſol gewegert werden. Nun iſt ware rechte buß eigentlich nichts anders, dann rew vnd leid oder erſchrecken haben vber die ſund, vnd auch darneben glauben an dz Euangelium vnd abſolution, das die ſund vergebung durch Chriſtum gnad erworben ſey, wellcher glaub widerumb das hertz tröſtet vnd zu frieden macht. Darnach ſol auch beſſerung volgen, vnd das man von den ſunden laſſe, dann dis ſollen die frucht der buß ſein. Wie ſpricht Matheus. 3. Wirckent rechtgeſchaffne frucht der buß. Hie werden verworffen die ſo leren, das die yhenigen, ſo eineſt ſind from worden, nicht wider fallen mogen. Dargegen auch werden verdampt die Nouiciani, welche die abſolution, denen ſo nach dem tauff geſundet haten, wegerten. Auch werder die verworffen ſo nicht leren, das man durch glauben der ſunden vergebung erlangen, ſonder durch vnſer gnugthuung.

Ed. ant. 3.

Der czwelfft.

Von der Buß wirt gelert, das die yhenigen, ſo nach der Tauff geſündet habend, zu aller zeyt ſo ſie zur buß kommend, vergebung der ſünd erlangend, vnd jnen die abſolution von der Kirchen nit ſol gewegert werden. Nu iſt ware rechte buß eigentlichen.chts anders, dann rew vnd leyd oder erſchrecken haben vber die ſünd, vnd auch darnebend glauben an das Euangelium vnd abſolution, das die ſünd vergebung durch Chriſtum gnad erworben ſey, welicher glaub widerumb das hertz tröſtet vnd zu friden macht. Darnach ſol auch beſſerung volgen, vnd das man von den ſünden laſſe, dann diß ſöllend die frücht der buß ſein. Wie ſpricht Matthens 3. Würckend rechtſchaffne fiucht der buß. Hie werdend verworffen die ſo lerend. das die ybenigen, ſo eyneſt ſeind fromm worden, nit wider fallen mögend. Dargegen auch werdend verdampt die Noniciani, welche die abſolution, denen ſo nach dem tauff geſündet hatten, wegertend. Auch werdend die verworffen, ſo nit lerend, dz man durch glauben d' ſünde vergebung erlangend, ſonder durch vnſer genugthuung.

Ed. ant. 4.

Xij

Von der Buß wirt gelert, das die jhenigen, ſo nach der Tauff geſundet baben zu aller zeit, ſo ſy zur buß kommend, vergebung der ſünd erlangend, vnd jnen die abſolution von der Kirchen nicht ſol gewegert werden. Nun iſt ware rechte buß eigentlich nichts anders,

Ed. ant. 5.

rij.

Van der Böthe wert gelert, dat de yennen, de na der Döpe geſündiget hebben tho aller tidt, ſo ſe thor Böthe kamen, vorgeuinge der ſünde erlangen, vnde en de Abſolution van der kercken nicht ſchal gewegert werden. Nu ys ware rechte Böthe nicht anders, denn

Ed. ant. 6.

XII.

Von der Buſſe wird geleret, das die jenigen ſo nach der Tauſſe geſündiget haben, zu aller zeit, ſo ſie zur Buſſe komen vergebung der ſünde erlangen. Vnd jnen die Abſolution von der Kirchen nicht ſol gewegert werden, vnd iſt ware rechte Buſſe eigentlich nichts an-

Ed. ant. 4.

denn reuw vnd leid oder erschrecken haben vber die sünd, vnd auch darnebend glauen an das Euangelium vnd absolution, das die sünd vergebung durch Christum gnad erworben sey, welicher glaub widerumb das hertz tröstet vnd zufryden macyt Darnach sol auch besserung volgen, vnd das man von den sünden lasse, dan disz söllend die frucht der busz sein. Wie spricht Mattheus. iij. Würckend rechtschaffne frucht der busz. Hie werdent verworffen die so lerend, das die jhenigen, so eines seind fromm worden, nit wider fallen mögend. Dargegen auch verdampt die Nouitianj, welche die absolution, denen so nach dem tauff gesündet hatten, wegertend. Auch werdend die verworffen, so nit leren, das man dürch globen der sünde vergebung erlangend, sonder durch vnser gnugthuung.

Ed. ant. 5.

ruwe vnde lede edder erschrecken auer de sünde, vnde ock darbenenen löuen an dat Euangelium vnde Absolution, dat de sünde vorgeuinge dorch Christum erworuen sy, Welcker loue wedderumb dat herte tröstet vnde tho freden maket. Darna schal ock beteringe volgen, vnde dat man van den sünden late, wente desse schollen de früchte der Böthe syn, Als sprickt Mattheus. iij. Döth rechtschapene früchte der bothe. Hyr werden vorworpen, de dar leren, dat de yennen, so eins synt fram worden, nicht wedder vallen mögen. Dar gegen ock werden vordömpt de Nouitiani, welcke de Absolution, denn, de na der Döpe gesündiget hadden, wegerden. Ock werden de vorworpen, de nicht leren, dat man dorch den louen der sünde vorgeuinge erlange, sunder dorch vnse genochdönt.

Ed. ant. 6.

ders, denn Rew vnd Leid, oder schrecken haben vber die sünde, vnd doch daneben gleuben an das Euangelium vnd Absolution, das die sünde vergebung, durch Christum gnade erworben sey, welcher Glaub widerumb das hertz tröstet vnd zu frieden macht. Darnach sol auch besserung folgen, vnd das man von sünden lasse, denn dis sollen die frücht der Busse sein, wie spricht Mattheus III Wircket rechtschaffene früchte der Busse. Hie werden verworffen, die so leren, das die jenigen so einst sind from worden, nicht wider fallen mögen. Dagegen auch verdammet die Nouatiani, welche die Absolution, denen, so nach der Tauffe gesündiget hatten, wegerten. Auch werden die verworffen, so nicht leren, das man durch glauben vergebung der sünde erlange, sondern durch vnser gnugthuung.

Weberus, his sex Editionibus accurate recensitis, l. l. I. p. 392. has quatuor quaestiones proponit:

1) An hae Editiones omnes *anno 1530.* impressae sint?
2) Cur Editiones 1 — 5. *loci*, quo impressae sunt, *indicio careant?*
3) Utrum *singulae ex singulis Codicibus*, an *una ex altera* expressae sint?
4) Quanti *critici pretii* sint Codices, ex quibus hae Editiones typis descriptae sunt?

quas deinceps p. 392 — 404. sic solvit.

I. Has sex Editiones omnes anno 1530. esse impressas elucet ex tituli verbis: auff yetzigen tag zu Augspurg öberantwurt habend, additoque anni numero: *M. D. XXX.* Quapropter omnes, qui has Editiones recensuerunt, uti Reimmannus in *Catalogo biblioth. theol.* p. 403. 408., Saligius in Hist. d. Augsp. Conf. I. p. 696. 711 sq., Krafftius l. l. p. 10 — 18., Feuerlinus l. l. I. p. 40 sq., Clement in *Bibliotheque curieuse historique et critique* T. II. p. 217 — 219., recte iudicarunt, eas eodem anno 1530., quo Confessio Imperatori exhibita sit, esse excusas.

II. Causa, ob quam *locus impressionis* certe in Editionibus 1 — 5. non indicatus est, quaerenda est in Imperatoris mandato, ne Confessio ipsi exhibita excudatur (conf. supra p. 211 sq.).

III. De *origine* harum sex Editionum Krafftius et Weberus inter se dissentiunt. Ille enim putat, quinque Editiones ipsi cognitas, scil. Editt. 1. 2. 4. 5. 6., *ex quinque Codicibus* esse excusas. Nam l. l. p. 60 — 62. init. haec refert: „Singulare autem hoc accidit confessioni nostrae, ut ante exhibitionem non solum a Melanchthone, sed aliis etiam Theologis Euangelicis, qui Augustae congregati erant, cum integer, et quod excurrebat, mensis suppeteret, quotidie quasi polita, reficta, et mutata fuerit, nunc magis explicando dogmata fidei, nunc abbreuiando, nunc leniendo confessionem: mittebantur quoque eiusdem ἀπόγραφα, antequam ultima eidem imponeretur manus, ad Lutherum, mittebantur sine dubio etiam ad alios, ut consilia pariter ac iudicia de Confessione colligerentur, describebantur, quod dubio caret, a praesentibus in suos usus, negligebantur facile mutationes, quas singulis fere diebus ante exhibitionem Confessio experiebatur, quae tamen in exemplaribus, in quae transscripta erat, et poterant, et debebant notari, ex talibus ἀπογράφοις excudi poterant primae editiones A. C., unde inter illa et Confessionem, quae politius limata Caesari exhibebatur, conspicuum discrimen non potuit non intercedere. Ast non tantum potuisse haec fieri, sed etiam facta esse, de utrisque Latina et Germanicis editionibus persuadet mihi accelerata earum impressio, qua factum est, ut durantibus adhuc comitiis exempla Confessionis impressae (utrum Germanicae, an Latinae? incertum.) Augustae in conspectum venerint.“ — Econtra Weberus iudicat, *unum tantummodo Codicem* pro fundamento fuisse, ex quo prima Editio sit excusa, et *ex hac ceteras* esse ortas. Hanc sententiam probare studet hisce argumentis:

1) quod omnes sex Editiones hunc communem titulum habent:

Anzeigung vnd bekantnus des Glaubens vnnd der lere, so die appellierenden Stende Key. Maiestet auff yetzigen tag zu Augspurg öberantwurt habend. M. D. XXX.

Cum enim Confessio Imperatori tanquam memoriale, sine titulo exhibita sit, et omnes eius inscriptiones, quas Codices in tabulariis asservati habent, inter se differant et tantum ab iis, qui Acta scripserunt vel collegerunt, adscriptae sint, nec hucusque ullus Codex sit inventus, qui hunc titulum: Anzeigung vnd bekantnus ꝛc. habeat, longe verisimilius est hunc titulum a primo Codicis editore esse confectum et a sequentibus editoribus ex prima editione repetitum, quam opinio sex editores usos esse sex Codicibus, qui iisdem verbis essent inscripti.

2) Quod omnes sex Editiones in decem subscriptionibus, quae neque diplomatice neque historice verae sunt (conf. supra p. 463 sq.), inter se consentiunt.

Nam cum omnes Confessionis germanicae Codices praeter *Onoldinos 2. 3.* et *Norimbergensem* (quibus autem addendi sunt *Casselanus*, *Nordlingensis* et *Augustanus*) subscriptionibus careant, cogitari nequit sex editores a. 1530. usos esse sex Codicibus, qui easdem decem subscriptiones habuissent. Ut ratio ostendatur, quae inter harum sex Editionum subscriptiones et illorum sex Codicum (de quorum subscriptionibus supra p. 467 — 470. 475 sq. dixi) intercedit, utrorumque subscriptiones sic e regione collocantur:

Editt. ant. 1 — 6.	Codd. Onold. 2. 3.	Cod. Norimb. ex Ed. Panzeri.
E. Key. Maiest. vnderthenigeste gehorsamme.	E. Kay. Mt. vnterdenigste Churfl. Fursten vnd Stette.	desunt.
Von Gottes gnaden Johanns (Ed. 6. Johannes) Herzog zu Saxen Churfürst.	Johans hertzog zu Sachsen, Churfl.	Von gots gnaden Herzog zw Sachsen vnnd Thurfür .
Görg Marggraff zu Brandenburg. Ernst Hertzog zu Luneburg. Philippus (Ed. 6. Philips) Landtgraff zu Hessen. Johann Fridereich Hertzog zu Sachßen. Franciscus Hertzog zu Luneburg. Wolff Furst zu Anhalt. Albrecht Graf vnd Herr zu Manßfelden. Die geschickten der Statt Nurenberg. Die geschickten der Statt Reutlingen	Georg M. Zu Brandenburg ꝛc., Ernst herzog Zu Braunschweig vnd lunnenburg ꝛc., philips Landgrf Zu hessen, Johans Fridrich Herzog Zu Sachssen, Franz herzog zu Braunschweig vnd lunnenburg, Wolfgang Furst Zu Anhallt, Albrecht graue vnd herr Zu Manssfeldt vnd dj bede gesanten der Zweier Stette Nurmberg vnnd Reutlingen.	Georg Marggraf zw Brandenburg Ernst Hertzog zw Braunschweig vnnd Lunenburg Phillps Landgraf zw Hessen Johanns Friderich Hertzog zw Sachsen Frantz Hertzog zw Braunschweig vnd Lunenburg Furst Wolfgang zw Anhalt Albrecht Graf vnnd Herr zw Manßueld Vnd die bede gesandten der zweier Stet Nurmberg vnnd Rewtlingen

Cod. Cass.	Cod. Nordl. ex Ed. Beyschlagii.	Cod. Aug.
E. K. Mai. vnterdenigste Churfl. Fursten vnd Stette. *)	E, Kay, Mt^n. Vnnderthenigiste gehorsame	E, Kay, Mt^n. **) Vnderthenigste
Johans Herzogk Zu Sachssen Churfurst ꝛc., George Marggraue Zu Branndenburgk, Ernst Herzogk zu Braunschweig vnd Luneburgk, Philips Landgraue Zu Hessen ꝛc.,	Von gottes genaden Johann Hertzog zu Sachssn, Churfurst ꝛc Jorg Marggraff zu branndenburg ꝛc Ernnst Hertzog zu Braunschweigkh vnnd Linenburg Philips Lanndtgraff zu Hessen	Jahannes Hertzog zu Sachßnn Churfürst Georg Margraff zu Brandenburg Ernnst Hertzog zu Lindenburg Philips Landgraff zu Hessenn

*) Utrum haec verba: vnterdenigste — Stette. sic etiam in Cod. Cass. exstent, an omnino desint, ex Foerstemanni Urkundenbuch I. p. 439 sq. certo cognoscere nequeo.

**) An haec item in Cod. Aug. legantur, ex Beyschlagii Editione p. 89. 91. non liquet; ea omnino deesse videntur.

Cod. Cass.	Cod. Nordl. ex Ed. Beyschlagii.	Cod. Aug.
Johanns friederich hertzogk Zu Sachssenn, Frantz hertzogk Zu Braunschweig vnd Luneburgk.	Johan fridrich Hertzog zu Sachssen Franciscus Hertzog zu Linenburg	Johannes Friderich Hertzog zu Sachsen Frantziscus Hertzog zu Lindenburg
Furst Wolffgang zu Anholt, Albrecht Grafe vnd herre Zu Manßfeldt	Wolff Furst zu anhalt Albrecht Graue, vnno Her zu Monsfeld	Wolffgang Furst zu Anhalt
vnd die bede gesandten der Zweier Stete Nurmbergk vnnd Reutlingenn.	Die geschickhten der Stat Nurmberg Die geschickhten der Stat Reutlingen.	Rathe vnnd Burgermaister zu Niernberg Rathe zu Reytlingen

Ex hac collatione intelligitur, quanta varietas subscriptionum exstet. Quamobrem minime sumi potest, editores harum sex Editionum, quae in subscriptionibus inter se omnino consentiunt, usos esse sex Codicibus quorum subscriptiones prorsus inter se congruissent, sed potius unam Editionem ceterarum fuisse fontem.

3) Quod omnes sex Editiones, perpaucis exceptis, inter se consentiunt, etiam in locis corruptis et erroribus typographicis: nam Editioni 6. quoque, quamquam multos eorum habet emendatos, alii satis multi sunt cum Editt. 1—5. communes. Hanc ob causam minime probanda est opinio, has 6 Editt. ex 6 Codicibus, qui eosdem locos corruptos habuissent, esse excusas, sed multo probabilius, locos corruptos aut ex ipso Codice aut ex erroribus typothetae ac correctoris, qui Codicem fortasse haud bene legere poterant, in prima Editione esse ortos atque ex hac in ceteras translatos.

Quamvis enim quaeque harum Editionum quasdam peculiares habeat lectiones, hae tamen certe in Editt. 1—5. non eiusmodi sunt, ut eas nonnisi ex diversis Codicibus explicare liceat, sed tales, quae a typotheta et correctore factae esse possint. Nam Editt. 2 — 5. ab Ed. 1. non differunt additamentis, sed tantum vocibus aut corruptis aliterve mutatis, aut omissis, et nonnullis, quae corruptae erant, ab editore emendatis. Sola Editio 6. exhibet quaedam additamenta et nonnullas alias lectiones emendatas, quae fere omnes cum Codice Moguntino consentiunt atque eiusmodi sunt, ut non a solo correctore factae esse possint, id quod ex his locis elucebit:

	Ed. ant. 1. (et Editt. ant. 2—5.)	Ed. ant. 6.	Cod. Mog.
B 2ª lin. 8.	durch den Tauff	durch solche Tauff	durch solche Tauff
B 3ᵇ — 12.	vnd fröud	vnd ewige freude	vnnd ewige freude
D 1ª — 24. 25.	oder enderen, Darumb	oder endern, also kan auch kein gelübde, Gottes gebot endern. Darumb	oder andern, Also kan auch kain gelubd gottes gebot endern, Darumb
D 4ª — 21. 22.	Wär kennet die missethat vnd jrrung,	Wer kennet die Missethat? Vnd Jerem. spricht.	wer kennet die Mißethaten, vnd Jeremias spricht,
E 3ª — 16. 17.	sonder glauben vnd leere zu lieben.	sondern Glauben vnd Liebe zu leren.	sonder glaub vnd lieb zu leren
E 3ᵇ — 22.	auch vil mengem	auch vil Mönchen	auch vil Monichen
— 32.	allen stenden	allen andern stenden	allen andern Stenden
E 4ª — 29. 30.	sonder auch geschöpft	sondern auch Gottes geschepff	sonder auch gots geschopff
F 2ª — 14. 15.	fürgeben des munds,	fürgeben, des armuts.	furgeben des armuts,
G 3ᵇ — 16.	wie die Leuiten,	wie sie lauten,	wie sy lauten,

Ex eiusmodi locis apparere videtur, editorem hanc Editionem non simpliciter ex alia antiquiori repetendam curasse, sed etiam Codice quodam usum esse, ex quo plures emendaverit locos.

Quodsi haec argumenta probant, has sex Editiones non ex sex Codicibus esse factas, sed ita, ut prima ex Codice facta in ceteris repetita sit et tantum in Ed. 6. praeterea etiam Codex quidam ab editore adhibitus sit, ex quo antiquiorem Editionem, qua tanquam fundamento utebatur, emendaret, quaeritur, quaenam harum Editionum prima sit, ex qua ceterae emanarint. Cum Editiones 2 — 5. habeant omissiones, quae in *Ed. 1.* non reperiantur, consequitur, hanc non ex illis, sed illas ex hac tanquam integriore esse ortas, eamque igitur recte a viris doctis inter Editiones anni 1530. *primo* loco esse propositam. — *Ed. 2.* non ab Editt. 3 — 5. derivari potest propter voces in illis omissas, quae in hac leguntur, ergo ex Ed. 1. orta sit necesse est. — *Ed. 3.* non ex Ed. 2. emanavit, quod vocem schelmen, quae in Ed. 2. semel tantum legitur, iisdem duobus locis exhibet, quibus in Editt. 1. 4. 5. invenitur; neque ab Editt. 4. 5. derivari potest, quia quasdam voces habet, quae in

his omissae sunt, quapropter ex Ed. 1. originem trahit. — *Ed. 4.* item ex Ed. 1. orta est, cuius errores fere omnes in ea repetiti et novis aucti sunt. — *Ed. 5.* Confessionem in dialectum Saxoniae inferioris translatam exhibens, quamquam eodem loco ac Ed. 4. impressa esse videtur, tamen propter quasdam omissiones in Ed. 4. obvias, quae in Ed. 5. non reperiuntur, non ex hac Ed. 4., sed ex Ed. 1. translata est, vel etiam ex alia adhuc ignota. Nam in art. Von der Bischoffe gewalt invenitur lectio: als werend jr leuendich noch ynn der werlt, qua differt a ceteris omnibus, quippe quae habent: als werend jr lebendig. Huc accedit, quod haec Ed. habet nonnullas incisiones verborum, quae in Ed. 1. continua serie leguntur. Ob has res Weberus suspicatur, fortasse Editt. 1. et 5. ex Editione adhuc ignota, utriusque communi fonte ortas esse, quae illo loco habuerit verba: noch in der welt (etiam in Cod. Onold. 2. et Cod. Cass. in margine adscripta *)), quae autem in Ed. 1. omissa sint quapropter etiam in Editt. 2 — 4. 6. ex ea derivandis non legantur.

Ed. 6. ex Ed. 4. emanasse videtur adhibito Codice, ex quo in quibusdam locis est emendata. Cum illa enim has peculiares lectiones habet communes:

Ed. ant. 4.	Ed. ant. 6.	Ceterae Editt. ant. 1 — 3. 5.
A 8^b lin. 5. gesetze, fasten	— Gesetze, Fasten,	— gesetzte Fasten
B 3^b — 14. nirnen	— nirnen	— nienen
B 8^b — 2. zeichen	— zeichen	— sechenn
— 23. gewyssen, Darzu	— gewissen, darzu	— gewüssen. Darzu
C 5^a — 20. vbereilen	— vbereilen	— vberrennend **)
C 6^b — 24. nicht in platten	— nicht in platten	— nitt in bättlen

Ex hac Ed. 4., quae in Ed. 6. in dialectum Saxoniae superioris transscripta exhibetur, etiam nonnullae voces ab hac dialecto alienae derivandae sunt, quippe quas editor ex suo fonte retinuit.

Sic varias lectiones, quibus hae sex Editiones inter se discrepant, explicare licet. In Editt. enim 2 — 5. ex Ed. 1. derivandis a typothetа et correctore seu editore factae sunt, in Ed. 6. vero partim ex Codice quodam ***) cum Ed. 4. collato ortae sunt. Quamobrem his sex Editionibus Weberus in arte critica non sex, sed tantum *duo* suffragia tribuit, quorum unum Editioni 1. sigla: Ae. Gr. 1. signatae, alterum Editioni 6. sigla: Ae. Gr. 2. notatae competat, et ita utriusque varietatem in sua Codicis Moguntini Editione critica in margine inferiore adscripsit.

IV. Quod denique ad auctoritatem criticam attinet (duobus) Codicibus, ex quibus hae Editiones antiquiores ortae sunt, tribuendam, Webero duce minime dubito, quin illi plurimis Codicibus supra recensitis, qui integram Confessionem continent, sint aequiparandi, iudico autem, eos non esse apographa exempli, quod Imperatori exhibitum est, eamque ob causam talem continere textum, cui ultima auctoris manus nondum fuerit imposita. Propterea etiam hae Editiones, quae illorum Codicum vicem tenent, eandem habent auctoritatem ac Codices ipsi, et criticum adiuvant in detegendis pravis lectionibus Codicis Moguntini, cui multis locis textu emendatiori antecellunt, et praesertim Ed. 6. Zeidleri curis recusa multo maioris pretii est quam Codicis Moguntini Editiones in Corpore Brandenburgico et Libro Concordiae, quippe quod ipsius Codicis pravae lectiones incuria editorum novis erroribus auctae sunt.

Nota. De Insigni, quod in titulo Editionum ant. 4. et 5. conspicitur (v. supra p. 491 sq. 495 sq.), consilium petii a Viro Clar. Sickelio, Diplomatices Prof. Ord. Academiae Vindobonensis, qui nunc ad me benignissime perscripsit sententiam suam, hoc Insigne non esse Caroli V. Imperatoris, sed Ferdinandi I. Regis Romani, qui eo inde a coronatione sua (a. 1531.) usus sit.

Postquam inde a p. 477. ***sex Editiones antiquiores*** seu ***ante-Melanthonianas*** descripsi, recensendae sunt

2. *Editiones Melanthonianae.*

Ex his Editionibus, aeque ac supra p. 233 sqq. in Confessione latina feci, in his Prolegomenis ad Confessionem germanicam, quae vulgo *invariata* appellatur, tantum

Editionem principem Melanthonis anni 1530 — 1531.

describam, ceteras autem eius Editiones infra in Prolegomenis ad Confessionem germanicam *variatam* recensebo.

Priusquam ad hanc recensionem ipsam progredior, nomino subsidia, quibus utor:

*) Conf. Foerstemanni Urkundenbuch I. p. 433. nota 3.

**) Ed. 5. habet: so leven se them Glester gelöffte.

***) Cum variae lectiones Editionis 6. magna ex parte cum Codice Moguntino consentiant, fortasse hic Codex illius Codicis ab editore huius Editionis adhibiti apographum esse possit.

1. *Philippi Friderici Hane, | SS. Theol. D. ejusdemqve et Hist. in | Academia Kiliensi P. P. | Historia critica | Avgvstanae Confessionis. | De | Editionibus Germanicis | invariatis, variatis et | denique corruptis | distincte praecipiens, | ac una cum | Appendice pragmatica | argumentorum aliqvot theolo- | gicorum, qvibus critica A. C. | historia lucem qvandam | sufficit, | nunc exhibita. | Hamburgi, | apud T. C. Felgineri viduam. | M DCC XXXII.* 18 plagg. litt. A — L (L 1/2 plag.), (A) — (D), A — C (C 1 1/2 plag.) sign., 84 et 58 pagg. (praeter titulum) 4°. (pag. 1 — 10. Prooemium. De huius instituti ratione et apparatu aliorum critico, tum apologetico tum literario. 4 §§.; p. 11 — 84. Sectio I. De Editionibus Aug. Conf. idiomate germanico, eodemque authentico. Cap. I. De Editionibus incorruptis, et omnino etiam invariatis. 9 §§. [p. 11 — 40.]; Cap. II. De Editionibus germanicis variatis quidem, non tamen corruptis. 9 §§. [p. 41 — 70.]; Cap. III. De Editionibus germanicis, iisque corruptis etiam ac depravatis. 5 §§. [p. 70 extr. — 84.]; alterae pagg. 1 — 56. Appendix pragmatica, exhibens dogmatum theologicorum aliquot specimina, quibus e critica A. C. historia lux aliqua sufficitur. I. De forma iustificationis circa aevum A. C. rite asserta et pristinae atque apostolicae suae integritati restituta. 12 §§. [p. 3 — 32.] II. Specimen dogmatis polemici de vario subinde ob rationes politicas Reformatorum sic dictorum in Aug. Conf. animo. [p. 35 — 56.]; p. 57 — 58. Postfatio.) *)

2. Ge. Gottl. Weberi Krit. Gesch. der Augsp. Conf. P. II. p. 16 sqq.

3. Gottl. Phil. Christ. Kaiser Beitrag zu einer kritischen Literär-Geschichte der Melanchthon'schen Original-Ausgabe der lateinischen und deutschen Augsburgischen Confession und Apologie. Nürnberg 1830. 8°.

Inter haec tria subsidia, ad quae plura alia iam supra memorata accedunt, duo, quae secundo et tertio loco attuli, longe insigniora sunt.

Ex iis, quae in Prolegomenis ad latinam Confessionem p. 239 sqq. dixi, elucet, Editionem german. Conf. principem Melanthonis continere 8 1/2 plagulas litteris AA — JJ (HH 1/2 plag.) signatas, 34 foll. non num. 4°, et *tres titulos diversos* habere, quorum vero duo in sola linea antepenultima eo inter se differunt, quod in altero titulo haec linea paulo interius incipit quam duae lineae extremae, in altero autem hae tres lineae extremae aequum spatium a margine interiectum habent. Propter hanc exiguam diversitatem hi duo tituli ceteroquin prorsus aequales vix inter se distinguuntur (vide supra p. 239 — 242., ubi uterque titulus repetitus est similibus typis, quibus in ipsis huius Editionis exemplis excusus est). Tertius vero titulus, quem ipse hucusque non vidi, minoribus typis expressus et iisdem figuris ligno incisis cinctus est, ac Apologia germanica, in cuius recensione supra p. 241 sq. has figuras descripsi, conf. Weber l. l. p. 22. et Kaiser l. l. p. 46.

De hac Melanthonis Editione principe Confessionis germanicae eaedem quatuor quaestiones dissolvendae sunt, ac supra p. 243 sqq. de latinae Confessionis Editione principe, nempe

1) *quo anno* haec Editio prodierit?

2) *ex quo Codice* a Melanthone edita sit?

3) an Confessio ex hoc Codice *invariate* ab eo edita sit?

4) utrum vere *una* Editio sit, an *plures?*

I. De *anno*, quo haec Editio princeps impressa sit et prodierit, eadem valent, quae supra p. 243 — 250. dixi. Quamvis enim iam exeunte anno 1530. typis descripta sit, tamen anni 1531. demum mense Aprili exeunte vel Maio ineunte prodiisse videtur.

II. De *Codice, ex quo* haec Confessio a Melanthone edita sit, certum aliquid dici non potest. Cum autem Confessionis germanicae non, ut latinae (vide supra p. 219 sq.), ipsum Melanthonis autographum, sed apographum ex hoc elegantius exaratum Imperatori exhibitum sit **), ex eo consequitur, Melanthonem autographon suum in manibus retinere potuisse. Utrum vero ex hoc, an ex alio Codice bonae fidei hanc Confessionem ediderit, decerni nequit, quoniam ipse nihil de hac re tradidit.

III. Quod attinet ad tertiam quaestionem, an Confessio germanica a Melanthone ex suo Codice *invariate* edita sit, propter auctoris studium scripta sua, quantum fieri possit, elimandi, minime dubito, quin etiam in hac germanica aeque ac in latina passim quaedam mutaverit, quippe quod Melanthon in praefatione

*) Hunc librum ex Biblioth. ducali Guelferbyt. in manibus habeo.

**) Conf. Mülleri Historie von der Evang. Stände Protest. u. Appellat. p. 571.

ad lectorem Confessioni latinae praefixa ipse profitetur, se nunc Confessionem *recognitam et emendatam* denuo edere, quamquam mihi non contigit, ut in hac similiter ac in latina Confessione (vide supra p. 251 sq.) certa invenirem exempla, quae omnem de hac re dubitationem tollerent. — Hanius quoque et Bertramus hanc Editionem nominant *variatam*. Ille enim eam recenset in libri laudati Capite II. (p. 41 sqq.) inter Editiones germanicas variatas quidem, non tamen corruptas; hic autem in Wöchentl. Hall. Anzeigen a. 1763. Nr. 27. p. 465. eam nuncupat „die Wittembergische teutsche geänderte Ausgabe in 4to" et illam Wittembergensem anni 1530. in 8vo, quam Zeidlerus recudendam curavit, „die dem Original gemässere." At cum hisce viris ego, etiamsi Editionem Melanthonis principem passim mutatam puto, minime consentio, quoniam non, ut hi viri docti, Moguntinum Codicem genuinum Confessionis exemplum Caesari exhibitum iudico, et multo minus cum Hanio aliisque Editiones ex illo factas invariatas Confessionis Editiones censeo, (conf. quae supra p. 431 sqq. de illo Codice et his Editionibus dixi); Hanius enim l. l. in Capitis I. §§. VI sqq. (p. 24 sqq.) has *Editiones incorruptas et omnino etiam invariatas* nominat. Bertrami iudicium modo memoratum, Editionem antiquiorem Wittembergensem anni 1530. 8° cum exemplo originali magis consentire, facile eo explicatur, quod haec Ed. magis ad Codicem Moguntinum, quem exemplum authenticum esse opinatur, prope accedit (vide supra p. 503 sq.).

IV. Quartam denique quaestionem: *utrum Confessionis Editio Melanthoniana anni 1531. quaternariae formae vere una sit an plures?* in hac germanica Confessione eodem modo solvo ac supra p. 253 sqq. in latina, cum qua etiam in titulo generali verbis: Beide [Confessio et Apologia], „Deutsch und Lateinisch" in unum coniuncta est. Iam illo loco retuli, Feuerlinum propter varietatem tituli et quasdam textus varietates, quae in exemplis germanicae Confessionis (cum Apologia) apud Georgium Rhavium impressis inveniuntur, sumere *tres varias eius Editiones*, quibus addat *quartam* eodem anno 1531. forma quaternaria apud *Io. Lufftium* impressam, quam vero neque ipse descripserit, neque ullus alius viderit. Qua ratione in hunc errorem quartae Ed. inductus sit, supra p. 255 sq. dixi.

Weberus l. l. II. p. 16 — 23. ob illas varietates exemplorum germanicae Confessionis non sumit *varias Editiones*, sed *quatuor genera exemplarium unius Editionis*, nempe:

1) Exempla, quae plurimos habent typographicos errores, praesertim initio ultimae sectionis articuli Von der Mess, (fol. GG 3b lin. extr.) errorem typ.: So man nu kein ewigkeit hierin pro So man nu kein newigkeit hierin. *)

2) Exempla, in quibus error typ. ewigkeit quidem emendatus est, sed nonnulli alii errores typ. passim inveniuntur, ut hi:

AA 3a lin. 29. gegehen pro gegeben	BB 4a lin. 6. stercke pro sterckt
BB 2a — 1. predigpampt pro predig ampt	DD 3a — 25. de Consecra- pro de Consecra.

Exempla huius generis habent titulum, cuius tres extremae lineae supra p. 241 sq. initio descriptae sunt, **) et in prima voce Praefationis Aller durchleuchtigster litteram initialem A duorum parvulorum imagine exornatam.

3) Exempla emendatiora, in quibus nullus illorum errorum typ. reperitur. Haec ab exemplis secundi generis distinguuntur: a) in titulo lineâ antepenultimâ, quae paulo interius incipit quam duae lineae extremae; exhibent igitur titulum, sicut supra p. 239 sq. propositus est; b) in prima voce Praefationis litterâ initiali unius tantum parvuli imagine exornatâ; c) in textu diversa scriptione formisque et interpunctione quarundam vocum et divisione quarundam linearum, id quod Weberus demonstrat his exemplis:

Exempla generis II.	Exempla generis III.	Exempla generis II.	Exempla generis III.
AA 2a lin. 3. Keiser	— Keyser	AA 2a lin. 8. von sachen.	— von sachen
— 4. Keiserliche	— Keyserliche	— — vnsern	— vnsern,

*) Ad haec Weberus l. l. II. p. 16. addit haecce: „Exemplarien dieser Art müßen außerordentliche Seltenheit seyn, denn ich habe kein einziges erfragen können. Doch findet sich eins in der Symbolischen Bibliothek des sel. Feuerleins, welche noch dermalen zu Göttingen aufbewahret wird." Hic enim l. l. I. p. 43. nr. 257. (vide supra p. 255 sq.) recenset Editionem, quae praeter alias diversitates habet manifestos errores in art. XIII. sub finem periodi I.: stercke pro sterckt, et in art. de Missa, sub initium ultimae sectionis ewigkeit pro newigkeit. Equidem inter novem germanicae Confessionis exempla, quae ad meas manus sunt, quatuor quidem inveni, quae errorem typ. stercke habent (sic enim legitur in tribus exemplis Bibliothecae Orphanotrophei Hallensis et in exemplo Biblioth. ducalis Gothanae), at nullum exemplum, quod errorem ewigkeit pro newigkeit exhibeat.

**) Huius generis sunt quatuor exempla modo in nota *) memorata.

	Exempla generis II.	Exempla generis III.
AA 2ª	lin. 9. namens	— namens,
	— — erbfeind,	— erbſeind
BB 1ª	— 3. widder	— wider
	— 5. haltee,	— halte,
	— 5—8. aliter divisae sunt, ac in ex. gen. III., ubi lin. 5—7. illis respondent.	
CC 1ª	— 3. hertzens,	— hertzen,
	— 4. Regiment,	— Regiment
	— 14. Actu.	— Actuum.

	Exempla generis II.	Exempla generis III.
DD 1ª	— 3. glauben, vnd	— glauben vnd
	— 10. 11. anruf-ſen,	— anruf-fen,
	— 12. hülffe,	— hülff,
EE 1ª	— 1. warümb	— warumb
	— 6. vertröſten	— vertroſten
FF 1ª	— 11. ſund	— ſundē
	— 13. gewiſſen, ſol	— gewiſſen ſol
GG 1ª	— 10. hie, vmb	— hie vmb *)

Sed exempla huius generis III. non solam ab exemplis generis II., sed etiam inter se aliquot locis paulisper discrepant. Weberus quatuor huius generis exempla: a) Bibliothecae Wimariensis (cum quo etiam unum eorum, quae ipse possideo, congruit), b) Griesbachii, c) Noeblingii et d) suum (quae his litteris praefixis signabo) inter se contulit et invenit has varietates:

BB 1ᵇ	lin. 4.	exemplum	*b.* verdambt,	ceterae	verdampt
	— 21.	—	— ſund,	—	ſunde,
BB 2ª	— 28.	—	— Siebent.	—	Siebend.
DD 2ª	— 6.	—	*c.* mage,	—	mag,
DD 3ᵇ	— 17.	—	— groſmechtig	—	groſmechtige
	— 18.	—	— vnzuchte	—	vnzucht
JJ 3ᵇ	— 11.	—	*a.* were [qui]	—	wer
JJ 4ª	— 15.	—	— Jdulgentien	—	Indulgentien
	— 16. 17.	—	— vnruge	—	wie vnruge

Hae perpaucae varietates eo explicari possunt, quod singulae litterae inter impressionem elapsae aut non restitutae (ſunde — ſund, mage — mag,), aut falso loco restitutae (groſmechtig — vnzuchte), aut in restituendo cum aliis sono cognatis permutatae sunt (verdampt — verdambt, Siebend — Siebent). Varietates plagulae JJ, quae ceteroquin (aeque ac plag. HH) in exemplis generum II. et III. nullam differentiam exhibet, in exemplo *a.* (et uno meorum exemplorum, aliisque cum utroque congruis) sic enodandae sunt, ut statuamus, hanc plagulam principio hos habuisse typographicos errores, qui inter impressionem mox detecti illico emendati sint, quapropter tantum exiguus exemplorum huius plagulae numerus ante detectos hosce errores impressus eos exhibeat.

4) Exempla ex plagulis generum II. et III. sic composita, ut plagulae AA (excepto titulo) et DD ad genus III., plagulae BB, CC, EE, FF, GG ad genus II. pertineant. Plagulae HH et JJ (exceptis tribus illis erroribus, qui in quibusdam exemplis inveniuntur) in utroque genere omnino consentiunt. Huic generi IV. hic peculiaris titulus praefixus est:

> Confeſſio odder bekantnus des glaubens, etlicher Furſten vnd Stedte, Vberantwort Keiſerlicher Maieſtat, zu Augſpurg. Anno M. D. XXX. Apologia der Confeſſio.

qui a duobus reliquis differt a) minoribus typis, b) scriptione vocum bekantnus, glaubens, Furſten, Augſpurg, c) interpunctione: glaubens, — Stedte, — Maieſtat, — d) penultima linea latinis litteris numerisque expressa, e) figuris ligno incisis titulo Apologiae germanicae congruis, eum cingentibus. An et quomodo etiam linearum divisione ab illis differat, indicare nequeo, quod hucusque nullum eiusmodi exemplum vidi. **)

Sic Weberus quatuor genera exemplorum Editionis Melanthonianae principis Confessionis germanicae

*) Exempla huius tertii generis quinque in manibus habeo: 1) ex Biblioth. acad. Hallensi, 2) ex Biblioth. regia Dresdensi, quod olim Luthero erat, 3) ex Biblioth. magniducali Wimariensi, 4) duo, quae ipse possideo.

**) Webero teste l. l. II. p. 23. tale exemplum in Biblioth. senat. Francofurtana asservatur, quod cum ipso communicatum est.

distinxit. Kaiserus vero, cui assentior, dupliciter ab illo dissentit: 1) eo, quod pro tribus prioribus generibus tantum *duo* statuit, cui genus ex plagulis horum duorum generum mixtum peculiari titulo instructum *) (Weberi quartum) tanquam *tertium* addit, 2) eo, quod Weberi tertium genus *primum* (quippe quod minus correctum sit), illius autem secundum genus item *secundum* appellat, vide supra p. 257 sq. eiusque verba ibidem in annot. *) allata. De horum generum varietate l. l. p. 22. sic indicat: „So gering aber das Varianten-Verzeichniß für die Exemplare Einer und derselben Original-Ausgabe der lateinischen Confession und Apologie ist, so groß ist dagegen allerdings verhältnißmäßig das, freilich auch nur auf Buchstaben und auf Zeilen-Abtheilungen, oder Druckfehler sich erstreckende Varianten-Verzeichniß der deutschen Confession und Apologie für die Exemplare und Gattungen der Original-Ausgabe. Das folgende Verzeichniß könnte noch sehr vermehrt werden."

Ex hoc Indice variarum lectionum ab ipso l. l. p. 23 — 35. proposito eam tantum partem passim a me emendatam h. l. affero, quae ad Confessionem germanicam pertinet; ceteras autem ex Apologia germanica collectas in Prolegomenis huic infra praemittendis adscribam.

Exemplarium Editionis principis germanicae Confessionis

	Genus I.	Genus II.
	Tituli linea antepenultima paulo interius incipit quam linea penultima et ultima.	— Tituli tres lineae extremae habent idem spatium a margine interiectum.
AA 2^a lin. 1.	Litera initialis A unius parvuli imagine exornata	— Litera initialis A duorum parvulorum imagine ornata.
— 3.	Keyser	— Keiser
— 4.	Keyserliche	— Keiserliche
— 10.	lineae aliter divisae.	
— 21—28.	lineae aliter divisae.	
2^b — 24.	lineae aliter divisae.	
3^a — 20.	lineae aliter divisae.	
— 25.	freuntlich	— freundlich
3^b — 15.	Stathalter	— Stadhalter
— 20.	gutbedunckē	— gutbeduncken
— 24.	gutē	— gutem
— 25.	Babst	— Papst
4^a — 26.	wird	— wirt
4^b — 28.	angeborne	— angeporne
BB 1^a — 5—7.	lineae aliter divisae.	
— 9—18.	lineae aliter divisae.	
1^b — 20.	willen	— willē
2^a — 1.	predigampt	— prediqpampt
— 10.	bereittung	— bereitung
— 12.	wirt	— wird
2^b — 10—15.	lineae aliter divisae.	
— 26.	lineae aliter divisae.	

	Genus I.	Genus II.
BB 3^a lin. 20.	missetat	— missethat
3^b — 22.	linea diverse divisa.	
4^a — 6.	sterckt	— stercke
— 13.	Vierzehend	— Vierzehende
— 18.	Das Fünffzehend **)	— Der Fünffzehende
— 25.	ordnung	— ordenung
CC 1^a — 3.	hertzen	— hertzens
— 14.	Actuum:	— Actu.
— 18.	aufferwercken	— aufferwecken
1^b — 13.	nimpt	— nimet
— 22.	förchten	— fürchten
2^a — 9. 10.	vermögen, so können	— vermügen, so künnen
— 19.	Gott	— Got
— 21.	Joh.	— Johan.
2^b — 8.	vntertruckung	— vnterdruckung
3^a — 22.	erlangt	— erlanget
— 26.	vnser	— vnsere
3^b — 20.	Klöster	— klöster
— 31.	eigne	— eigene
4^b — 23.	Oberkeit	— öberkeit
DD 1^a — 15.	Derhalbē	— Derhalben
1^b — 24.	sonder	— sondern
2^a — 12.	zwischē Gott	— zwischen Got
2^b — 15.	heupt	— heubt
— 16.	vngrund	— vngründ
3^a — 5.	Prima inscriptionis linea diverse est divisa.	
— 25.	Consecra.	— Consecra-
3^b — 3.	offentlich	— öffentlich

*) Kaiserus l. l. p. 42. his relatis addit haecce: „Doch giebt es auch Mischungen einzelner Bögen ohne diesen Titel. So ist im Exemplare der hiesigen [Erlanger] Universitäts-Bibliothek, das zu denen der zweiten Gattung gehört, bloß der Bogen Ff der Confession einstimmig mit diesem Bogen Ff der Exemplare der ersten Gattung, während der nämliche Bogen in einem Nürnberg'schen Exemplare, das doch auch der zweiten Gattung angehört, mit dem Bogen Ff der zweiten Gattung einstimmt."

**) Unum meorum exemplorum et exemplum Bibliothecae regiae Dresdensis (quod olim Lutheri erat), quamquam ad primum genus pertinent, utroque loco, cum exemplis secundi generis fere congruenter habent: Der Funffzehend, Timo.

	Genus I.	Genus II.
DD 3b lin. 11.	wirt	— wird
4a — 13.	alzu	— allzu
4b — 11.	Babst	— Bapst
EE 1a — 6.	vertrosten	— vertrösten
1b — 26.	Thimo. †)	— Timo.
— 27.	Johan.	— Johannis
2a — 8—10. — 21—26.	lineae aliter divisae.	
— 21.	redē	— reden
— 24.	offtermal	— offternmal
2b — 23.	Christus	— Cristus
— 28.	versünen	— versunen
3a — 3—4. — 20—27.	lineae aliter divisae.	
— 6.	wollen	— wöllen
— 21.	öffentlich	— offentlich
3b — 19.	Corin.	— Corint.
4a — 3.	mercklich	— mercklicher
4b — 6.	zeiten	— zeitten
— 26.	distinct.	— Distinct.

	Genus I.	Genus II.
FF 1a — 11.	sundē	— sund
— 13.	gewissen soll	— gewissen, sol
4b — 26.	Radt	— radt
— —	Euangelio	— Euangelio
— 27.	Klosterleben	— klosterleben
— 28.	Tauff	— tauffe
GG 1a — 10.	hie vmb	— hie, vmb
— 18.	vnzucht *)	— Vnzucht
— 19.	vnd nicht *)	— Vnd nicht
— 28.	binne *)	— binde
2b — 9.	stadt *)	— stad
— 12.	vnbundig *)	— vnbündig
— 22.	vermein	— vermeinē
— —	gefallen	— gefallē
3a — 5.	orden *)	— örden
— 14.	allein, also *)	— allein also
4b — 2.	vnbundig *)	— vnbündig
HH 1. 2. JJ 1—4	in utroque genere consentiunt. **)	

Quamquam autem, ut ex his elucet, satis magnus numerus varietatum inter exempla Confessionis germanicae exstet, tamen Weber et Kaiser recte indicant, germanicae ac latinae Confessionis et Apologiae a. 1530 — 1531. apud Ge. Rhau forma quaternaria impressae *unam* tantum Editionem prodiisse, atque omnes illas varietates in exemplis huius unius Editionis Melanthonianae principis obvias, quod h. l. ad germanicam Confessionem attinet, esse:

1) partim errores typographicos, quadam ex parte sub prelo ortos aut correctos, e. c. errorem ewigkeit pro newigkeit sine dubio sub prelo elapsa littera n ortum et perpaucis exemplis sic impressis illico detectum et emendatum esse. ***) Exempla errorum ut binne pro binde, qui iam sub prelo de-

†) Vide p. 523 sq. notam **).

*) Meorum exemplorum huius generis unum (quod olim Kaiseri erat) habet vnzucht — vnd nicht — binne — stadt — vnbundig — orden — allein, also — vnbundig, alterum aeque ac Lutheri exemplum, quod ex Bibliotheca regia Dresdensi in manibus habeo, Vnzucht — Vnd nicht — binde — stad — vnbündig — örden — allein also — vnbündig. Ex his elucet, etiam exempla unius generis non omnino inter se consentire. Coniectura enim, plagulam GG huius alterius exempli mei et Dresdensis ex secundi generis exemplo esse insertum, haud probabilis sit, quod non omnes varietates huic generi I. peculiares in horum exemplorum plagula GG desiderantur (conf. GG 1a lin. 10., GG 2b lin. 22.). Kaiser, has paucas varietates, quas plagula GG exempli Dresdensis cum aliis primi generis communes habet, praetermittens, de eo l. l. p. 35 sq. haec scripsit: „— schon das Dresdner oder Luther'sche Exemplar, welches doch ohne Zweifel gleich nach Beendigung des ersten Drucks von Melanchthon Luthern übergeben wurde, hat die Varianten, die ich der ersten Gattung zuschreibe, ausgenommen im Deutschen die Bögen GG und g, wo es mit den Exemplaren der zweiten Gattung einstimmt, was aber wohl nur davon herrührt, daß man die sinnstörenden Druckfehler: binne, für: binde, [fol. g 3b lin. 14.:] het, für: hette, allein, also, für: allein also, [fol. g 3b lin. 16.:] vnd setzt dazu alle die an jhnen gleuben, für: vnd setzt dazu, alle, die an jhnen gleuben, bei Zeiten wahrgenommen und noch in den letzten Abdrücken die Veränderung gemacht hat, die im Dresdner Exemplare, und in den Exemplaren der zweiten Gattung zu ersehen ist. Auch hat das Dresdner Exemplar, in BB iiija 18. einstimmig mit den Exemplaren zweiter Gattung: Der, mein Exemplar und das Nurnbergische der ersten Gattung fälschlich: Das Funffzehend und EE ib 26. Timo., mein Exemplar fälschlich Thimo., lauter Beweise davon, daß man noch während des Abdrucks nachhalf und einige Bögen verbesserte, ohne die schon abgedruckten zu confisciren, oder denen, welche begierig während der Correctur schon die Exemplare in einzelnen Bögen käuflich an sich brachten, die verbesserten Bögen nachzuliefern." Prima huius loci verba e Kaiseri libro laudato iam supra p. 257 sq. nota *) attuli; subsequentia: „was aber wohl nur davon herrührt etc." h. i. addita illic tantum adscripto *etc.* et *lineolis* indigitavi.]

**) Hoc Kaiseri indicium verum est, si tres errores typographici plagulae JJ in exemplo Bibliothecae Wimariensis et in uno meorum exemplorum obvii (vide supra p. 521 sq.) excipiuntur.

***) De hoc errore typogr., qui tantum in nonnullis vel fortasse in uno invenitur (conf. supra p. 519 sq. notam *) de summa raritate eiusmodi exemplorum) Kaiser l. l. p. 42 sq. haec dicit: „Und wen dürfte es wundern, daß in einigen Exemplaren, oder nur in Einem, im Bogen EE iijb 29. der Druckfehler ewigkeit steht, wo andere Exemplare derselben Gattung richtig newigkeit haben. Das n sprang wohl nur aus dieser letzten Zeile heraus; und es waren schon einige Bögen (oder ein Bogen) gedruckt ohne dieses n, und ohne daß man die Bögen confiscirte. Und wer weiß, ob es in diesen Bögen nicht am unrechten Orte wieder eingesetzt worden war [conf. exemplum eiusmodi supra p. 521 sq. allatum] und aufs neue ersetzt werden mußte.

tecti et emendati sunt, supra p. 525 sq. in annot. *) afferuntur. His etiam adnumerandi sunt errores supra p. 521 sub nr. 3. memorati.

2) partim mutationes factas in nova impressione quarundam plagularum vel singularum paginarum, quae aut tempore, quo haec Editio nondum erat publicata, aut tempore hanc publicationem subsequente inprimis eam ob causam suscepta sit, ut quidam graviores typographici errores emendarentur, aut quarundam vocum scribendarum ratio mutaretur.

Kaiserus l. l. p. 35 sqq. duobus locis, quos iam supra p. 257 sq. nota *) adscripsi, et quorum priorem supra p. 525 sq. nota *) supplevi, p. 37 sqq. addit tertium, in quo de quarundum plagularum vel singularum paginarum huius Editionis nova impressione disserit. Hunc locum item, quatenus ad Confessionem germanicam spectat, ipsius verbis h. l. adscribam: „— Denn, inquit, 3) ist der zweifache Abdruck des deutschen Textes der Originalausgabe bei Rhaw im Jahre 1531 überhaupt ganz zu bezweifeln, geschweige denn der dreifache. Beide Puncte habe ich nun zu beweisen. Der deutsche Bogen AA. könnte man sagen, wurde für die spätern Exemplare nur deßhalb umgedruckt, weil die Orthographie: Keyser und Keyserliche nicht zu dem Titel: Keiserlicher Majestat — paßte, den man nun einmal für alle Exemplare behalten wollte, obgleich sonst die Orthographie überall schwankend und inconsequent ist; und der Bogen BB wurde umgedruckt, weil Das Fünffzehend stand, für: Der Fünffzehende; der Bogen CC, wegen des Druckfehlers: eusserwercken, indem man in jener Zeit lieber umdruckte als daß man große Verzeichnisse von Druckfehlern anhängte, wiewohl drei Druckfehler für die lateinische Apologie auf dem ersten Blatte derselben, Bogen Gj bemerkt sind. Allein bei den Bögen DD, EE und FF findet sich kein hinreichender Grund dieser Art, um einen Umdruck anzunehmen, und die Druckfehler in dem für umgedruckt gehaltenen Bogen BB: Predigpompt, und stercke, könnten auch auf das umgekehrte Verhältniß des Umdrucks dieses Bogens beider Gattungen deuten. An einem wirklichen gänzlichen Umdruck dieser Bögen von AA — FF läßt sich aber auch nicht wohl zweifeln, da darin einige Abtheilungen der Zeilen Statt finden, die mit den Exemplaren erster Gattung nicht einstimmen, und da die Buchstaben, womit die Bögen signirt und gezählt sind, besonders bei den jedesmaligen Blättern ij und iij, eine andere Stellung haben. Anders bei GG, wo die Differenz nur aus früherer, oder späterer Correctur stammt, weil sogar die gebrochenen Commate in andern Zeilen mit einander übereinstimmen. Z. B. s. Zeile 4 in GG ij. und Z. 20 GG iij[b]. — Da es nun verschiedene Ursachen davon geben kann, daß eine Lage von 6 Bögen umgedruckt oder aufs neue gedruckt werden muß; so ist wenigstens das Urtheil über den Umstand, der gerade hier dazu Veranlassung gab, noch zu suspendiren und nicht mit Weber bestimmt auf einen doppelten Druck der ganzen Confession zu schließen, wiewohl Weber selbst gesteht, daß in allen Gattungen von Exemplaren für HH und JJ eine Differenz nicht zu erkennen sey. Denn den Druckfehler JJ iiij 15. Idulgentien und 16. 17. vnruge für: wie vnruge, bloß im Weimar'schen Exemplare erklärt er selbst daraus, daß einzelne Buchstaben ausgesprungen seyen." Subsequentia, quae ad Apologiam germanicam pertinent, infra in Prolegomenis huic praemittendis adscribam.

Praeter has varietates, quibus huius Editionis Melanthonianae principis exempla inter se distinguuntur, ceteroquin omnia iisdem typis maioribus, qui *medii* in officinis nominantur, expressa sunt, ita ut integra pagina inscriptionibus intervallisque non interrupta 31 lineas seu versus contineat. Praefatio ad Caesarem, inscriptione carens, legitur fol. AA 2[a] — 4[a] med.; fol. AA 4[a] med. incipit Confessionis pars prior ab inscriptione: Artickel Christlicher lahr, cuius singuli articuli inscripti sunt vocibus numeralibus: Der Erste — Der Ein vnd zwentzigst, quorum extremus cum epilogo ad hos fidei articulos pertinente fol. DD 2[b] fere med. finitur, quem in eadem pagina subsequitur Confessionis altera pars in *Editionibus ante-Melanthonianis* inscripta: Artickel an welchen zwispalt ist, da erzelt werdend die mißbreuch so geendert seind. in hac autem *Editione Melanthoniana principe* sine ulla inscriptione ordiens a verbis: So nu von den Artickeln des glaubens, etc. Huius partis singuli articuli (aeque ac in Editt. ante-Melanth.) peculiaribus inscriptionibus sunt instructi, quorum extremus finitur JJ 4[a] med. Confessionis epilogus in eadem pagina subsequens, qui in *Editionibus ante-Melanthonianis* voce: Beschluß. inscriptus est, in hac autem *Editione Melanthoniana principe* inscriptione caret, orditur a verbis: Wir haben die fürnemlichen artickel vnser gantzen lar erzelet, etc., et finitur in media pagina extrema, cuius reliqua pars novem subscriptiones continet pro illis decem, quae in Editionibus ante-Melanthonianis leguntur, quod subscriptio antepenultima harum Editionum: Albrecht Graf vnd Herr zu Manßfelden, in Editione Melanthoniana non exstat.

Hac Editione Melanthoniana principe a. 1530 — 1531. descripta, mentio facienda est trium aliarum Editionum, quae a. 1531. Wittembergae prodiisse dicuntur:

Denn in der nämlichen Zeile steht die Präposition jn da, wo die Exemplare der zweiten Gattung jnn haben, in denen der ersten nur mit Einem n. Dem sey aber, wie ihm wolle; so hätte man doch in keinem Falle auf eine besondere Edition aus einer solchen Differenz schließen sollen [ut Feuerlinus fecit l. l. I p. 13. nr. [illegible], vide supra p. 255 sq.]. Diese Dinge können mikrologisch scheinen; aber sie gehören nun Einmal zur Entscheidung der Hauptfrage."

1. Feuerlinus l. l. I. p. 43. sub nr. 258. haec adnotavit: »Exstat etiam editio Germ. A. C. et Apologia Witeberg. 1531, 4. durch Hanns Lufft, quam uidi, sed cum aliis editionibus conferre non potui.« Hoc auctore fretus Weberus l. l. II. p. 34 sq. eam sic recenset:

Confessio odder Bekantnus des Glaubens — — Apologia der Confessio. Wittemberg, durch Hans Lufft, 1531. 4.

haec adnotans: „Der sel. Consistorialrath Feuerlein hat diese Ausgabe gesehen, aber nicht collationirt. Da die Apologie der Confession beygefügt ist, so ist wohl kein Zweifel, daß sie Abdruck der Melanchthonischen Hauptausgabe sey. Ob Melanchthon an der Herausgabe Theil habe, kömmt mir aus den schon angeführten Gründen *) nicht wahrscheinlich vor: auch habe ich bemerkt, daß nie Hans Luft, oder ein anderer, sondern mehrentheils Georg Rhau der Drucker gewesen, so oft er in Zukunft mit der Confeßion eine Veränderung vorgenommen. Diese Ausgabe muß übrigens außerordentliche Seltenheit seyn, weil sie außer Feuerlein kein Litterator gesehen oder angeführt: Auch habe ich alles Nachforschens ohnerachtet, kein Exemplar erfragen können." Neque ego ullum exemplum vidi neque unquam me visurum esse spero; censeo enim (ut iam supra p. 255 sq. dixi), Feuerlinum vidisse exemplum germanicae Confessionis et Apologiae, 4° quocum in uno volumine coniunctus erat alius libellus, in cuius fine legebatur Clausula: Gedruckt zu Wittemberg durch Hans Lufft. M. D. XXXI., quod ille vir de hac Confessione optime meritus fortasse festinanter huius libelli titulum non animadvertens, ad ipsam Confessionem Apologiamque in hoc volumine proxime praecedentes falso referebat. Talis error ei non mirus videbitur, qui multos eiusmodi libros saepe cum aliis in uno volumine coniunctos ipse viderit. **)

2. Herm. von der Hardt in *Autographis Lutheri aliorumque* Tom. I. p. 277 sq. recenset hanc Editionem:

Confessio oder Bekentniß des Glaubens etlicher Fürsten und Städte, überantwortet Käyserl. Majestät zu Augsburg Ann. 1530. Apologia der Confession aus dem Latein verdeutscht, durch Justum Jonam. Wittenberg. 1531. *Alia editio sine loco.*

Weberus l. l. II. p. 35. de ea haec refert: „Noch merke ich bey dieser Gelegenheit an, daß auch Hermann von der Hardt einer Ausgabe der deutschen A. C. mit der Apologie vom Jahr 1531. 4. ohne Druckort Erwähnung thut, welche also allem Anschein nach auch Wiederhohlung der Melanchthonischen Hauptausgabe wäre: doch kann man ihm in seinen Anzeigen nicht allemal trauen, weil ich oft gefunden, welches ich auch in Zukunft durch Beyspiele beweisen werde, daß er in Anführung der Titel nicht allemal kritische Genauigkeit beobachtet." Hoc Weberi de dubia illius auctoris fide iudicium ipse pluribus exemplis affirmare possim, quae autem h. l. omitto, cum iam ille titulus satis ostendat, quam indiligenter Hardtius titulos exscripserit. Quapropter huic testimonio fidem habere nequeo.

3. Ioh. Vogt in *Catalogo historico-critico librorum rariorum* p. 210. haec refert: »Eodem anno [1531.] Vitembergae duae aliae adhuc excusae sunt editiones. Altera sermone vernaculo: *Confessio — — Apologia — — zu Wittenberg 1531. mense Novembr.* in 8. Altera sermone latino: *Confessio — — Addita est Apologia — — Wittemb. 1531.* in 8.« Haec altera latina est illa Editio supra p. 337 sqq. recensita, quae inter Melanthonianas prima variata nominatur. Illa germanica autem, quam item possideo, sic inscripta est:

Confessio oder | Bekantnus des Glaubens etlicher | Fürsten vnd Stedte, vberant- | wort Keiserlicher Maiestat, | zu Augspurg. Anno 1530.

Item, Apologia | vnd bekrefftigung | diser Confession.

---

*) Haec spectant ad verba a Webero l. l. II. in proxime praecedentibus p. 34. med. relata: „So wenig Melanchthon einen Abdruck von der Hauptausgabe der lateinischen Confession selbst veranstaltet, eben so wenig scheint er auch einen von der deutschen besorgt zu haben. Und die Ursach war sonder Zweifel diese, weil er schon im Jahr 1531 an ihrer Verbeßerung und weitern Ausführung zu arbeiten anfieng."

**) Exempli causa memoro, meo Editionis 2. ante-Melanthonianae exemplo alligatum esse hocce scriptum: Die drey | Symbola oder Be | kentnis des glau- | bens Christi jnn der | kirchen eintrechtig | lich gebraucht. | Mart. Luther D. | Wittemberg M. | D. XXXVIII. (qui titulus figuris ligno incisis cinctus est), in cuius fine legitur Clausula: Gedruckt zu Wit- | temberg durch Hans Lufft. | M.D.XXXVIII.

Haec Apologia habet hunc peculiarem titulum:

Apologia der | Confession aus | dem Latin verdeud= | schet, durch | Iustum Ionam | zu Wittemberg. | 1531. — (In fine:) Gedrückt im. 1531. Jar. Mense | Nouembri.

Haec Editio typis, qui *Corpus* nominantur, expressa (quapropter pagina integra 29 lineas s. versus complectitur) continet 32 plagulas litt. a — e (e ½ plag.), A — Z, Aa — Ee (Ee ½ plag.) signatas, priora 36 foll. non num., posteriora 220 foll. numeris romanis signata, 8° min. (fol. a 2^a — 4^a Praefatio ad Caesarem inscripta: Worred an Keyser Carl. V. ꝛc.; fol. a 4^b — 67^b init. Confessionis pars prior inscripta: Artickel Christlicher leer. cum suo epilogo; fol. b 7^b sub med. incipit Confessionis altera pars sine inscriptione, singuli autem eius articuli habent inscriptiones, ut: Von beider gestalt des Sacraments. Haec pars cum Confessionis epilogo et subscriptionibus finitur fol. e 4^a post med.: fol. e 4^b vacat; subsequens fol. A 1^a cont. Apologiae titulum modo descriptum; fol. A 1^b Index capitum Apologiae: Register der fürnemsten Artickel so in nachfolgender Apologia declarirt werden.; fol. II^a (A 2^a) V^a Praefatio Apologiae; fol. V^b — $CCXX^a$ Apologia ipsa, subiunctâ Clausulâ; fol. $CCXX^b$ vacat. Singulae paginae habent inscriptiones.).

Locus impressionis in hac Ed. non indicatur: nam verba tituli Apologiae: zu Wittemberg, locum, quo interpres Iustus Ionas translationem suam confecit, non vero locum impressionis indicant, id quod **Herm. von der Hardt** l. l. I. p. 263., **Reimmannus**, **Vogtius** aliique falso opinati sunt. Hanc Editionem minime esse Wittembergensem, sed *Norimbergensem* per Ioh. Petreium excusam, iam **Riedererus** ad **Feuerlini** eius recensionem l. l. I. p. 44. nr. 260. adnotavit hisce verbis: »Quum ipse hanc editionem, una cum proxime sequenti numero 261. indicanda norimbergensi per Ioh. Petreium excusa [Gedrückt zu Nürnberg bey Johann Petreio, 1532. 8. quae est repetitio antecedentis editionis nr. 260.] in bibliothecula mea tanquam cimelia asseruem: probe utramque contuli et ex typorum, non in titulo quidem, sed in ipsis libellis, litterarumque maiuscularum, figuris exornatarum, identitate, certissime cognoui, etiam hanc ed. a. 1531. m. Nou., loci typographique mentione destitutam, ex officina Petreii Noribergae prodiisse. Egregie itaque falluntur, qui eam pro decantata illa Wittebergensi germanica ed. a. 1531. in 8., ab exemplis in 4. excusis magnopere diuersa, habere uelint. Parum etiam abest, quin, exstare ed. 1531. Wittebergensem germanicam in 8., eamque a Ge. Rhaw excusam, et ualde mutatam, inter figmenta referam.« Item **Weberus** l. l. II. p. 36 sq. sic de ea iudicat: „Diese Ausgabe, so ohne Anzeige des Orts und Druckers erschienen, ist ziemlich correkter Abdruck der Melanchthonischen Hauptausgabe, einigen wenigen Unterschied der Rechtschreibung und des Titels ausgenommen. — — — Da am Ende weder Druckort noch Drucker gemeldet worden, so hat man allerdings die Rechtschreibung zu untersuchen. Diese besonders in den Worten: worred — zeyt — fleyß — yeglichen — yetzt — der wierzehend — der zweintzigst — nyemand — Gottis — gutigkeyt — gelindigkeyt — u. s. w. verrathen keine Officin zu Wittemberg oder in Obersachsen, sondern ich habe sie in Schriften, so damals zu Nürnberg und der Gegend gedruckt worden, wahrgenommen. Dies wird dadurch noch mehr bestätiget, daß diese Ausgabe mit einer andern bey Petrejus zu Nürnberg 1532. 8. nicht nur für Rechtschreibung, sondern auch für die Typen, wie auch Verzierungsbuchstaben übereinkömmt, wie solches auch schon vor mir der sel. D. Riederer bemerkt hat. Ja die Aehnlichkeit geht so weit, daß oft Zeile auf Zeile, Blatt auf Blatt mit einander zusammen trift, und die Bogenzahl sowohl für Confeßion als Apologie bey der einen Ausgabe eben so groß ist, wie bey der andern. Alles dies ist Beweis, daß die Ausgabe nicht, wie Hermann von der Hardt, Vogt, Reimmann und andere Litteratoren gewähnt, zu Wittemberg, sondern zu Nürnberg bey Petrejus gedruckt worden sey." — His denique addo **Kaiseri** l. l. p. 22. iudicium: „Ausser dem Irrthume, daß eine dreifache solche Ausgabe [scil. deutsche Original-Ausgabe der Augsburgischen Confession und ihrer Apologie] von 1530 — 31 in 4. von Melanchthon existire, herrschte lange Zeit auch die Meinung, daß eine deutsche Melanchthon'sche Octav-Ausgabe von 1531. vorhanden sey. Aber schon Feuerlein (bibl. symb. nr. 260) bemerkt, daß diese vermeintliche Melanchthon'sche Ausgabe bei Joh. Petreius in Nürnberg erschienen ist und mit denselben Lettern bei ihm 1532 aufs neue gedruckt wurde, daß aber so lange keine deutsche Octav-Ausgabe Melanchthons von 1531 angenommen werden kann, als kein Exemplar derselben aufgefunden wird."

Ex his elucet, 1. **unam** tantum Editionem Melanthonianam principem formae quaternariae a. 1530 — 1531. prodiisse; 2. nullam aliam Confessionis germanicae Editionem *Wittembergae* a. 1531. prodiisse, certe hucusque eiusmodi Editionem non esse inventam.

Priusquam ab his satis longis Prolegomenis ad ipsam Editionem criticam germanicae Confessionis progredior, iuvat h. l. pauca praemittere de eius instituendae ratione.

Textus, quem in hac Editione proponam, est textus primi generis exemplorum Editionis Melanthonianae principis, qui e. c. in Lutheri exemplo Bibliothecae regiae Dresdensis, et uno meorum exstat. Hunc textum ita

exhibebo, ut eius typographicos errores, quatenus ab ipso Melanthone in secundo genere exemplorum Editionis principis emendati sunt, ex huiusmodi exemplis emendem. *)

Cum hoc textu collati sunt *tredecim Codices* et *sex Editiones antiquiores* seu *ante-Melanthonianae*, quorum variae lectiones in margine inferiore adscribentur. Ut lectores *siglas*, quibus hi Codices Editionesque in hoc critico apparatu signantur, facilius percipiant, eas alphabetico ordine h. l. repeto quibusdam annotationibus adiunctis.

Aug. = Codex Augustanus supra p. 473 — 476. nr. 10. descriptus, cuius variae lectiones ex Beyschlagii collatione in libro p. 473 sq. recensito exhibita afferuntur.

Cass. = Codex Casselanus supra p. 469 — 472. nr. 6. descriptus, cuius varias lectiones Foerstemannus in l. Urkundenbuch I. p. 375 — 440. textui Codicis Onoldini 2. in margine inferiore adscripsit, ex quo eas repetam.

Dresd. = Codex Dresdensis supra p. 465 — 468. nr. 3. descriptus, a me secundum apographum accuratissimum illic memoratum primum collatus.

Hannov. = Codex Hannoveranus supra p. 421 — 424. nr. 3. descriptus, cuius varias lectiones afferam ex collatione Weberi, qui eas in sua Editione Codicis Moguntini, quam in Krit. Gesch. der A. C. I. Append. III. exhibuit, in margine inferiore adnotavit.

Mog. = Cod. Moguntinus supra p. 431 — 466. nr. 1. cum Editionibus ex eo factis descriptus, quem secundum Weberi Editionem modo memoratam cum textu Melanthonianae Editionis principis ipse contuli.

Mon. = Codex Monacensis supra p. 471 sq. nr. 7. recensitus, cuius varias lectiones ex Foerstemanni collatione l. l. I. p. 375 — 440. in marg. infer. proposita adscribam.

Nor. = Codex Norimbergensis supra p. 471 sq. nr. 8. descriptus, quem secundum Panzeri Editionem p. 223 sq. recensitam cum textu Melanthoniano ipse contuli.

Nordl. = Codex Nordlingensis supra p. 471 — 474. nr. 9. descriptus, quem secundum Beyschlagii Editionem p. 473 sq. recensitam cum hoc textu ipse contuli.

Onold. 1. = Codex Onoldinus 1. supra p. 419 — 422. nr. 2. descriptus, quem secundum Foerstemanni Editionem l. l. I. p. 345 — 355. exhibitam cum Melanthoniano textu contuli.

Onold. 2. = Codex Onoldinus 2. supra p. 467 — 470. nr. 4. descriptus, quem secundum Foerstemanni Editionem, quam l. l. I. p. 375 — 440. dedit, **) cum hoc textu ipse contuli.

Onold. 3. = Codex Onoldinus 3. supra p. 469 sq. ***) recensitus, cuius lectiones adnotabo ex collatione Foerstemanni, qui eas in sua Editione Codicis Onold. 2. modo laudata passim adscripsit.

---

*) Recte enim Kaiserus l. l. p. 43. post verba supra p. 525 sqq. nota ***) allata hoc suadet: „Und ich glaube nun unbedenklich, das Resultat aufstellen zu können, daß ein Buchstabe für Buchstabe genau behaltender Herausgeber der in Frage stehenden Originalausgabe der Confession und Apologie, aus den beiden Gattungen der Exemplare des lateinischen und deutschen Textes zur Vermeidung der von Melanchthon und Justus Jonas selbst, nach und nach verbesserten Druckfehler, nach einem festen Princip schöpfen solle, was von einigen Editoren, um recht diplomatisch zu verfahren, nicht geschah, und daß man nur von Einer Edition dieser Originalausgabe in Quart reden könne, wenigstens der Sache und dem Inhalte nach es nur Eine gebe."

8) Wolffgang Fürst zu Anhalt.] Cass., Nor.: Furst Wolffgang (Nor. Welfgang) zu Anholt (Nor. Anhalt), Albrecht Grafe vnd herre Zu Manffeldt (Nor. Manßueld), Onold. 2. 3. Welfgang Furst Zu Anhallt, Albrecht graue vnd herr Zu Manffeldt, Nordl., Editt. ant. 1—6.: Wolff (Ed. 5. Wolffgang) Furst zu Anhalt (Ed. 5. Anholt). Albrecht Graf (Nordl. Graue) vnd Herr zu Manßfelden (Nordl. Mensfeld, Ed. 4. 6. Mansfelt)

9) Die Stad Norimberg. Die Stad Reutlingen.] Cass., Nor., Onold. 2. 3.: vnd die bede [*haec vox* bede *in* Cass. *supra lineam adscripta est.*] gesandten der Zweier Stete Nurmberg vnd Reutlingen, Nordl., Editt. ant. 1—6.: Die geschickten der Stat Nurmberg (Ed. 1—4. Nürenberg, Ed. 5. Nörenberg, Ed. 6. Nürnberg). Die geschickten der Stat Reutlingen (Ed. 1—4. Reütlingen, Ed. 5. Rüthlinge). Aug.: Rathe vnnd Burgermaister zu Niernberg. Rathe zu Reytlingen. [*His verbis in hoc Cod. a scriba subiuncta est sigla*: Mßzt, *de qua conf.* Beyschlagii *annotatio supra p.* 475 *sq. lin.* 21—23. *a me allata* (*scil. verba*: Seine ganze Arbeit — — wo es dann „manibus suis subscripserunt" zu lesen wäre). *De illa huius siglae interpretatione* Foerstemannus *l. l.* I. *p.* 441. *sic iudicat*: Dem ist aber zu entgegnen, daß, wenn dieses Compendium wirklich durch „manibus suis subscripserunt" zu erklären ist, überhaupt kein Name weiter zu nennen war, auf welchen es sich beziehen sollte, da die Namen der Fürsten und Städte eben vorangehen. Auf des Schreibers Namen kann es, wenn man es durch „manu sua subscripsit" erklären wollte, eben so wenig bezogen werden, denn dann fehlte ja der Name des Schreibers selbst.]

Annotatio.
Recensio Editionis Muellerianae, atque discrimen, quod inter eam meamque intercedit.

Restat, ut, id quod supra p. 580. nota p. promisi, meum de I. F. Muelleri libro p. 485 sq. recensito hic proponam. Qui enim hanc meam Editionem Editionis Melanthonianae principis germanicae Confessionis confert cum illa, quam Muellerus in hoc libro p. 863—904. exhibuit, satis magnam diversitatem inter utramque inveniet, de qua h. l. breviter dicam.

Prima diversitas in eo continetur, quod praeter Codices et Editiones antiquiores etiam Concordiae librum, et Corpora doctrinae, scilicet Brandenburgicum, Brunsuicense, Thuringicum et Julium (ab ipso l. l. in praefat. p. CXV sq. breviter recensita) atque Editiones Chytraei, Coelestini et Cypriani contulit eorumque varias lectiones adscripsit. Horum vero librorum, qui fere omnes ad meas manus sunt, equidem nullam habui rationem eam ob causam, quod iis nulla critica auctoritas est tribuenda, id quod praesertim de Concordiae libro, Corpore Brandenburgico et Coelestini Editionibus supra in Prolegomenis ad hanc german. Conf. demonstrare studui. Etiam Weberus in sua Ed. Codicis Mog. et Foerstemannus in Ed. Codicis Onold. 2. eandem ob causam optimoque iure hos libros omnes praetermiserunt.

Secunda diversitas in eo conspicitur, quod Muellerus illos Codices (eorumve Editiones supra in Prolegg. recensitas) et Editiones antiquiores, quibus solis critica auctoritas inest, multo minori, quam par est, diligentia contulit, et quorundam Codicum ac plerumque etiam Editionum antiquiorum varias lectiones ita affert, ut facile intelligatur, eum certe multis locis non ipsis Codicibus vel Foerstemanni Editionibus nonnullorum Codicum supra laudatis atque ipsis Editionibus antiquioribus usum esse, sed Weberi collatione eorum, quam hic in Ed. Codicis Mog. adscripsit; quin aliquoties in altera Confessionis germanicae parte, mirum sane! affert varias lectiones Codicis Onold. 1., qui hac parte integra caret. Ex hac collationis ratione orti sunt multi errores multaeque omissiones, id quod plurimis exemplis facile probare possim; at, ne longior fiat haec expositio, pauca tantum afferam, ex quibus lector cognoscat, illud iudicium, quamquam severum, minime esse iniustum.

1. Magnum numerum variarum lectionum, quas Muellerus *omnino praetermisit*, lector ipse utriusque Editionis collatione facile inveniet, quapropter eiusmodi exempla tantum perpauca affero. E. c. q. 865. ad col. 1. lin. 33. non animadvertit, vocem so in Mon. deesse (vide meam Ed. p. 544. notam 16.) Ibid. col. 2. lin. 1. ad vocem vmb non adscripsit, in Editt. ant. 1—5. pro ea legi vnd (vide m. Ed. p. 541. notam 20.). Item p. 866. col. 1. lin. 4. ad vocem groswichtigsten non adnotavit, in Aug. pro ea inveniri grofmechtigisten (v. m. Ed. p. 545. not. 55.). Ibid. col. 2. lin. 1. ad voc. zwiespaldigen non adnotata est lectio Aug.: nach volgend (v. m. Ed. p. 546. not. 61.), et ibid. lin. 3. ad voc. vnd non memoratum est, eam in Editt. ant. 1—6. deesse (v. m. Ed. p. 546. not. 63.)

2. In aliis lectionibus a Muellero *non integra verba adscripta sunt*, e. c. in articulo III. p. 867. nota 11: Oberländ. fehlt vnd alle andere sund, pro quibus scribendum est: in Editt. ant. 1—6. desunt verba: sondern auch fur alle andere sunde, (v. m. Ed. p. 551. not. 5.). Item p. 876. nota 8. ad articuli VII. nomen Paulus adnotavit: Spal. Sant Paulus, pro integra varia lectione: denn Sant Paul (v. m. Ed. p. 557. not. 86.). Item p. 875. nota 12. ad art. XIX. nomen Christus adnotavit: Spal. Christus selbs; at in Wim. 1. leguntur: denn Christus selbst (v. m. Ed. p. 573. n. 2.).

3. In quibusdam lectionibus ab eo *falsa verba afferuntur*, e. c. p. 861. nota 29. falso refert: die Nürnb. Handschr. hatte anfänglich desselbigen, dann durch Correctur dieselbige; Nor. autem primum habebat: derselbigen, quod emendatum est in: dieselbigen (v. m. Ed. p. 542. n. 82.). — Item p. 865. nota 42. ad textus verba: zuschliessen lassen adnotavit: Nurnb. ursprünglich schliessen zu lassen, jedoch corrigirt wie oben; at in Nor. e contrario primum erat scriptum: zuschliessen lassen, quod deinde mutatum est in: schliessen zu lassen (v. m. Ed. p. 544. n. 15.). — Ibid. nota 19. ad textus verbum erbieten adnotavit: Oberländ. entbielend; at Editt. ant. 1—5. habent: embietend (v. m. Ed. p 545. n. 47.) et Ed. ant. 6. erbieten. — Item p. 866. nota 16.: Maynz. Machenatisten; at Mog. pro Mahometisten exhibet: machemetisten (v. m. Ed. p. 548. n. 35.).

4. In plures *errores* Muellerus eo inductus est, quod Weberi *collatione* usus est pro Panzeri Ed. Codicis Nor., Foerstemanni Editionibus Codicum Onold. 1. et Wim. 1. atque pro ipsis Editionibus antiquioribus, id quod ex hisce exemplis intelligitur:

a. ex Nor. e. c. p. 890. nota 97. affert cum Webero: Hannov. Nürnb. jr denn, at Nor. habet: jr denn nun (v. m. Ed. p. 630. n. 13.).

b. ex Onold. 1. e. c. p. 875. nota 6. ad voces articuli XIX. jnn allen bösen vnd verechtern Gottes adnotavit: Ansb. 1. fehlt jnn, hunc Weberi errorem iam a Foerstemanno l. l. I. p. 353. nota 31. castigatum repetens; huius enim Cod. varia lectio non est: allen bösen vnd verechtern Gottes, sed: aller vesen vnnd verechter Gottes (v. m. Ed. p. 573. n. 95.).

c. ex Wim. 1. (Spalat.) e. c. p. 866. nota 15. ad voc. Item, Webero duce, adnotavit: Spal. dergleichen die; at Spalatinus in hoc Cod. scripsit: Desgleichen die (v. m. Ed. p. 548. n. 31. 32.). — Item p. 889. nota 45. ad verba: Derhalben war cum Webero adnotavit: Spal. fehlt war; at potius adnotandum est: Wim. 1. habet ist gewest pro war (v. m. Ed. p. 625. n. 9.). — Item p. 891. nota 141. cum Webero refert voces vor Gott in Wim. 1. deesse; at in hoc Cod. leguntur (v. m. Ed. p. 634. n. 16.). — Item p. 892. ad p. 58. lin. 31. Libri Conc. ad voces als der schwachen (v. m. Ed. p. 642. lin. 4.) Webero duce adscripsit: Spal. schwecheren; at Wim. 1. aeque ac ceteri Codd. exhibet: schwachen.

d. ex Editt ant e. c. p. 895. ad p. 61. lin. 5. Libri Conc. Muellerus, Weberum sequens, adnotavit: Oberländ. 2. [i. e. Ed. ant. 6.] fehlt das; at non vox das, sed vnd in Ed. ant. 6. h. l. deest (v. m. Ed. p. 652. notam t.).

5. In aliis lectionibus verba ipsa quidem integra recte adscripta, sed *non omnes Codices et Editiones ant., in quibus hae lectiones exstant, nominantur*, e. c. p. 865. nota 43. ad vocem gemeldet adnotavit: Nürnb. Maynz. Oberländ. angezeigt; at etiam Aug., Nordl., Onold 2. 3. et Dresd. (quem Codicem illi ignotum ipse primum contuli) hanc lectionem habent (v. m. Ed. p. 544. n. 17.). — Item p. 874. nota 15. ad articuli XVIII. vocem das adscripsit: Oberländ. fehlt das; at haec vox non tantum in Editt. ant. 1—6., sed etiam in Aug., Nordl. et Onold. 1. deest (v. m. Ed. p. 571. n. 48.). — Item p. 879. nota 12. ad articuli XXI. locum j. Joh. ij. adscripsit: Ansb. 2. Nürnb. wie in der ersten Johannis am 2. steet; haec vero non solum in illis 2 Codd., sed etiam in Cass., Hannov. et Mon. reperiuntur (v. m. Ed. p. 590. n. 63.).

6. Nonnullis locis *falso* contendit, quandam lectionem *in omnibus Codicibus reperiri*, e. c. p. 870. nota 6. ad voces articuli VII.: von menschen adnotavit: In den sämtl. Handschr. fehlt den wie oben; at Mog. habet: von den menschen (v. m. Ed. p. 557. n. 84.). — Ibid. nota 5. ad articuli VIII. vocem heuchler adscripsit: Conc. B. Maynz. Chytr. Coel. heuchler sein, jedoch in

allen Handschr. Oberländ. fehlt sein wie oben; at non solum in Mog., id quod ipse refert, sed etiam in Cass. legitur sein (v. m. Ed. p. 558. n. 98.). — Item p. 877. ad p. 45. lin. 24. Libri Conc. ad verba: durch den Glauben adnotat: den fehlt in sämtl. Handschr. und Oberländ.; at Mog., Wim. 1., Ed. ant. 5. habent: durch den glauben (v. m. Ed. p. 582. notam ff.). — P. 890. nota 78. falso dicit *omnes* Codd. exhibere: Vnd ist also, quamquam ipse variam lectionem Wim. 1. addit (conf. m. Ed. p. 628. n. 76.).

7. *Quibusdam Codicibus falso attribuit variam lectionem*, e. c. p. 872. nota 2. ad articuli XV. voces vnd guter ordenung falso dicit: — Mainz. — fehlt vnd, in Mog. enim h. l. leguntur: vnnd zu guter ordnung (v. m. Ed. p. 565. n. 39. — P. 880. nota 17. ad finem Epilogi articulorum fidei adnotavit: Weim. und Nürnb. schließen mit ꝛc.; at non Nor., sed Aug. et Nordl. cum Wim. 2. h. l. addunt: ꝛc. (v. m. Ed. p. 592. et 593. n. 23. — In art. Von vnterschiede der speise p. 889. nota 55. inter Codd., qui voce Etliche carent (v. m. Ed. p. 626. n. 23.) falso nominat Nordl. — Hisce erroribus etiam adnumerandi sunt loci alterius partis Confessionis germanicae, quibus falso adscripsit, quasdam varietates etiam in Onold. 1. reperiri, quippe qui Cod. hac altera parte integra caret (vide m. Ed. p. 592. et 593. n. 23.). Huiusmodi errores inveniuntur p. 880. nota †, ubi ad inscriptionem primi articuli alterius partis Conf. haec adnotavit: Die Beziffernng der s. g. streitigen Artikel findet sich Conc. B. Maynz. Nürnb. Ansb. 1. etc.; praeterea e. c. hisce locis p. 880. nota 2., p. 890. nota 102., p. 892. nota 10. et 14.

8. In *similem de Editionibus antiquioribus errorem* lectores Muellerus eo inducit, quod has sex, quas equidem semper numeris 1—6. distinxi, fere ubique sola sigla: Oberländ. indicat, quamquam inter se varie differunt. Hac enim manca significationis ratione aliquis facillime ad opinionem adducitur, lectionem quibusdam Editionibus ant. peculiarem omnibus esse communem, e. c. p. 866. nota 50. Oberländ. geflossen pro geschlossen, tantum in Editt. ant. 1—5. legitur (v. m. Ed. p. 545 n. 52.); item p. 866. nota 53. Oberländ. bliben pro bleiben nonnisi in Ed. ant. 1. exstat, Editt. ant. 2—5. habent blieben (v. m. Ed. p. 546. n. 60.); p. 866. nota 11. Oberländ. selbig pro selb ad solas Editt. ant. 1—4. pertinet (v. m. Ed. p. 548. n. 22.); p. 867. nota 4. Oberländ. natauren pro natur in sola Ed. ant. 1. legitur, Editt. ant. 2—6. habent: naturen (v. m. Ed. p. 551. n. 95.).

Tertia diversitas est in *ratione*, *qua variae lectiones textui subiunctae sunt*. Equidem ubique textus verba ipsa, ad quae varia lectio spectat, adscripsi; Muellerus vero saepissime has in critico apparatu ita affert, ut lector in dubio sit, ad quae textus verba varietas lectionis sit referenda. Eiusmodi exempla lector ipse utramque Editionem conferens nullo labore reperiet.

Denique memoro, *quasdam varias lectiones* illorum Codicum et Editionum ant. a Muellero *adnotatas*, a me consilio *praetermissas* esse, nempe tales, quas a textus verbis non sensu, sed sola dialecti forma differre unusquisque facile intelligit. Cuiusmodi est lectio zuuerston p. 865. nota 38. ab eo ad textus verbum zuuerstehen adscripta (v. m. Ed. p. 544. lin. 1. 2.). Item p. 866. nota 14. ad verba textus gesetzt haben adnotavit: Spal. gesetzt haben, Augsb. gesetzt hond (Schwäb. Mundart), quarum lectionum prior falsa est, quoniam Wim. 1. habet: setzten (v. m. Ed. p. 548. n. 29.), alteram autem haud facile aliquis aliter interpretetur ac gesetzt haben. — Plures autem eiusmodi lectiones, quae tantum dialecto a textus verbis differunt, ipse quoque adscripsi, scilicet tales, quae, si ad linguam Germaniae superioris praesertim nostri temporis referuntur, aliam habent significationem, e. c. verlaßne pro verlesene (v. m. Ed. p. 544. n. 12.), en pro an (v. m. Ed. p. 545. n. 53.), an, ahne pro ohne (v. m. Ed. p. 592. n. 12.), sein, seind pro sind (v. m. Ed. p. 649 notam tt., p. 652. notam r., p. 655. notam x.).

Hac expositione demonstrasse mihi videor, quantopere mea Editio a Mulleriana differat et quam caute haec sit adhibenda.

Postquam in praecedentibus Melanthonis *Editionem principem* Confessionis germanicae denuo edidi addita Codicum et Editionum antiquiorum varia lectione, ex qua intelligitur, Confessionem in illa Editione exhibitam non recte *invariatam* a permultis nominari, transeamus ad eiusdem auctoris Editiones, quas ipse *diligenter emendatas*, *) plurimi *variatas*, **) quidam *corruptas* seu *depravatas* ***) appellant.

Multi e. c. Polycarpus Leiser, Hoe, Wernsdorfius, Cyprianus, opinati sunt, *primam* harum variatarum Editionum Confessionis germanicae iam *anno 1531.* forma octava Wittembergae prodiisse †). In hunc errorem eo inducti esse videntur, quod illo anno *prima variata* Editio *latinae* Confessionis Wittembergae octava forma prodiit, quam supra p. 337 sqq. recensui. Fortasse enim opinabantur, aeque ac Editionem principem *quaternariae* formae a. 1531. etiam Editionem *octavae* formae huius anni utramque Confessionem et latinam et germanicam complecti. At ex titulo huius Editionis octavae formae, quem supra p. 337 sq. proposui, intelligitur, eam nonnisi *latinam* Conf. cum Apologia continere, nam verba: Beide, Deudsch vnd Latinisch, quae in titulo generali Editionis principis leguntur (vide supra p. 237 sq.) in titulo alterius Editionis a. 1531. 8° non exstant. Praeterea iam supra p. 529 sqq. ostendi, nullam alteram germanicae Confessionis Editionem Wittembergensem anni 1531. hucusque inventam esse, illosque, qui talem Editionem se vidisse putarint eiusve mentionem fecerint, in errore versari, aut *Norimbergensem* ex Editione principe a. 1531. repetitam falso *Wittembergensem* iudicasse ††). Aut denique ab illis viris Editio *Wittembergensis variata a.* 1533., quam infra recensebo, quoniam anni indicio in titulo Confessionis caret, falso ad annum 1531. relata est.

Weberus, quamquam ipse negat illo anno Editionem variatam germanicae Conf. prodiisse, tamen putat, Melanthonem iam sub finem anni 1531. emendanda germanica Confessione fuisse occupatum †††); at in epistolis ultimo huius anni trimestri ab ipso scriptis nullam eius rei mentionem inveni.

Neque *anno 1532. Wittembergae* Editio *variata* huius Confessionis prodiit. Nam Editio formae octavae a. 1532. in Andreae Rauscheri officina impressa neque *Wittembergensis*, neque *variata* est. Sic est inscripta:

> Confessio | oder Bekantnus | des glaubens etlicher Für- | sten vnnd Stedte. Vber | antwort Keiserlicher | Maiestat. | zu Augspurg. | Anno M. D. XXX. | Apologia der Confessio.

---

*) In his enim Editt. fere omnibus (exceptis duabus, quas infra Ed. 6. et Ed. 8. signabo) Melanthon ipse in titulo adscripsit verba: mit vleis ementirt.

**) Hoc nomine plerumque haec Confessionis forma distinguitur a praecedenti, quae *invariata* nominari solet. — Historiam variatae Conf. vide in Saligii Hist. der A. C. I. p. 469 sqq.

***) Sic Phil. Frid. Hane in l. *Historia critica Aug. Conf. De Editionibus germanicis invariatis, variatis et denique corruptis distincte praecipiens*, etc. (Hamburgi, 1732. 4°) Editionem Wittembergensem anni 1556. 8° easque, quae cum ea consentiunt, p. 73 appellat ignorans, plurimas varias lectiones, quibus haec ab Editione anni 1531. 4° differt, iam in Editione anni 1533. inveniri. (Conf. Bertram Wöchentl. Hall. Anzeigen v. J. 1767. p. 429 sq.).

†) Vide Weberum l. l. II. p. 28 sqq., Bertramum l. l. p. 425 sq. not. 23.

††) Haec enim Editio supra p. 529 sq. extr. et p. 531 sq. init. recensita, quae a. 1531. mense Novembri forma octava prodiit, a quibusdam *Wittembergensis* iudicatur. At viri docti, qui hanc accuratius perscrutarunt, eam non Wittembergae, sed *Norimbergae* esse impressam, neque variatam, sed ex Ed. Mel. principe esse recusam demonstrarunt (vide Weberum l. l. II. p. 35 sqq.).

†††) Weberus l. l. II. p. 56. nota a. hoc probare studet loco quodam epistolae Melanthonis ad Camerarium Id. Nov. scriptae, quae a primo Editore harum epistolarum (sic inscriptarum: *Phil. Melanchthonis Epistolae ad Ioach. Camerarium. Lipsiae Anno MDLXIX.* 8°) p. 176 sq. ad a. 1531. relata est; at iam I. C. Bertramus in l. Litterar. Abhandlungen Fasc. III. p. 163. 170. docuit, eam esse ad a. 1530. referendam, cui anno etiam a Bretschneidero in huius Corp. Vol. II. p. 439 sq. recte adscripta est.

qui titulus cinctus est figuris ligno incisis, quarum inferiores a dextra Electorem Saxon., a sinistra Lutherum, utrumque cum suis Insignibus depingunt. Apologia huius Editionis hunc habet titulum iisdem figuris cinctum:

> Apologia | der Confession | aus dem Latin ver= | deudschet, | durch | Justum Jonam. | Wittemberg. — (In fine Apologiae legitur Clausula:) Gedruckt bey Andre= | as Rauscher. | M. D. XXXii.

Hanc Editionem, 25 plagulas, 200 foll. non num., quorum ultimum album est, 8° min. continentem, quarum 4 priores, litt. A—D sign., Confessionem exhibent, sequentes 21 plagg. litt. A—X sign., Apologiam complectuntur*), Herm. von der Hardt**) et Dav. Clement***) iudicarunt esse *Wittembergensem*, quippe quod in Apologiae titulo Wittembergae nomen sit adscriptum. At quisque in libris illius temporis bene versatus non ignorat, huius loci nomen titulo adscriptum minime esse certum indicium loci, ubi liber ipse impressus sit†). Hanc Editionem potius *Erfordiae* esse excusam, ex Rauscheri typographi, qui eodem fere tempore typographicam et librariam suam officinam Erfordiae habebat††), nomine in calce libri adscripto recte colligunt Phil. Frid. Hanius†††), Feuerlinus l. l. I. p. 44. nr. 262. et Weberus l. l. II. p. 46. In hac Ed. Editio Mel. princeps recusa est.

1. *De Melanthonis Editione anni 1533. octavae formae.*

Prima Editio *variata* germanicae Confessionis demum *anno 1533. Wittebergae* prodiit sic inscripta:

*Confessio
*odder Bekantnus
*des Glaubens etlicher Für=
sten vnd Stedte/ Vberantwort
Keiserlicher Maiestat/ auff
dem Reichstag ge=
halten/
*zu Augspurg/
Anno M. D. XXX.
*Apologia der Confessio/
*mit vleis emendirt.

Hic titulus, cuius lineae 1—3. 8. 10. 11., quas astericis signavi, rubro colore impressae sunt, cinctus est figuris ligno incisis quarum inferior pars duos stylobatas quadratos depingit, inter quos Insigne Electoris Saxon. est. In utroque stylobata iuxta titulum posita est columna rotunda, in qua angelus stat, altera manu clypeum insignem, altera thuribulum hastili instructum tenens. Hae duae columnae arcu imposito coniunctae sunt. Tituli pars aversa vacat. Priores 5½ plagulae litt. A—F (F ½ plag.) sign., 44 foll. non

---

*) Haec Ed. in Biblioth. Orphanotrophei Hallensis et in meis libris est.

**) In l. *Autographa Luth. aliorumque.* T. I. p. 291.

***) In l. *Bibliotheque curieuse histor. et crit.* T. II. p. 221 sq. nota 24. extr.

†) Conf. Weberus l. l. II. p. 36 sq.

††) Id elucet e. c. ex hocce libello: Der hundert vnd siebentzehend Psalm. Ausgelegt durch D. Mar. Luther. M. D. XXX. — (In fine:) Gedruckt zu Erffurt bey Andreas Rauscher.

†††) In Hist. crit. Aug. Conf. p. 60.

num., Confessionem continent. Sequentes 26 plagg. litt. G—M. a—v *) sign., 208 foll. non num., Apologiam exhibent, cuius primum folium hanc inscriptionem habet:

Apologia
der Confession
aus dem Latin
verdeudschet/
durch D.
Justum Jonam
Witeberg.
M. D. XXXIII.

Hic titulus cinctus est figuris ligno incisis, quarum inferior pars duos stylobatas quadratos, inter quos leo recubat, mediae iuxta titulum utrinque positae partes columnam quadratam exhibent, imposita aedium fronte, qua hae duae columnae coniunguntur. Tituli pars aversa vacat. In calce Apologiae, fol. v 8ª subiuncta est haec Clausula:

Gedruckt zu Wittemberg
durch Georgen
Rhaw.

Ultima pagina alba est. 8º min. **).

Haec Editio, typis, qui *Corpus* in officinis nominantur, descripta, Muhlium, Hanium ***) aliosque fugit. Eam iam fine anni 1532. paene esse absolutam, intelligitur ex hocce loco epistolae a Melanthone ad Ioachimum Anhaltinum m. Decembri 1532. datae (in huius Corp. Vol. II. p. 619.): »Recudo nunc *germanicum Apologum*, quem spero multum lucis allaturum esse nostrae causae. Cum erit absolutus, mittam C. T.« et ex duobus locis epistolarum paulo post ab eo scriptarum, in quarum altera d. 1. Ian. 1533. ad Camerarium data (l. l. II. p. 623.) haec leguntur: *Apologiam germanicam* et locum περὶ δικαιοσύνης tractavi ἀκριβέστερον, quem velim te inspicere.«, in altera autem ineunte Ian. eiusdem anni ad Spalatinum scripta haecce: »Pastorem tibi remitto. — Addidi et recognitam *germanicam Apologiam.* Duos locos integros retexui, de peccato originis καὶ περὶ δικαιοσύνης, quos rogo ut inspicias, spero profuturos conscientiis piis. Illustravi enim ut mihi quidem videor planissime τὰ περὶ δικαιοσύνης, teque rogo, ut iudicium mihi tuum perscribas.« In ceteris anni 1533. epistolis nullam huius Editionis mentionem inveni.

Haec Editio, quae iam in titulo verbis adscriptis: „auff dem Reichstag gehalten", et „mit vleis emendirt" ab Ed. Mel. principe distinguitur, multo magis articulis ipsis ab illa differt, praesertim art. IV. V. VI. XII. XIII. XV. XX.

---

*) Ex hac plagulas Apologiae signandi ratione intelligitur, cum eius prima plagula litt. A signata simul articulum Von der Kirchen, qui fol. a 1ª orditur, in officina esse typis descriptum, ut liber breviori tempore absolveretur. Cum autem typotheta in dubio esset, quot plagulas prior Apologiae pars complecteretur, alteram eius partem litt. a signare incepit.

**) Haec Ed. perrara in Biblioth. Mariana Hallensi et in meis libris est. — Recensetur a Feuerlino l. l. l. p. 44 sq. nr. 263., Bertramo in Wöchentl. Hallischen Anzeigen v. J. 1767. p. 429 sq. et Webero l. l. II. p. 55 sqq.

***) Hic enim in Hist. crit. Aug. Conf. p. 73. Editionem Wittemb. a. 1556. 8º infra recensendam *primam* germanicae Conf. *variatam*, vel, ut ipsius verbo utar, *corruptam* appellat.

Inter exempla huius Ed. in prima Confessionis plagula litt. A sign. haec invenitur varietas, quod in aliis fol. A 8^b finitur his quatuor lineis: [gehor=]sam gegen Gott, Dieweil wir aber Gottes | gesetz nicht gnug thuen, Gott nicht gnug= | sam fürchten, nicht starck gnug vertrawen | vnd gleuben, vnd allerley böse sundliche lüste quae fol. B 1^a init. repetitae sunt; hoc errore typothetae cognito duo extrema plagulae A folia ita recusa sunt, ut fol. A 8^b, illis 4 lineis in hacce pagina omissis, finiatur verbis proxime praecedentibus: ein newes leben mit sich, das ist ein gehor=[sam] *). — Sine dubio theologi, qui in conventu Schmalcaldensi a. 1537. interfuerunt (conf. huius Corp. Vol. III. p. 286 sq.) hac Editione usi sunt.

Haec Editio *prima variata* anno 1535. recusa est *Tubingae* sic inscripta:

> Confessio oder Bekandtnus des Glaubens etlicher Fürsten vnd Stette, Vberantwort Keiserlicher Maiestet, auff dem Reichstag gehalten, zu Augspurg. Anno. M. D. XXX. Apologia der Confessio, mit fleis emendirt. — (In fine Apologiae:) Gedruckt zu Tübingen durch Ulrich Morhart. 8.

Hanc Editionem in qua neque in titulo, neque in Apologiae fine annus impressionis indicatur, sed tantum in hocce Apologiae titulo: Apologia der Confession aus dem Latin verdeudschet, durch D. Justum Jonam. M. D. XXXV., hucusque nondum ipse vidi, sed h. l. ex Weberi l. l. II. p. 61 sqq. recenseo, et quae ille de ea scripsit, refero. Haec Ed. ex Editione Wittembergensi anni 1533. recusa est, cum qua fere omnino congruit, quin etiam plurimos errores typographicos repetit, nonnullos autem emendavit aliosque addidit, mire vero ab ea differt quibusdam *variis lectionibus*, quae in subsequenti Editione Wittembergensi anni 1540. octavae formae reperiuntur. Weberus refert hasce:

	A. C. Wittemb. 1533. 8.	A. C. Tübingen 1535. 8.	A. C. Wittemb. 1540. 8.
C iij^b	Es müssen aber die Heiligen hie auch leiden,	Es mussen aber dennoch die Heiligen hie leiden,	Es mussen aber dennoch die Heiligen hie leiden,
C v^a	zu helffen, vnd zu bewaren,	zu helffen, zu bewaren,	zu helffen, zu bewaren,
C vij^a	odder jemand zu beschweren,	vnd niemand zu beschweren	vnd niemand zu beschweren,

De quibus lectionibus memorabilibus Weberus haec animadvertit: Da diese Lesarten der Tübingischen fünf und dreyßiger Ausgabe, die in der Vierziger Wittenberger auch vorkommen, ohnmöglich vom Setzer und Corrector herrühren können, so ziehe ich hieraus die nicht unwahrscheinliche Folge, daß entweder der Bogen C der drey und dreyßiger Wittenbergischen Ausgabe auf doppelte Weise existire, oder noch eine Wittenbergische vom Jahr 1533. oder 1534. vorhanden sey, die zur Zeit den Litteratoren entgangen, und welche beim Tübingischen Druck befolgt worden, oder daß bey dem Vierziger Wittenbergischen Octavdruck der Tübinger fünf und dreyßiger zum Grunde gelegen. Der letzte Fall kann nicht statt finden, denn der Vierziger Wittenbergische Octavdruck kommt mit dem Drey und Dreyßiger Zeile für Zeile und Blatt für Blatt überein: folglich muß einer von den beiden ersten Fällen obwalten. Welcher, getraue ich mich nicht zu bestimmen: es ist mir genug, aus kritischen Gründen den Litteratoren einen Wink gegeben zu haben, daß hier noch etwas zu entdecken sey." Quod ad primam explicationem huius varietatis pertinet, negari nequit, aeque ac plagulam A etiam plagulam C bis paululum mutatam imprimi potuisse, nam in Editione Mel. principe latina et germanica quasdam plagulas iterum impressas paulumque mutatas esse supra exemplis probavimus. Alteram vero coniecturam, fortasse anno 1533. vel 1534. *secundam variatam* Editionem adhuc ignotam Wittembergae prodiisse, quae illas tres varias lectiones exhibeat et ex qua Editio Tubingensis recusa sit, reiiciendam esse censeo; nam praeter illos locos supra laudatos, qui ad primam Ed. variatam spectant, in Melanthonis epistolis annorum 1533. et 1534. Confessionis germanicae nullum inveni indicium, neque etiam in epistolis anni 1535. eiusmodi legitur, nam tres loci in epistolis ad Camerarium d. 11. Martii, ad Lachmannum d. 25. Aprilis et ad Myconium eodem mense scriptis obvii non ad *germanicam*, sed ad *latinam* Confessionem spectant (conf. supra p. 339 sq.). At praeter has duas coniecturas et tertiam ab ipso Webero repudiatam datur etiam quarta. Ille enim l. l. p. 63. haec addit: „Allem Anschein nach hat Brenz, einer von den wärmsten Freunden Melanchthons, dem Melanchthon auch von seinen Ver-

*) Ad hoc alterum exemplorum genus, in quo illae 4 lineae in solius fol. B 1^a principio leguntur, pertinent duo exempla, quae in meis manibus teneo. De hac exemplorum diversitate vide Weberum l. l. II. p. 61.

besserungen mit der Apologie und Confession geschrieben *), und die Brenz auch gut geheißen und gelobt **), für diesen Nachdruck gesorgt." Si Brentius illam Editionem anni 1533. Tubingae a. 1535. recudendam curavit, alterum de duobus esse potest: aut Melanthon illarum emendationum in plag. C exhibitarum auctor est vel per litteras, vel ita, ut exemplum his emendationibus sua ipsius manu instructum ad amicum mitteret, aut Brentius hos locos sic emendavit et Melanthon hos amici, cuius iudicium maximi faciebat ***), emendationes in proximam suam Editionem recepit.

2. *De Melanthonis Editione anni 1540. octavae formae.*

Anno 1540. ex eadem officina, in qua Ed. *prima variata* impressa est, prodiit *secunda variata* Ed. *octavae formae* sic inscripta:

*Confessio
*oder Bekantnus
*des Glaubens/ etlicher
Fürsten vnd Stedte/ Vberant=
wort Keiserlicher Maiestat/
auff dem Reichstag
gehalten/
zu Augspurg/
Anno 1530.
*Apologia der Confes=
*sio/ mit vleis emendirt.
Anno M. D. XL.

Hic titulus, cuius lineae 1. 2. 3. 10. 11., quas asteriscis signavi, rubro colore impressae sunt, figuris ligno incisis cinctus est, quarum superior pars magnam avem vasi insidentem, inferior autem duos viros nudos depingit, inter quos sunt Lutheri duo insignia, a sinistra: agnum vexillum tenens, a dextra: alba rosa, in cuius corde crux est. Pars aversa huius tituli vacat. Priores 5½ plagulae litt. A—F (F ½ plag.) sign., 44 foll. non num., Confessionem continent, sequentes autem 26½ plagulae litt. G—Z, a—f (f ½ plag.) sign., 212 foll. non num., quorum ultimum album est, Apologiam exhibent sic inscriptam:

---

*) Conf. e. c. epistolae Melanthonis ad illum a. 1531. m. Febr., d. 8. April., med. Maio, d. 7. Iun. datae (in huius Corp. Vol. II. p. 484. 494. 501 sq. 504.), in quibus de Confessione scripsit et illius de ea iudicium sibi significari cupit.

**) Vide Brentii ad Theodorum epistolam a. 1541. in huius Corp. Vol. IV. p. 737.

***) Conf. eius praefatiunculam in suam Catechesin puerilem in huius Corp. Vol. XXIII. p. 115 sq.

Apologia
der Confeſſion
aus dem Latin
verdeudſchet/
durch D.
Juſtum Jonam
Wittemberg.
M. D. XL.

Hic titulus iisdem figuris ligno incisis cinctus est ac Apologiae titulus in Editione anni 1533. Pars eius aversa vacat. In Apologiae calce, fol. f iij^b subiuncta est Clausula:

Gedruckt zu Wittemberg
durch Georgen
Rhaw.

Ultimum folium album est. 8^0 min. *)

Haec Editio typis, qui *Corpus* nominantur, expressa, cum Ed. anni 1533. non tantum typis ceteroquo modo, sed maxima ex parte etiam singulis paginis congruit. Aliquot illius Editionis errores typographici in hac emendati sunt e. c. fol. F iiij^a lin. 1. illa habet: vnd billiche traditiones, quae in hacce fol. F iiij^a lin. 4. sic emendata sunt: vnd vnbilliche traditiones, at multo maior numerus eiusmodi errorum negligentia correcloris in hac ad priores accessit, e. c. fol. A v^b lin. 7. das man dem falb Ade, pro das nach dem falh Ade, — fol. A vj^b lin. 6. vnd ſich von der ſundlichen natur, pro vnd ſind von der ſundlichen natur, — fol. E vj^a lin. 6. ſehr vnſchrecklich pro ſehr vnſchicklich. Praeterea a prima illa variata Ed. nonnullis locis differt variis lectionibus, cuiusmodi **Weberus** l. l. II. p. 66. hasce affert:

	A. C. Wittemb. 1533. 8.	A. C. Wittemb. 1540. 8.
C iiij^b lin. 12. 13.	Es müſſen aber die heiligen hie auch leiden,	Es müſſen aber dennoch die heiligen hie leiden,
F v^a lin. 8. 9.	zu helffen, vns zu bewaren,	zu helffen, zu bewaren,
G vij^a lin. 21. 22.	odder jemand	vnd niemand
C viij^a lin. 27.	das Bepſtliche new Edict	der Bepſtlichen new Edict
D vij^a lin. 4. 5.	von nötigern ſachen,	von nötigen ſachen,
— lin. ult.	dauon alſo gelert,	alſo dauon gelert,
D xij^b lin. 23.	haben mögen tragen,	haben können tragen,
F ij^b lin. 27.	ordinirt, Weinacht,	ordinirt, als Weinacht,
F iiij^a lin. 19.	wir fallen laſſen,	wir faren laſſen,

Harum variarum lectionum tres priores iam in Editione Tubingensi a. 1535. inveniuntur, et supra p. 699 sq. in huius recensione memoratae sunt.

---

*) Hanc Editionem perraram ex Biblioth. reg'a Berolinensi et magniducali Wimariensi in manibus habeo.

De hac *secunda variata* Ed. Weberus, postquam errorum typographicorum et variarum eius lectionum mentionem fecit, l. l. p. 67. haec refert: „Ob Melanchthon an diesen wenigen eigenthümlichen Lesarten, die die Vierziger von der drey und dreyßiger unterscheiden, Schuld habe, wage ich nicht zu bestimmen: so viel aber ist wohl zu glauben, daß Rhau diesen Druck eben so wenig, wie auch die folgenden, nicht ohne sein Vorwißen veranstaltet haben wird Ich habe inzwischen geglaubt, diese Lesarten, so geringfügig sie auch scheinen mögen, nicht übergehen zu dürfen, weil nach meinen angestellten Collationen die vierziger Ausgabe Mutter aller folgenden zu seyn scheint. Uebrigens ist sie noch dadurch merkwürdig, weil sie von den evangelischen Fürsten und Ständen auf dem Colloquio zu Worms 1540 den kaiserlichen Präsidenten und Collocutoren übergeben worden ist. Das Exemplar befindet sich noch dermalen im Reichsarchiv, und hat das Glück gehabt, von Gudenus, [a]) und der neuern Mainzischen Canzley zum Rang eines Originals erhoben zu werden. Wahrscheinlich aber hat Gudenus einen Originaldruck verstanden, den nachher die Mainzische Canzley ins Original selbst gewandelt, und sonder alles Bedenken von selbigem eine vidimirte Abschrift gefertigt und im Jahr 1767 nach Weimar geschickt hat [b])."

Quo mense haec Editio prodierit, certo definiri nequit, nam in Melanthonis epistolis nullum de hac re indicium inveni. Cum in Conventu Wormatiensi, qui d. 25. Nov. 1540. inchoabatur, d. 30. Nov. Catholicis tradita sit, (quam ob causam in Cancellaria Moguntina asservabatur,) ante hunc Conventum absoluta sit necesse est.

3. *De Melanthonis Editione anni 1540. quaternariae formae.*

Ex illa Ed., quam modo recensui, *eodem anno* recusa est haecce *quaternariae formae*:

*Confessio
*oder Bekantnus des
*Glaubens/ etlicher
*Fürsten vnd Stedte/ Vberantwort Keiserlicher Maiestat/ auff
dem Reichstag/ gehalten
zu Augspurg/
Anno 1530.
*Apologia der Confessio/
*mit vleis emendirt.
*PSALMO 119.
Ich rede von deinen Zeugnissen fur Königen, Vnd scheme mich nicht.
*Wittemberg.
1540.
*

a) Gudenus schrieb dem sel. Feuerlein, daß dies vermeintliche Original in klein Quart, schwarz Leder gebunden sey, und rothen

Huius tituli non figuris cincti lineae 1. 2. 3. 9. 10. 11. 15. integrae asteriscis a me signatae et linea 4. dimidia, scil. tria verba priora: Fürsten vnd Stedte/ rubro colore impressae sunt atque primae voci: Confessio utrinque maius foliolum atro colore impressum et lineae 11.: »PSALMO 119.« minus trifolii foliolum atrum utrinque appositum est. Pars tituli aversa vacat. Priores 10 plagulae, litt. A—K sign., quarum folia, excepto primo titulum continente et ultimo albo, numeris II.—XXXIX. numerata sunt, Confessionem exhibent, subsequentes autem 48 plagulae litt. L—Z, a—z, Aa—Mm sign., quarum folia, excepto primo et ultimo albo, numeris II.—CXCI. numerata sunt, Apologiam, cuius primum folium in antica parte hunc habet titulum:

Apologia
der Confession
aus dem Latin
verdeudschet/
durch D.
Justum Jonam.
Wittemberg. 1540.

Hic titulus iisdem figuris ligno incisis cinctus est ac titulus Apologiae Editionis Mel. principis, qui supra p. 241 sq. a me accurate descriptus est. Pars tituli aversa vacat. Apologiae fini, fol. CXCI[b] extr., subiuncta est haec Clausula:

Gedruckt zu Wittemberg/
durch Georgen Rhaw.
M D XL.*)

Haec Ed. *quaternariae* formae, typis, qui *medii* dicuntur, descripta, a Feuerlino l. l. I. p. 46. nr. 269. breviter recensetur cum hac adnotatione: »Sequitur editionem Witteb. 1533. 8. n. 263. indicatam, atque, ut haec, nihil mutat in articulo X: Ideo dici solet non mutata, quamvis magnas habet variationes.«, et *post hanc* demum nr. 270. Editio eiusdem anni *octavae* formae, cui nr. 271. Editionem ex illa Lipsiae a Nicol. Wolrab 1540. 8. recusam addit et utrique haec adnotat: »Prorsus consentiunt hae duae editiones cum antecedente, n. 269.« Weberus vero censet, Editionem *quaternariae* formae potius *post* Ed. *octavae* formae prodiisse et ex *hac* esse repetitam. De ea enim l. l. II. p. 68 sq. hoc proposuit iudicium: „Nach genau angestellter Collation mit den beiden vorhergehenden Ausgaben [scil. Ed. 1533. 8. et Ed. 1540. 8.], habe ich gefunden, daß man beym Druck [scil. huius Ed. 1540. 4.] nicht die drey und dreyßiger, sondern die vierziger Octavausgabe befolgt. Denn sie wiederholt nicht nur Lesarten, die dieser eigenthümlich sind, und sie von der drey und dreyßiger unterscheiden, sondern auch viele ihrer Druckfehler. [septem eiusmodi exempla ab illo hic allata praetermitto.]

Uebrigens habe ich bey der Collation gefunden, daß der Druck der vierziger Quartausgabe weit mehr berichtiget ist, als der von der Octavausgabe. Denn viele Druckfehler in dieser sind glücklich gebeßert worden. Nur auf ein paar Omissionen bin ich gestoßen, welche aber den Sinn nicht alteriren:

Schnitt habe. Feuerlin. biblioth. Symb. S. 54. Hier hat er aber in der Beschreibung eine Nachlässigkeit begangen: denn es ist klein Octav, in dunkel oder schwärzlich braun Leder gebunden, mit weißem Schnitt. [Conf. supra p. 425 sq.]

b) S. den ersten Theil der lc. Geschichte S. 140. f. f. [Conf. supra p. 425 sqq.]

*) Haec Ed. a. 1540. 4° in Biblioth. Orphanotrophei Hallensis, Academiae Ienensis ac Helmstad. et in meis libris est.

	A. C. Wittemb. 1533. 8.	A. C. Wittemb. 1540. 8.	A. C. Wittemb. 1540. 4.
B ja lin. ult.	gegen Gott etc.	gegen Gott ꝛc.	gegen Gott
C iiija lin. penult.	vnd wiewol sie nicht	vnd wiewol sie nicht	wiewol sie nicht

Auch ist die Stelle zu Anfang des Artickels von der Bischöffe Gewalt, die in der vierziger Octavausgabe verdorben werden: „Etliche haben geistliche vnd weltliche gewalt sehr vnschrecklich durch einander gemenget," unglücklich verbeßert, und aufs neue also verdorben: „Etliche — erschrecklich — gemenget," — Ein Beweis, daß man beym Druck nicht die drey und dreyßiger Ausgabe zur Hand gehabt, in welcher die ächte Lesart: „vnschicklich" — vorkömmt: so wie ich auch bey der Gelegenheit nicht unterlaßen will zu bemerken, daß die ächte Lesart in den folgenden Ausgaben nicht wieder restaurirt worden, sondern noch andere Abänderungen erlitten hat. Es kann inzwischen aus der angeführten Collation Feuerlein berichtiget werden, der da glaubte, als ob die Wittenberger vierziger Quartausgabe ein Abdruck der drey und dreyßiger wäre, so wie hingegen die vierziger Octavausgabe von dem Quartdruck abstamme. Es ist dies Beweis, daß Feuerlein die Ausgaben nicht gehörig mit einander collationirt, denn aus meinen gemachten Bemerkungen erhellet gerade das Gegentheil."

Editiones ex Editione Wittemb. 1540. 8° *Lipsiae* a Nicol. Wolrab 1540. 8° et *Francofurti ad O.* a Ioh. Eichorn 1553. 8° repetitas, quas Weberus l. l. II. p. 70 sq. nr. 4. 6. atque Feuerlinus l. l. I. p. 46. nr. 271. et Riederer l. l. p. 47. recensent, consilio praetermittens, transeo ad *dubiam* Editionem *Wittembergensem anni 1542.* a Webero l. l. II. p. 70. nr. 5. sic allatam:

> Confessio oder Bekantnus des Glaubens etlicher Fursten vnd Stedte — Apologia der Confessio mit vleis emendirt. Wittemb. Geo. Rhau. 1542.

Hanc Ed. Hirschius in Millenario III. p. 67. nr. 689. inter libros *a. 1542. octava* forma editos sic recensuit: „Confeßio oder Bekentnus des Glaubens etlicher Fürsten und Stedte, überantwort Kaiserlicher Maiestat, auf dem Reichstag gehalten zu Augspurg 1530. Apologia der Confeßio, mit Vleis emendirt. (variata est confessio. Wittenb. Ge. Rhau.)." Eiusdem Editionis mentio facta esse videatur in nova Praefatione ad Imperatorem in conventu *Numburgensi* a. 1561. conscripta et Confessioni Augustanae praefixa*) hisce locis: „Dann wiewohl hernachmals anno 40. und 42. obgemeldte Confession etwas stattlicher und ausführlicher wiederholet, auch aus dem Grund heiliger Schrifft erkläret und gemehret, auch abermahls zu Wittenberg in Druck gegeben worden," etc., atque paulo post: „So können Wir eben so wenig von derselben, als von der ersten unserer Vorfahren, und zum Theil unserer übergebenen Confession abweichen, dazu Wir dann desto mehr bewogen, weil solche erklärte Confession, so anno 40. und 42. in Druck gegeben, jezund den mehrern Theil bey unsern Kirchen und Schulen im Gebrauch." **). — At in Bibliotheca Ebneriana Norimbergensi, cuius libros Hirschius in illo libro recensuit, Strobelio teste ***) Editio Conf. germ. a. 1542. non invenitur, neque Saligius (vide l. l. I. p. 700.), neque Feuerlinus et Riedererus, neque Weberus hanc Ed. viderunt, neque ego, quamquam multos per annos Confessionis Aug. Editiones studiose collegi, earumque permagnum numerum congessi, germanicae Conf. Editionem a. 1542. haecusque conspexi. Quam ob causam iudico, a. 1542. germanicae Conf. Editionem Witteb. non prodiisse, et locos illius Praefationis Numburg. potius ad latinae Conf. Editionem anni 1542. supra p. 345 sqq. recensitam esse referendos.

4. *De Melanthonis Editione anni 1550. octavae formae.*

Haec Editio minoris octavae formae, quae Feuerlinum et Weberum fugit, sic inscripta est:

---

*) Haec Praefatio in libro: Historia Des von Denen Evangelischen Ständen Anno 1561. zu Naumburg wegen Anderweiter Unterschreibung der ungeänderten Augsburgischen Confession und des vorseyenden Concilii zu Trient gehaltenen Convents Aus warhafften Archivs-Acten und Documenten genommen, und an das Licht gebracht von Georg Paul Hönn, D. Fürstl. Sächs. Obervormundschaffts-Raht und geheimden Secretario. Franckfurt und Leipzig, Verlegts Johann Hofmanns seel. Wittib, und Engelbert Streck, 1701. [8 fol. non num., 125 pagg. num., ult. pag. vac., 8° min.] cum nominibus eorum, qui Confessioni subscripserunt, recusa est p. 99—115. Loci supra relati leguntur p. 103. et p. 105.

**) Priorem locum Saligius l. l. I. p. 699. memorat, alterum locum etiam Weberus l. l. p. 72. ex Actis tabularii Berolinensis adscripsit.

***) Weberus l. l. II. p. 70. illi titulo haec adnotavit: „Nach Hirsch soll diese Ausgabe in der Ebnerischen Bibliothek vorhanden seyn. Herr Pastor Strobel hat die Gefälligkeit gehabt, sich dieserhalb zu erkundigen, er meldet mir aber, daß sowohl diese als auch noch viele andere Schriften, die Hirsch angezeigt, in der Ebnerischen Bibliothek fehlen. Ich laße es also dermalen unentschieden, ob wirklich eine Ausgabe von diesem Jahr existirt, oder Hirsch einen Irrthum begangen, und etwa die drey und dreyßiger oder vierziger Ausgabe unter dieses Jahr gebracht habe."

*Confessio
*oder Bekantnis des
*Glaubens, etlicher Für=
sten vnd Stedte/ Vberantwor=
tet Keiserlicher Maiestat/ auff
dem Reichstag ge=
halten.
*zu Augspurgk/
Anno 1530.

*Apologia
der Confession/ mit
vleis emendirt.
*Wittemberg.
1550.

Hic titulus, cuius lineae 1. 2. 3. 8. 10. 13., asteriscis a me signatae rubro colore impressae sunt, binis lineis rectis ita cinctus est, ut binae superiores et inferiores a binis lateralibus secentur rectis angulis. Pars tituli aversa vacat. Priores 5½ plagulae litt. A—F (F ½ plag.) sign., 44 foll. non num., Confessionem continent, sequentes 26½ plagg. litt. G—Z, a—f (f ½ plag.) sign., 220 foll. non num., quorum ultimum album est, Apologiam sic inscriptam:

Apologia der
Confession/ aus dem la=
tin/ verdeudschet durch
Doctorem
Iustum Io=
nam.
(Insigne typographi.)
Wittemberg.

Insigne corona cinctum, quod huic titulo interpositum est, depingit magni piscis caput Ionam prophetam evomens, pone quem e longinquo turres Ninives urbis prominent. Sub Apologiae fine fol. f iij[b] legitur haec Clausula:

Gedruckt zu Wittem-
berg durch Peter Seitz.

Haec Editio, quae in meis libris est, ex Ed. anni 1540. octavae formae, typis, qui *Corpus* in officinis appellantur, descripta est, non autem omnino cum ea congruit, sed quibusdam variis lectionibus ab ea differt, e. c.

	A. C. Wittemberg. 1540. 8.	A. C. Wittemberg. 1550. 8.
A vj[b] lin. 6. 7.	vnd ſich von der ſundlichen natur, vol Gottes verachtung vnd haſs etc.	vnd ſich von der ſündlichen Natur ledig machen, ſondern ſind vol Gottes verachtung vnd haß etc.
D vj[a] lin. 19. 20.	das wir vor Gott nicht from werden aus vnſern wercken,	das wir vor Gott nicht gerecht werden aus vnſern wercken,
E vj[a] lin. 6. 7.	ſehr vnſchrecklich durcheinander gemenget,	ſehr ſchedlich durch einander gemenget,

5. *De Melanthonis Editione anni 1555. quaternariae formae.*

Haec Editio Feuerlino quidem ignota, sed a Webero l. l. II. p. 71—74. descripta, huncce itulum habet:

*Confeſſio oder Be-
*kentnis des Glaubens/ Durch den
*durchleuchtigſten/ hochgebornen Fürſten vnd
Herrn/ Herrn Johans Hertzogen zu Sachſſen/ Chürfür-
ſten ꝛc. vnd etliche Fürſten vnd Stedte, vberant-
wort Keiſerlicher Maieſtat/ auff dem
Reichstag/ gehalten
zu
*Augſpurgk/ Anno
1 5 3 0.
*Vnd dieſer Confeſſion Repetitio/
geſchrieben von wegen des Concilij
zu Trident Anno 1551.
*
*Vnd durch den durchleuchtigſten/ hochgebor-
nen Fürſten vnd Herrn/ Herrn Auguſtum Hertzo-

gen zu Sachssen, Chürfürsten ꝛc. von wegen
der Visitation jtzt wider in druck
verordnet/ Anno
1555.

* Wittemberg.

Huius tituli non figuris cincti lineae 1. 2. 3. 9. 11. 14. 20. asteriscis a me signatae rubro colore a ceteris distinctae sunt. Pars tituli aversa Insigne Electoris Saxonici corona cinctum exhibet. Priores 9 plagulae litt. A—J sign. cum primo folio sequentis plagulae K, 37 foll. non num., continent Confessionem Augustanam, sequentes 20¾ plagg. litt. K (3 foll. K ij—iiij), L—Z, Aa—Gg, 83 foll. non num., Repetitionem Confessionis Aug., quae sine peculiari titulo fol. K ij^a orditur ab hac inscriptione: Repetitio der | Augspurgischen Confession | geschrie- | ben Anno 1551. zu vberantwor- | ten im Concilio zu Tri- | dent. Ultima plagula litt. Hh sign., cuius extrema pagina vacat, 4 foll. non num., continet tria Symbola: Apostolicum, Nicenum et Athanasii (praemissâ praefatiunculâ), quae incipiunt ab hac inscriptione: Die drey Symbola | oder Bekentnis des Glaubens | Christi / in der Kirchen eintrech- | tiglich gebraucht. Tertio Symbolo, quod fol. Hh iiij^a med. finitur, subiuncta est haecce Clausula:

Gedruckt zu Wit-
temberg/ Durch Georgen
Rhawen Erben.
1555.

infra quae verba ornamentum typogr. additum est; ultima pagina alba est. *)

Cuius iussu et in quem finem haec Editio Apologiâ carens impressa sit, ex ipso titulo cognoscitur. Weberus, cui Ed. praecedens a. 1550. ignota fuit, putat, hanc Ed. typis, qui *medii* in officinis dicuntur, impressam ex Ed. a. 1540. 8. esse recusam, ab hac autem non tantum emendatione quorundam errorum typogr., sed etiam aliquot variis lectionibus differre. At ex illis quinque variis lectionibus, quas p. 73. affert, tres iam in Ed. a. 1550. inveniuntur, scil. lectio 1. 3. 4., quas ad hanc Ed. supra adnotavi. Ex his elucet, eam potius ex hac Ed. a. 1550. esse repetitam, a qua tamen discrepat e. c. hisce:

	A. C. Wittemberg. 1550. 8.	A. C. Wittemberg. 1555. 4.
D j^b lin. 20—27.	Was kan auch der Priester vnd Geistlichen Ehestand, gemeiner Christlichen Kirchen nachteilig sein, sonderlich der Pfarherr vnd anderer, die der Kirchen dienen sollen? Es wird wol künfftig an Priestern vnd Pfarhern mangeln, so dis hart verbot des Ehestands lenger weren solt.	desunt (in art. Vom Ehestand der Priester.)
F iij^a lin. 14. 15.	wie im alten Testament Ceremonien nötig gewesen,	wie im alten Testament Ceremoniae von Gott geordnet sind, (in art. Von der Bischove gewalt.)

6. *De Melanthonis Editione anni 1556. octavae formae.*

Haec Editio a Feuerlino l. l. I. p. 47. nr. 273. brevissime, accuratiusque a Webero l. l. II. p. 74 sq. nr. 8. recensita sic inscripta est:

*) Haec Ed. integra in meis libris est; exemplum Bibliothecae Orphanotrophei Hallensis ultima plagula caret.

*Confessio
*oder Bekantnis des
*Glaubens/ etlicher Für=
sten vnd Stedte/ Vberantwor=
tet Keiserlicher Maiestat/ auff
dem Reichstag ge=
halten/
*zu Augspurgk/
Anno 1530.

*Apologia
der Confession/ mit
vleis emendirt.
*Wittemberg.
1556.

Hic titulus, cuius lineae 1. 2. 3. 8. 10. 13. a me asteriscis signatae rubro colore impressae sunt, iisdem lineis cinctus est ac titulus Editionis a. 1550. supra p. 711 sq. descriptus. Pars tituli aversa vacat. Huius Editionis priores 5½ plagulae litt. A—F (F ½ plag.) sign., 44 foll. non num., exhibent Confessionem, sequentes 26½ plagulae litt. G—Z, a—f (f ½ plag.) sign., 212 foll. non num., quorum ultimum album est, Apologiam sic inscriptam:

Apologia der
Confession/ aus dem La=
tin verdeudschet durch
Doctorem
Justum Jo=
nam.

(Idem Insigne ac in Apologiae titulo
Editionis anni 1550.)

Wittemberg.
1556.

Pars tituli aversa vacat. Apologiae fini fol. f iij^b subiuncta est haec Clausula:

Gedruckt zu Wittemberg
durch Georgen Rhaw=
en Erben.
1 5 5 6.

Ultimum folium vacat.

